saꝝ. 2ᵃ vt sit neruis ⁊ arterijs q̄ a cerebro egrediuntˀ via ad
supiora cranei parata: ⁊ eis que cerebrū ingrediuntˀ venis:
⁊ 3ᵃ vt sint pāniculis cooperiētibꝰ cerebrū loca qbus exal
tenṫ ⁊ ligenṫ quo subleuati a cerebri sb̄a illō minime gra/
uent. 4ᵃ vt si qñ alicubi cranei incōmoditas aliq̄ acciderit
nō in oēs diffundaṫ ꝑtes. Et 5ᵃ est: qm̄ oz craneū in añrio
ri ꝑte hr̄e molliciē: ⁊ in posteriori soliditatē: solidū autē ⁊
molle nō pñt vni coadunata inesse: ⁊ qdā addunt al's vti
litates. s. vt medicaminū virtus necitatis tpe exterius ap/
plicatoꝝ per eas ad interius cranei valeat peruenire: ⁊ vt

De ꝯiunctōe ossiū cranei. Cōmissuṙ ossiū cranei sūt duplices v̄e ⁊ nō vere. Et cōmissure vere sunt tres.

De qnq̄ vtilitatibꝰ ꝑꝑ q̄s fuerūt fcē v̄e cōmissure.

melior cerebri fiat figuratio: ⁊ capitis craneo in frusta di/
uisio. ¶ Et sub̄a qdē ossium cranei rara ⁊ spongiosa est: ⁊
aliq̄ hñs foramina. Et cuz h̄ facta fuit dura: lz plus in vna
ꝑte q̄z in alia. ¶ Dixit Gal. 9° de vti. ꝑtiuz ossa q̄ preiacent
mirige cerebri multoꝝ sūt foraminū: ⁊ siringiosa: varia. n.
sunt perforationibꝰ sicut spōgia: ⁊ nō rectaꝝ ꝑforationū:
neq̄ ẜm rectitudinē sibi inuicē poris exñtibus q̄zuis aliq̄
sint tales: ꝑlis tñ obliqs: ⁊ circūferētialibꝰ vt aliqd aliā lō
gā: ⁊ frequentē viā oporteat ambulare: post siqdē oz ꝑ eā
itinerās ad cerebrū ire: facta sunt aūt velut spongia ꝑmis/
soria gr̄a infallacie que ẜm cerebrū: aq̄. n. plerūq̄ in eis cō
tenta necīu hz semp deorsum repe: ⁊ hac fieri via: tñ nihil
effluit q̄zuis ex istindis. al's. in stradis organis effluit cōfe
stim: ac ēt si ꝯ vapores supponanṫ: ⁊ hos ꝓhibēt venire q̄
sunt spongioforma ꝯcedūt ascēdere que sunt istradia. i. in
rectitudine hñtia foramina. Et dixit in 9° eiusdē si nā cra/
neū depressuz sil' ⁊ subtile fecisset nō eēt ad infallaciā subia
centiū his q̄ voluerūt id facil'r intus ꝑuenire potētibꝰ ꝑꝑ
breuitatē vie. Si v̄o densum sil' ⁊ grossuz fecisset onus eēt
toti aiali velut si qs supligatus capiti onus qd̄cūq̄ nunq̄z
auferat: relinquiṫ igiṫ ꝙ neq̄ subtile: neq̄ densuz: s3 gros/
sum ⁊ rarū ⁊ syragosuz opareṫ id nā. ita. n. neq̄ graue de/
bebat: neq̄ viā que ad cerebrū ꝑcutiendū id breuez opari:
tale igiṫ factū est ꝑꝑ predicta ⁊ transpiratiōis gr̄a: spōgio/
formibus. n. ossibꝰ illis exñtibus inspiratiōis ⁊ expiratio/
nis actus bñ cōplenṫ. ¶ Dixit. A. meatus raritatis ⁊ spō/
giositatis cranei est duplici cā: vna vt vapores inde egre/
dianṫ. s. liberius qui resoluunṫ. s. a mēbris inferioribꝰ hu/
ius ⁊ ascendunt ad ipm vel q resoluunṫ ab ipso. Et alia est
ne cerebro grauamē inferat: qd̄ inferret si eius sub̄a fuisset
spissa ⁊ solida. Et qdem addunt vtilitatē tertiā que est vt
in his porositatibus reseruetur sanguis q cranei nutrimē
tū existit: ⁊ hic sanguis est q apparet in abrasione: ⁊ maxīe
circa scd̄am ⁊ tertiā tabellā. ¶ De foraminibus tamē ma/
nifestis duo sunt in osse prore ad oculos tēdētia ad vnum
quēq̄ oculū vnuz. Et duo ēt alia ad nasum venientia. s. ad
vnāquāq̄ narē vnū. Et duo ossa lateralia duo hñt etiam
foramina: scz singulū vnū ad aurem in eo locatā tendens.
Et os puppis in subteriori parte eius foramē ampluz hz:
prout supra dictū est per qd̄ exit nucha. Et os qdē basila/
re plura hz foramina parua: ⁊ minuta per quorū quedam
tendūt nerui portātes seusuz ⁊ motuz lingue vuule ⁊ alijs
ꝑtibus oris: ⁊ ꝑ ipsorū quedā descendunt reumatice gutte
inferioribus ꝑtibus influētes. ¶ Dixit Ga. 9°. de vti. par/
ticu. Nā de excratione supfluitatis cerebri ꝓuidēs ꝑ pala/
tū: ⁊ os: ⁊ ꝑ nariū sēsibilia orificia: ⁊ magna eructaṫ super
fluitates sensibiles ⁊ grossas. ¶ Dixit Halya. 2° theo. cra/
neū est rotūdū figura acutū añ ⁊ retro. Et intellexit de nā/
lī figura eius: hz. n. caput siue craneū figuram nālē ⁊ innā/
lē. ¶ De nāli. dixit Almā. craneū nāle: lz nō ex toto rotun
dū est: ipm tñ anterius. s. in parte prore: ⁊ posterius in ꝑte
puppis eminēs est. De ipsa ēt nāli figura. dixit. A. qd̄ est
hñs tres cōmissuras supradictas q̄ in craneis viroꝝ mani
festissime apparēt: in craneis v̄o feminarū: aut nō sunt oi/
no oēs: aut nō manifeste apparēt: ẜm. n. Aꝝ. 3° de histo/
rijs. in craneo mulieris nō est nisi vna cōmissura. s. sagitta
lis tendens a supiori parte nasi vsq̄ ad posterius. Et idō in
craneo eius nō sunt os ꝓre: neq̄ os puppis: s3 solū duo la
teralia. Duplex autē assignaṫ hꝰ rei cā. vna: q2 mulier non
habuit cerebrū calīn: sicut vir: vñ pauci fumi in ea surgūt:
ad cuius exalationē vna sufficit cōmissura. 2ᵃ. qm̄ cōmissu/
ra cranei mulieris est magis patēs exitui vapoꝝ: eo ꝙ est
magis cute discoopta: ipa. n. directe diuidit sup ipsa cōmis
sura crines suos. ¶ Dixit. Hal. rotunditas cranei nō necia
fuit vt lōgius a suspitiōe amoueret incōmodoꝝ que exte/
rius fiunt cū sit rotūda figura exteriorū incōmodoꝝ minꝰ
ceteris susceptibilis: ⁊ si sub̄e cerebri in ea multa dilata/

De sub̄a cranei q̄lis sit.

De foraminibus māifestis cranei.

De figura naturali cranei.

Propter qd in craneo mulieris est vna ꝯmissura tm̄.

ret q̃ʒtitas. ¶ Dixit. A. ossis cranei nãlis figura est: vt sit rotũda: ⁊ hoc pp duas res ⁊ duo iuuaméta: vna ẽ in cõpõne eius ad interius: figura.n. rotũda est maioris.s. dimẽsionis ea quã recta linea ɔprehẽdũt figᵃ cũ eaꝝ ɔpressiões eq̃les fiũt. Et alia est in ɔpõne ad exterius: qm̃ figᵃ rotũda pp ĩpulsiones nõ patit̃: quẽadmodũ hñtes angulos patiunt̃. Et dixit Aui. q̃ʒuis ĩpm sit rotũdũ: in lõgitudine tñ fcm̃ ẽ: qm̃ origines neruoꝝ a cerebro in lõgitudine sꝭ posite: ⁊ sic opʒ vt nõ coangustent̃. ¶ Dixit Ha. acumẽ cerebri fuit anterius pp partis p̃cedẽtis cerebri cãm q̃ prora cerebri dr̃: a q̃ nerui oriunt̃ sensus posterius ṽo acumẽ fuit qd̃ puppis dr̃: q: ab ea nucha orit̃. ¶ Et. A. dixit. duas hũit craneuʒ eminẽtias añ ⁊ retro: vt neruos defendat q descẽdunt ad nuchã ⁊ frontẽ. Est igit̃ ei⁹ nãlis figᵃ cũ rotũditate oblonga q̃si fuerit hr̃ pressa ab vtraq̃ꝫ pte pp eius p̃ssionẽ tumorositates añrior ⁊ posterior ꝑcesserũt: qm̃ sic vẽtriculoruʒ cerebri distinctio: ac ẽt sensitiuoꝝ ort⁹ anterius melius ꝑuenit. ¶ De figᵃ aũt cranei in nãli notauerũt ꝙ ipsa 2ˣ p̃t ɔtingere: vno mõ ꝭm ꝙ remouet debitã formã ⁊ numerũ ɔmissuraꝝ p̃dictaꝝ ei⁹. Alio mõ solũ ꝑut remouet debitã formã tm̃ siue remouet numeꝝ cõmissurarũ debitũ siue ñ: p̃ mõ dñt. distinxerũt ĩpm auctores in tres. q̃rũ due sꝭ simplices: ⁊ vna ɔposita: de qb⁹ loquẽs Ga. xᵒ de iuuamentꝭ. cᵒ 6ᵒ. dixit tres sꝭ oiuʒ figure.s. inãles. vʒ. ea q̃ opponit̃ totalr̃ ei q̃ ꝭm nãm se hʒ qñ ambas qdẽ ꝑdiderit eminẽtias caput eã q̃ ꝭm occipitiũ: ⁊ eã q̃ ꝭm frontẽ. eq̃le aũt vndiq̃ꝫ ⁊ velut certa spera: ⁊ h̃ est innãlis figura cõposita. Due ṽo alie dixit Ga. h̃ qdẽ cã que ꝭm frõtẽ solũ: h̃ ṽo cã q̃ ꝭm occipitiũ nõ hñt eminẽtia. Figᵃᵐ aũt innãlẽ hñtẽ eminẽtiam a dextra pte in sinistrã lõgiorẽ negauit fore Gal. poñem: qm̃ cũ ea nõ staret vita. has tres innãles figuras dñt esse monstruosas. ¶ De qb⁹. A. dixit. non nãles cranei figᵉ sꝭ tres: vna est vt anterior eminẽtia minuatur: ⁊ propter h̃ de aderem amittatur de aderem coronalis: ⁊ alia est vt posterior eminẽtia minuat̃: ⁊ propter h̃ de aderem perdat̃ de aderem laude: ⁊ tertia ẽ vt vtreq̃ꝫ ꝑdant̃ eminẽtie: ⁊ fiat caput vt spera longitudinẽ ⁊ latitudinẽ hñs equales. Et de hac qdẽ figᵃ.s. 3ᵃ sũmus medicoruʒ dixit Gale. ꝙ propterea ꝙ dimẽsiones in ea sꝭ eq̃les oportuit ꝭm eqtatẽ ꝙ diuisiões aderẽ sint eq̃les. Sʒ diuisiões aderẽ in p̃mis erãt tres in lõgitudine vna: ⁊ due in latitudine. Et erit qdẽ aderẽ latitudinis i meᵒ latitudis ab aure ad aurẽ: sic lõgitudinis aderẽ in meᵒ lõgitudinis. Et dicit iteꝝ Ga. ĩpoſe est caput aliã figurã 4ᵃᵐ nõ nãlẽ hr̃e.s. vt sit lõgitudo minor latitudine: nisi de vẽtriculis cerebri: aut aliqd ð ei⁹ corꝑe diminueret̃. qd̃ qdẽ vite est ɔ̃riũ: ⁊ ɔpõnis ꝓhibẽs bonitatẽ. Et s̃bdit. A. h̃ qdẽ p̃mi medicoꝝ Hyp. dcã ɔcedũt q dixit capitis figuras q̃tuor existere tm̃: ego ãt vidi craneũ nõ hñs ab ex: nec ab intra cõmissurã sagittalẽ: hẽbat aũt coronalẽ: ⁊ eaʒ que laude. ¶ Si aũt scd̃o mõ distinguant̃ figure inãles ɔ̃ nãlẽ: tunc dñt eas posse fore q̃ʒplurimas de qb⁹ ẽ: vt sit caput in sursũ longũ: queãdmoduʒ est figᵃ eius q in ense vel osse polito se speculat̃: vel q: sit lõgius q̃ʒ oʒ in añ ⁊ retro: vel q: sit nimis p̃minẽs añ vel retro. ¶ Pro noticia quoq̃ꝫ ossiũ cranei ponã hic q̃ dixit Hal. vbi.s̃. cranei ossa diuidũtur in septẽ: quoꝝ duo sꝭ ossa in capitis ṽtice q̃ ɔtinuat ⁊ copulat adinuicẽ cõplosũʒ.i. cõmissurã sagitte sil'eʒ. Et dñr hec duo ossa ṽticis q̃ q̃drãgulate sꝭ figᵉ ⁊ subẽ tenere: q̃ tenera fuit pp dissolutionẽ vapoꝝ: ⁊ duo alia ossa a laterib⁹ capitis q̃ sepant a ṽtice duo ɔplosa tenuia.i. mẽdosa: q̃.s̃. aures sꝭ: ⁊ hec duo ossa sup tympoꝝ dñtur ossa: ⁊ figᵃ eoꝝ est triãgulata: ⁊ cuiuscũq̃ꝫ eorũ subã in tres diuidit̃ ptes: vna est sua soliditate lapidi sil'is: que iõ lapides dr̃: ⁊ in ea auditus est foramẽ factũq̃ꝫ est talis audit⁹ cautele cã ab icõmodoꝝ occursu. 2ᵃ ps est augmẽtũ qd̃ ex ista orit̃ capitis mãnie sil'e: ⁊ facta estᵃ ad ꝓhibẽdũ a loco suo in superioreʒ exire maxillã in exteriora: qm̃ disgregatio ei⁹ flexibilis est: ⁊ h̃ ps sil'r est lapidea in soliditate. 3ᵃ ṽo ps est q̃ tymp⁹ dr̃ eiusq̃ꝫ soliditas duab⁹ subest alijs p̃mis facta q̃ sꝭ hec ossa suba solida ⁊ dura: quo remotiora forẽt ab incõmodoꝝ receptiõe. Et est os in capitis ꝑra qd̃ a ṽticis sepat̃ ossibus cõplosuʒ corone sil'e: ⁊ dr̃ os frontis eiusq̃ꝫ figura sil's est semicirculo: ⁊ suba eius tẽperata est iter soliditatẽ ⁊ molliciẽ. Et h̃ iõ factũ est: qm̃ incõmoda illi sepe nõ accidũt cuʒ sint oculi i capitis prora positi cauẽtes ab icõmodoꝝ iprobitatib⁹. Estq̃ꝫ ⁊ os in capitis puppi diuisuʒ ⁊ separatũ a duob⁹ ṽticis ossib⁹ mediãte eo qd̃ sil'e est lr̃e grece cõploso: ⁊ dr̃ puppis capitꝭ: eiusq̃ꝫ forᵃ est varia ⁊ suba solida: h̃ aũt ꝙ solidioris est fcm̃ subẽ q̃ʒ qd̃ est os frontis: iõ est quo incõmodoꝝ auertat iprobitatẽ cũ in puppi mime sint oculi. Predcã ossa in ṽitate sꝭ tm̃ q̃tuor nuõ: ⁊ additamẽtuʒ q̃ maxilla inferior ɔtinet̃ in loco suo. Et dixit Hal. in craneo sꝭ alia qnq̃ꝫ ossa vnũ est qd̃ dr̃ cauilla: ⁊ est craneo: ⁊ maxille cõe. Et est os qd̃ ɔtinuat̃ ossi puppis capitis in loco q dr̃ basis capitis: ⁊ est infixũ ossi maxille supioris: ⁊ h̃ iõ factũ est pp duas vtilitates: vna est vt ipleret̃ vacuitas q̃ est iter ossa cranei: ⁊ ossa supioris maxille. 2ᵃ vt ɔiungeret̃ ⁊ esset ɔtinuatio firma: ⁊ h̃ os est qd̃ ab. Aui. paxillare vocat̃: reliq̃ 4ᵒʳ ossa sꝭ posita sup tympoꝝ lacertis in singulo latere ossa duo subtilia sup suũ lacertũ ɔtinuata adinuicẽ cõplose sup tymporis medio ⁊ hoꝝ duoꝝ ossiũ alterũ est eoꝝ q̃ sequunt̃ capitꝭ puppim: ɔsolidat̃q̃ꝫ ossi sup tympore sup ossibus capitis: ⁊ alteꝝ est eoꝝ q̃ sequunt̃ capitꝭ prorã ɔtinuatã supcilij extremo qd̃ est a pte exteriori oculi: ⁊ vocantur hmõi ossa paria: q̃rũ qd̃q̃ꝫ sup lacertũ tymporis est vt exterius aduenietia incõmoda ꝓpulsent: eo ꝙ q̃ ab hmõi fiunt lacerti dolore incõmoda magna sꝭ. hec ossa. A. vocat ossa paris. Et dixit. in vnaq̃q̃ꝫ tympoꝝ parte sꝭ duo ossa dura q̃ cooperiũt neruũ.i. lacertũ q trãsit in tympore: q̃rũ situs ossiũ ẽ ꝭʒ lõgitudinẽ cerebri al's. ⁊ meli⁹ tymporis ex trãsuerso. In osse q̃q̃ꝫ añriori sub cilijs ab vtraq̃ꝫ pte ẽ ɔcauitas q̃ orbita ẽ vocata i q̃ꝝ alterutra alter oculus est locatus.

¶ De anatomia mandibularum. Cap. xviij.

Dicunt hoieʒ 4ᵒʳ hẽre mãdibulas duas superiores ⁊ duas iferiores: h̃ ãt dixerũt: q: tã mãdibula superior q̃ʒ inferior diuisionẽ hʒ in medicinis suoꝝ ossiũ vt patebit. Dixit Hal. maxilla superior craneo cõtinuata est: ⁊ venit ista ɔpletio icipiens a ɔploso coronato in loco s. ossi tymporis: ⁊ ad oculoꝝ tẽdit locũ trãsitq̃ꝫ per mediũ inter duo supercilia donec ad aliã attingat extremitatẽ coronati cõplosi. Et iferius dixit Au. terminãt ea dentiũ origines. ¶ Et ip̃a superior maxilla ex multꝭ ɔposita est ossibus duab⁹ vtilitatib⁹: q̃rũ vna est vt si qñ alteri parti eius incõmoditas acciderit cetera illese maneãt. Altera est qm̃ nec̃ium erat eoꝝ subaʒ diuersaꝝ eẽ partiũ in mollicie: ⁊ duricie. Et dixit. ꝙ hʒ ossa octo: q̃rũ duo sꝭ in qbus sꝭ oculi: ⁊ duo sunt genarũ: ⁊ duo nasi ⁊ os in q̃ pares sunt dẽtes: ⁊ q̃drupli superiores. Et ossa duo dixit Hal. in qbus oculi sunt singulũ eoꝝ p̃nᵐ hʒ a termino cõpletiõis quã diximus ⁊ craneũ a maxilla supiore separare: finiũtq̃ꝫ ista duo ossa cõpletione q̃ ipsa ⁊ duo genarum ossa diuidit: disgregatq̃ꝫ h̃ duo ossa abinuicẽ ɔpletio a medio incipiẽs superciliorũ per mediũ nasi perãbulãsq̃ꝫ ad duplices dẽtes: diuiditurq̃ꝫ horũ duorũ ossiũ qd̃q̃ꝫ in 3ᵃ ossa q̃ vnit illis ꝓpria cõpletio. ¶ Genarũ ṽo duo. dixit Haly. spissa sũt incipiẽtia ab oculorũ ossium terminis: ⁊ pertingit vtrũq̃ꝫ vsq̃ꝫ ad dẽtes caninos: ⁊ in his duob⁹ ossib⁹ sunt dẽtes maxille superioris exceptꝭ duplicib⁹: ⁊ q̃druplicib⁹. Seiungunt hec duo ossa: ⁊ aliõ os ɔpletiões due icipiẽtes a ciliorũ meᵒ: sumitq̃ꝫ lat⁹ nasi: ⁊ porrigit̃ vsq̃ꝫ ad termios añriorũ. Et h̃ duo ossa sꝭ spisse solideq̃ꝫ subẽ: ⁊ spissitudinẽ hñt ad cauẽdũ icõmodorũ difficulᵗᵉᵐ. ¶ Duo ṽo ossa nasi icipiũt a cornu ciliorũ: ⁊ tẽdũt vsq̃ꝫ ad locũ q duplicib⁹ supest ⁊ q̃dru/

Figura in nãlis cranei duplex aut triplex.

plicibꝰ:termināt aūt ea ⁊ ab alijs ſeiūgūt oſſibꝰ ꝯpletiões
due q̄s diximꝰ:⁊ a cornu incipe ciliorū:⁊ ne ꝑ duo naſi late
ra:⁊ vſq̄ʒ ad duplices ꝓtelant̄. Cōpletioq̄ʒ alia in fine oſſis
naſi i nariū loco ꝯtinuatū:q̄ꝛ duabꝰ lineis q̄s diximꝰ icipe
a duobꝰ naſi lateribꝰ. Segregat aūt duo oſſa naſi cōpletio
tēdēs ad ſuꝑciliorū cornu vſq̄ʒ ad mediū dupliciū. Eſt autē
horū oſſis ſubā tenuis. eteni ſi acciderit illi incōmodū n̄ plʒ
obeſt. At v̄o illud in quo foramē eſt naſi. dixit Hal. eſt ſub/
tile ⁊ in duo paria diuidit̄:oſſaq̄ʒ oſſibꝰ naſi ſubſūt duobꝰ
terminatq̄ʒ iſta ꝯpletio q̄ eſt ſub naſi oſſibꝰ:⁊ in h̄ q̄q̄ʒ ē fo
ramē tēdens in cranei iteriora. ❡ Dixit Gal. 11° de vti. pti.
ꝑforatio q̄ eſt a naſo ad palatū fcā eſt: vt nō ſm rectitudinē
trachee arterie ſit ꝑnᵐ reſpirationis:ſʒ flexio aliq̄ ⁊ circūuo
lutio fiat ꝑ ad eū veniēte ſpū:⁊ aere:exq̄ duplex boᵐ dēbat
fieri. ſ. vt nō infrigidarent̄ aliqn̄ ea que ſm pulmonē frido
valde fiente ꝯtinēte nos aere:⁊ vt ꝑmixtus ei cibꝰ vel pul/
uis vel qd aliud tale nō veniat vſq̄ʒ ad arteriā. In hac autē
flexione ſpūs pōt ad id qd̄ añ ferri q̄ talia detinent̄ antici/
pata icidere ad ea q̄ circa flexiones ſunt corpora humida:
⁊ mollia exñtia:⁊ qd viſcoſuʒ hñtia:⁊ pp hec oīa poᵃ deti
nere ea q̄ occurrunt. Si v̄o ꝓceſſerit vſq̄ʒ ad os ibi detine/
bit̄ ſm palatū: ⁊ colūnā: vocat̄. n. ſic gargareon. Et demō
ſtratio hꝰ maxᵃ eſt in his q quotidie luctant in puluē mul
to:⁊ eis q ꝑ viā talē ꝑgunt: cū mucillagine. n. expuunt ex/
creātes puluerē. Sʒ ſi prius. dixit Gal. mox pori illi q ſm
naſum nō referent̄ ad caput. i. v̄ſus caput h̄ ad palatū redi
ret obliq. Et ſuccedētē eis inibi poſſiderēt gargareonē: ma
nifeſtū eſt: qm̄ nil ꝓhiberet ad arteriam incidere oīa talia.
Eteni ⁊ fit h̄ ita: ſi aliqs reſpirauerit ꝑ os: vidi. n. athletas
multos pp hec hoc ipm maxᵉ victos: q̄ꝛ ſuffocati peryclita
bant: eo ꝙ ꝑ os inſpirauerāt puluerē: ꝑuenerūt aūt ad h̄ eo
ꝙ magna inſpiratiōe eguerūt repēte. ❡ Et ſubdit Hal. os
deniq̄ʒ in q̄ duplices ſt̄ ⁊ q̄druplices ſuꝑiores ē in ſuꝑioris
maxille extremitate: diuiditurq̄ʒ ipſuʒ in oſſa duo q̄ termi
nāt ⁊ diſgregāt ab oſſibꝰ genarū ꝯpletiões due incipientes
a cornu ſuꝑciliorū:⁊ ꝑtingūt ad duplices:⁊ q̄druplices diſ
gregātq̄ʒ iſta a naſi oſſe ꝯpletiões q̄ in fine ſunt naſi: q̄ cōti
nuant duas ꝯpletiōes laterū naſi. Et ꝑ hec dcā Haly. facil̄r
pōt intelligi textꝰ. A. de his oſſibꝰ ⁊ ꝯpletiōibus. Et dixit
Hal. vniuerſa ḡ oſſa ſuꝑioris mādibule ſt̄. 14. ſ. ſex oculorū
duo genarū: duo foraminū naſi: duo dupliciū:⁊ duo q̄dru/
pliciū. ❡ Dixit Haly. iferior maxilla q̄ ⁊ faux dr̄ ex duobꝰ
ꝯpoſita ē oſſibꝰ: q̄rū alterū alteri copulat̄ in ſua extremita/
te in q̄ ſt̄ duplices inferiores ⁊ q̄druplices ꝯtinuatiōe ſoli/
datiua. ❡ A. aūt dixit ſeratili diq̄ʒ loco huic ꝯtinuatiōis — 14 ſt̄ oſſa mādibule ſuꝑioris.
mētū. ❡ Dixit Ga. 11° de vti. pti. inferioris gene os vnā ſo
lā hʒ in ipſo diuiſionē nō oīno manifeſtā ſm extremitateʒ
barbe. Reliq̄ v̄o tota alterutrinq̄ʒ eiꝰ ps nullā hʒ ꝯiunctio
nē. Cauēte vtputa nā ad multa oſſa frāgere iferiorē genā.
Et nō ſm vehemētes motꝰ facil̄r diſſoluat̄:⁊ ꝯterat̄. Ma
gna. n. dēbāt eſſe ⁊ fortes hmōi gene motꝰ in mordēdo:⁊
frāgēdo q̄ dura. Et dixit. de articulis iferioris mandibule
diligēter ꝓuidit nā:⁊ ſufficient̄ alteri qdē q̄ extremitas vo
cat̄ iugalitatē ſuꝑapponēs:⁊ maxᵉ iplātans tymporalis
muſculus tenētē: reliq̄s v̄o vteri formas vocatas explāta/
tiōes capitis infallacē ſuꝑapponēs cuſtodiā: vt non aliqn̄
in violētis motibꝰ a ſubiacēte ꝯcauitate labat̄. Et ſubdit.
rōnabil̄r ex poſterioribꝰ ꝑtibꝰ ex ea q̄ eſt ſm articulū extre
mitas iſta recta ſuꝑtendit̄: clauſionis eni oris cām iſtam ⁊
tymporalis muſculus hʒ ſuꝑtendens totā genā. Aptioris
v̄o poſterior articulus q eſt ſm veriformes explātatiōes:
⁊ mouētes eū muſculi tymporalis oppoſiti: hʒq̄ʒ inſuꝑ col
ligatiōes q̄ſdā fortes circa eū. Et adhuc cartilaginē multā
in circuitu circūeffuſaʒ articulatio iſta. ❡ Ha. quoq̄ʒ dixit.
inferioris maxille alia extremitas duo hʒ diuiſa ⁊ furcula
ta:⁊ alterū eſt acuti capitis ꝯpoſitū ſub duobꝰ oſſibꝰ pariū
⁊ ꝯtinuat̄ illis: defenditq̄ʒ tymporis lacertū ꝑ quē oris fit
clauſio. Aliud v̄o diuiſuʒ groſſuʒ eſt ⁊ rotūdū capitis ꝯpo
ſitū in ꝯcauitate ſub augᵒ qd̄ capiti mānie ſil̄e eſt in oſſe ſu
ꝑ tymporato:⁊ ꝑ hāc diſgregationeʒ fit inferioris maxille
motꝰ. ❡ Et. A. dixit. ꝙ in ſumitate cuiuſcū q̄ʒ duorū extre/
morū eorū. ſ. oſſiū mādibule iferioris ſecādo fcā eſt ſerratu/
ra curua q̄ cū additamēto igenioſe ꝑ̄parato ꝯponit̄ ꝙ ex
oſſe naſcit̄ ꝙ ad eā ꝑuenit: quarū vnaqueq̄ʒ ligamētis fuit
ligata. ❡ Dixit Auer. collʒ ꝑ̊. oīa oſſa capitis ꝯiunguntur
ꝯiunctiōe ſerratili ꝑ̄ter duo oſſa iferioris mādibule q̄ ꝯiun
gunt̄ ꝯiunctione nodatili. Cōiunctio aūt oſſiū ſerratil̄ cō/
miſſura vocat̄ a Gale. ſatura: ab Ha. cōplotio. Et ab Aui.
adherē dr̄. ❡ Dn̄t mādibulā ſuꝑiorē i oībꝰ aīalibꝰ coco/
drillo excepto eē imobilē:⁊ cā imobilitatꝫ eiꝰ dr̄ eē 2ˣ: vna
eſt ipſarū ḡuitas q̄ difficilis fuiſſet motꝰ: alia ē ipſiꝰ ad cere
brū ꝓpinqtas: ne forte ipm in motu illiꝰ lederet̄: iferioreʒ
vero dn̄t in omnibus aīalibus fore mobilem: ipſa. n. leuis
eſt:⁊ inde facile mobilis ⁊ a cerebro diſtās eſt nō in moti/
bus illi nocumentum preſtans.

❡ De anatomia gingie matris. Cap. xix.



Gingia mr̄. 10. de vtili. pticu. pamineum. al's. pacraneū vocat̄. Et eſt pāni
culus dēſus durus exterius ſuꝑ craneo imeᵗᵉ
ſub cute locatꝰ:⁊ ipſi craneo vehemēter adhe
rens: ita vt eius ſeparatio ſit difficilis ab eo: ē
ēt vt ſuꝑ oſſe quarūdā partiū ſuꝑioris maxille extendat̄:⁊ — De ꝯplone.
ibi nō ſub cute imediate: ſed ſub muſculoſa carne locetur. — De iuuamētis.
❡ Et eius ꝯpl'o ſicut aliorū pāniculorū frigida eſt ⁊ ſicca.
❡ Cuius iuuamēta 3ᵃ eſſe dn̄r: vnū eſt ne mēbrū molle: ſic
caro ſiue cutis a mēbro duro. ſ. craneo ſine medio tangat̄:
ne illius duricie ledatur: 2ᵐ eſt vt mediante iᵒ pāniculo cra
neū ſentiat que nociua ſunt:⁊ 3ᵐ eſt vt mediante iᵒ pānicu
lo dura mater craneo ſuſpēdat̄. Cōtextus eſt eni pāniculus
iſte ex filis ligamētorū:⁊ neruorū a dura matre procedenti/
bus:⁊ ad ex̄ craneū per cōmiſſuras eius ꝓdeuntibus:⁊ in
gingia matre ꝯtextis: qbus filis mediātibꝰ ipſaʒ dure ma
trē ſuſpenſam uerſus craneū ꝯtinet: vt nō cōcidat ſuꝑ cere
brū:⁊ cōcidendo ipſum grauet. Et in hoc iuuamēto vir ſu
perat mulierē: cū in muliere minus dura mr̄ ſuſpendat̄ ꝓ/
pter pauciores eſſe cōmiſſuras cranei eius.

❡ De anatomia cutis capitis. Cap. xx.



Cutis capitis ſubā groſſa eſt ſatis: qm̄ ē ſi
cut cooperimētū ⁊ clypeus in tute/ — De ſubāᵃ
lā cerebri ⁊ cranei creatū ad icōmodorū euita/
tionē:⁊ vt capilli ei infixi: magnas ⁊ groſſas
radices hñtes in ea ſua groſſitie firmiter tene
rēt̄: cū ſua tn̄ groſſitie ⁊ ſoliditate poroſa ſatis creata fuit:
vt poſſit per eā ipſa capillorū mā penetrare. ❡ Et ipſa qui
deʒ vt dn̄t. lʒ vbiq̄ʒ ſicce cōplexionis exiſtat in anterioribꝰ
capitis ſiccior extat: in poſterioribus vero humidior ſiue — De ꝯplone.
minus ſicca eꝯrio cōpl'onis cerebri exiſtit. Cerebrū. n. vt in
ſua patuit anatomia anterius humidius poſterius v̄o mi
nus humidū eſt: cutis vero in poſteriori humidior: q̄ꝛ eo
in loco plus de carne obtinuit. minus aūt de ea in anterio
ri: vñ ſiccior ibi reddit̄: qd̄ ideo factū eſt vt ꝓhibeat cutis
poſterior indebitā ⁊ ſuꝑfluā poſterioris cerebri exiccatio/
nē ab extrinſecis alterātibꝰ exiccādo. Et vt cutis añrior añ
rioris cerebri: qd̄ de ſe hūidū eſt indebite ipſuʒ ab extrin/
ſecis humectantibus ꝓhibeat humectari. Et hac de cauſa
caluicies in anteriori:⁊ non in poſteriori prouenit capitis
vt ſuo capitulo patebit.

❡ De anatomia faciei in generali. Cap. xxj.



Supra dictū eſt qd facies:⁊ q̄ organa ꝯti/
net:⁊ ſimiliter qd ſit frons. Et que
ſint partes eius. Et dictum eſt de oſſibus eius
ſufficienter. ❡ Et in facie quidem paſſionum
anime veſtigia magis ⁊ melius q̄ʒ in aliq̄ alio
rum mēbrorūʒ corporis repreſentant̄: gaudij: triſtitie: ire:

Qꝛ vestigia passionũ anime magis 7 melius representanṫ in facie, q̃ in aliq̃ alioꝝ mēbroꝝ corporis.

timoris:verecũdie:7 silium:qḋ iḋ est:qꝛ ad faciē rōne organoꝝ multoꝝ sensuũ in facie existentiũ multi spũs ad eā veniunt qui motionē multā percipiũt ꝭm vnãquãqꝫ anime passionē. Et pp multitudinē spirituũ in facie 7 eius partibus existentiũ est ꝙ facie irrorata aqua ros. 7 similibus calore 7 ipsis spirtibus ad interiora reuocatis virtus roboratur 7 excitatur 7 a sincopi resurgit.

¶ De anatomia musculorum mouentium partes faciei in generali. Cap.xxij.



Demusculis frontē mouentibus.

Musculi faciē mouētes:alij frontē mouēt: alij oculos:alij nares:alij genā superiorē:alij inferiorē:7 alij labia. In hoc autē caplō de mouentibus frontē genas nasum 7 labia diceṫ. ¶ De mouētibꝰ frōtē. dixit Aui. ꝑmi ꝑa. frons ꝑ musculũ tenuē dilatatũ 7 pānicularē moueṫ q sub cute frōtis dilataṫ. Et cũ ipso adeo misceṫ donec sit q̃si essentie cutis ps:7 fiat ipoſſe:vt.s̃.patuit ipsaꝫ ab eo excoriari. Cuius sitꝰ in capitis latitudine:7 nō ꝭm longitudinē est:7 ipse qdē nō desinit in chordā:imo dixit Auicē. mēbꝝ qḋ per ipm moueṫ sine chorda obuiat:qm̃ illud qḋ ꝑ ipm moueṫ cutis est dilatata leuis:7 mouere q̃le ipm est ꝑ chordā nō est bonũ.i.nō est necessariũ:hmõi qdē musculi motu eleuanṫ supcilia:7 est ēt cũ ad eleuandũ vel claudēdũ oculos iuuat pp suaꝝ virtutũ dimissionē 7 sui relaxationē. Cām.n.motꝰ frontis:7 cutis que est circa oculos.8.de vtili.pti. Ga.dixit.esse motũ oculoꝝ:aperiri.n.mł'tũ oportebat eos cũ multa eoꝝ que ex̃ sunt conanṫ videre. Et rursum stringi 7 clausos certitudinal'r colligi ab oibus circũadiacētibus q̃n timent aliqd allatũ aduersus eos. Et Hal. theo.3o dixit.lacertus frontis necessarius fuit:vt oculorũ clausionē fortē adiuuaret eiusqꝫ similē apertionē.

De musculis genā supiorē mouētibꝰ 7 mādibulam.

¶ Propter noticiā aũt anatomie musculoꝝ supiorē genā mouentiũ:sciendũ est qḋ sicut. A.dixit.ꝑ1 ꝑa.maxilla supior duos hꝫ motus:quoꝝ vnus est sequēs motũ mandibule inferioris. Et alter est ei cuꝫ labio cōis:ipsa aũt de se vt.s̃.patuit ē imobilis. Et musculi qdē qbus moueṫ motu mandibule inferioris sunt musculi ipsiꝰ inferioris mandibule q dicentur. Ait. A.motus cā que est motũ alterius mēbri sequens sunt musculi illius mēbri. ¶ De musculis aũt mouētibus supiorē mādibulā sił'cũ labio.dixit Gal.11o de vtilit. ptim. Et motus labiorũ nō solũ soli:sed cũ his qui ꝭm maxillas efficianṫ musculũ amplũ:7 subtilē extrorsuꝫ nā substendit vnũ ꝭm alterutrā partē.s.genā dextrā 7 sinistram: vsqꝫ ad spinā que ꝭm collũ extrorsuꝫ est:referunṫ aũt 7 eoꝝ innuli q sunt a pectore:7 ab vtraqꝫ clauiũ q̃tũcũqꝫ est piunctuꝫ pectori versus inferius labiũ:qcũqꝫ vero sunt a residuo clauium iam obliq versus lateralia clauiũ:obliquus v̄o magis his q a scapulis ascēdētes veniunt apud lateralia labioꝝ. Et quicqd maxillaꝝ his est ptinuũ. Q.m̃ residuũ oiuꝫ maxillaꝝ totũ retro versus aures tēdunt. Aliqui qdē innuli: 7 h̃ musculus ex colli fere oibus partibus:7 spōdilium recipit:7 sic in dictis v̄bis innuit Gal. ꝙ musculus mouens genas simul cũ labijs ex quatuor ꝑticulis cōponiṫ: 7 est in vtraqꝫ gena vnus:7 est nominatus musculus latꝰ. ¶ De quo dixit Hal.duo musculi genas separate 7 sigillatiꝫ mouēt hicqꝫ separant:7 abinuicē remouent labia dicunturqꝫ duo lati lacerti. Et eoꝝ quisqꝫ quatuor pponiṫ partibus. prima pars est villi eius ꝓductio a spinis spondiliũ colli:7 extremitate gene.s.posteriori cōtinuaṫ:7 hec pars mouet vtrasqꝫ. 7 in hominũ nōnullis q̃nqꝫ aures hãc partē Aui. posuit 4am:7 dixit ꝙ oritur a simerijs colli 7 transit circa terminos aurium:7 cōtinuatur cũ fine maxille: 7 mouet maxillā motu manifesto:quē sequiṫ labium:7 fortasse valde approximat loco.vbi est auris ingressus 7 in qbusdam hoibus ptinuaṫ cũ ea:7 mouet aurem:7 subdit Ha.2e partis villus incipit ab osse qḋ in medio stat ossis spatularuꝫ: 7 ad collum ascendens tendit donec continuatur extremitati labioꝝ:alter qdē ad dex:7 alter a sinistra. Cuꝫ g̃ vtraqꝫ ps moueṫ istius:7 os moueṫ in nullā inclinantis ꝑteꝫ. Si v̄o eaꝝ altera pars moueṫ:7 os cōmotũ inclinaṫ in illḋ in quo est latꝰ:hãc ꝑtē. A.posuit tertiā:7 dixit ꝙ oriṫ ab osse:qḋ rostro corui i spatula sił'aṫ:7 ptinuaṫ iferius ptinuatione ipsius musculi:7 trahit labiũ in duas ꝑtes attractiōe sili. Subdit Haly.3e partis villis initiũ est a furculis ascēditqꝫ 7 labijs ptinuaṫ:ac os i trãsuersuꝫ ad iferiora trahit: 7 hãc ꝑtē posuit Auic.ꝑmã. 7 dixit. ꝙ eiꝰ origo est ex furcula cuius finis cũ extremitate labioꝝ ptinuaṫ ad iferiora 7 trahũt os inferius ex trãsuerso. Subdit Hal.4e ꝑtis villis ꝑnm est a pectoralis furculis:7 labijs ipsis ptinuaṫ ptinuatione nō vna:sed sese ꝑ modũ diuidēti in sił'eꝫ.7.lr̃e nr̃e vł' grece:7 sic eius villus a dextro ortꝰ sinistro deferṫ lacerto: 7 a sinistris ortꝰ dextro ptinuaṫ labijs in latere: si g̃ hi reducunṫ villi p̃hunṫ pgregãtqꝫ:7 in exteriora acuunṫ:quēadmodũ accidit vmbilico:hãc ꝑtē posuit. A.2am. 7 dixit ꝙ eius origo existit inter toracē 7 furculā a duabꝰ ꝑtibus 7 ipsaꝝ villi trãsuersi ꝓcedunt. Et ille q a dextris oriṫ cũ eo q a sinistris nasciṫ trãsuersando iungiṫ 7 penetrat 7 continuaṫ ille q nasciṫ a dextris cũ inferiori ꝑte extremitatis sinistri labij:7 ille q a sinistris nasciṫ ep̃rio. Cũqꝫ villus iste colligiṫ angustaṫ os.7 ipm ad anteriora ꝓtrahit sicut in bursa efficit corigia q̃ bursaꝫ claudit. Ab hmõi aũt musculo lato:nec aliq̃ suaꝝ partiũ nō posuerunt auctores oriri tenantē:sed vñr mēbro mouēdo sine tenante piungi.

Demusculis maxillā inferiorē mouētibus.

¶ De musculis aũt inferioris maxille Gal.11.de vti.pti.ꝑ ponēs situꝫ tymporalis musculi:7 eiꝰ custodie cām dixit:hoi ceu paruã genã hñti 7 dētes ad solā comestionē idoneos tymporalis musculus rōnabil'r ꝑuus factꝰ est. Et cũ ipe musculus in ossibus capitis occultus his qdē suscipiētibꝰ.i. ossibꝰ cranei in ꝑtibꝰ tympoꝝ aliqual'r pcauitatis in q̃ cōcauitate ipse musculus situatꝰ recipiṫ:his ãt in circuitu cōprehēdētibꝰ ipm.s.ossibus poris:ita vt pauca ps eiꝰ supappareat ꝭm frontis finē:7 nō iste solus:sꝫ ēt musculꝰ oculoꝝ occultatꝰ est:7 cã vtriusqꝫ cōis est:qꝛ maxe hi omniuꝫ musculoꝝ cũ patiunṫ spasmos:7 febres:7 stupores:7 desipiētias inferũt:vt igiṫ mime patianṫ ab eis q̃ extrorsum occurrũt eis quecũqꝫ q̃ssare uel incidere nata sunt: vt sepē quãdã i'alterutriusqꝫ nã circuitu apposuit os siue duritieꝫ: cur aũt maxe nocēt cũ patiunṫ est:qꝛ ꝑncipio neruoꝝ valde ꝓping sṫ. Et solũ vnũ os ꝓhibet ne tangat cerebꝝ:tympoꝝ tñ musculis pp magnitudinē suã his q ꝭm oculos sṫ magis inest nocere cerebro:ac ēt qꝛ vnũ initiũ neruoꝝ ad oculoꝝ musculos venit:pl'a v̄o ad tymporales: quapp nã nō negligēs de tuitiōe tymporaliũ tutã eis creauit regionē vt poſſis erat. Et maxie pcauũ primũ susceptiuũ eoꝝ eis velut antrũ qḋdã preparãs:7 ossiũ circũadiacētiũ itrinsecas supficies simas velut calamos aliq̃s opans supioribusqꝫ finibꝰ eoꝝ margines apponēs v̄sus musculos illos cōuersos:vt ex oibꝰ vt poſſis erat custodirenṫ maxe: 7 breue qd oifariã eoꝝ sup ossiũ circũadmissoriũ emineat:reliqt aũt 7 hec nō total'r discooptũ:sꝫ ex supiacētibꝰ ossibꝰ capitis:7 eis que sunt in finibus superciliorꝝ explantationeꝫ alterutrinqꝫ ossis prolongi gibbosi qḋ ab extra concaui vero ad musculũ superapposuit operans. Et h̃ qḋ ex superioribus altitudinem sufficientem extollens:7 deinde ꝭm mem ipsa copulãs fortificationē banc ossuosam alteruter musculoruꝫ p̃misit prius qdē ꝑcuti illis debērē 7 quassari:7 omnino laborare si aliqd alioꝝ q̃ ex̃ obuiant musculis violētuꝫ vel duꝝ. ¶ Et dixit Gal.finiēs alteruter musculoꝝ ad vnũ tenantē magis tymporaliũ iplantaṫ sũmitati inferioris gene sup euellēs eã si tendaṫ:7 in h̃ claudaṫ os aiał'. Opꝫ igiṫ alios ei inesse musculos q ꝑpiãt eꝫ vellētes ad p̃ria: 7 hos in inferiouribꝰ locari gene oꝫ:demōstratũ.n.est a nob vnũquēqꝫ musculoꝝ ad seipm trahē particulã ad quã iplãtaṫ. Et hi qdeꝫ musculi duo sunt sicut 7 tymporales alteruter

ꝼm inferioris gene alterutrã partẽ oppositi: ꝑnᵐ tñ gñonis hñt ex posterioribus ꝑtib⁹ capitis. vbi sunt calũniformes explãtatiões: ita. n. ꝯsuetudo est anatomicis noiare eas q̃ ꝼm has partes subtiles ossiũ germinatiões: ĩplantant᷑ aũt ĩferiori gene post flexionẽ mox vsq̃ ad regionẽ que est anterior annexus vnus alterutrũq̃ ex intrinsecis ꝑtibus: hi igit᷑ cũ tendunt᷑ aperiunt os. ℭ Et dixit Gal. alij qdem ad eas que in masticationibus circũalationes gene a nã fci sᷓ duo musculi q ꝛ maxillaꝝ quidẽ carnosuꝫ est opant᷑ horũ vero quelꝫ nõ vnũ musculũ: sed tres qdeꝫ esse putant: qm̃ tres sunt ipsoꝝ velut ꝑncipia: quedã eneruatiões vel tenãtes vel deplantationes ad genas. Est aũt nõ in repugnãtia h̃ anatomicis: sꝫ in mõ doctrine triangularis est quodãmõ vterq̃ musculoꝝ hoꝝ velut sũmitatẽ quãdã triãguli. Alia v̂o versus ĩferiorẽ genã: ꝛ tertia velut quedã basis ambas supiungens predictas costas totis ꝑmis ĩferioris gene ꝑtibus sup tendit᷑ ꝼm longitudinẽ eius. Et subdit. est aũt neruosissimus suijpsius ꝼm locũ q est sub pomis muscul⁹ ille: ꝛ nõ hꝫ illud qδ velut sũmitas: mouet aũt ꝛ circũducit genã aliã ab inulis ꝛ deplantationib⁹ operatis a nã vt sibĳnuicẽ succedentib⁹ motib⁹ q in masticationib⁹ act⁹ multiformis fact⁹ decẽter igit᷑ nominãt hos masticatorios quãuis ꝛ tymporales maxie ꝑticipẽt hac denoiatione: hi enim nõ nisi solũ vnũ actũ in masticatiõe ꝑbẽt. s. vehemẽter adinuicẽ applicari dẽtes ad qδ seqtur frangi qcqd in ĩtermedio adiacet. Sed hec. s. ceu a molẽdino a molaribus leniri cibũ masticatoriũ opus est musculoꝝ: hi. n. ipsi ꝛ transmutant cibaria: ꝛ que a dentib⁹ excidũt rursuꝫ egrediunt᷑ tẽsi ꝛ circũtracti tymporalib⁹ musculis nihil ad hoc ꝯferentibus. Sed lingua qdẽ nõ paꝝ operat᷑ adhũc actũ velut manus sꝑ ꝑmutãs ꝛ vertens eũ q̃si in ore cibũ: vt ois eius ꝑs silr̃ ꝯterat᷑. Extrorsuꝫ vero minus ex alterutra ꝑte masticatorius his musculus velut quedã alia manus adiutrix lingue mutãs maximũ auxiliũ sibi prebẽt adhuc inferiores fines maxillaꝝ q sunt catarri: q sᷓ versus labia ad q̃ ꝑueniũt subtiles ꝛ ampli musculi vn⁹ ꝼm alterutrã ꝑtem toti collo circũappositi: mouent᷑. n. ab his gene cũ labĳs: ꝛ si oĩfariã ĩmobilis sit gena. ℭ De his musculis. dixit Haly. vbi. s̈. q inferiorẽ mouẽt lacerti maxillã q̃tuor sᷓ paria. Paria duo maxillã ad supiora mouẽt q̃ ꝛ tympoꝝ sũt lacerti duo. Et duo alij sunt ĩtra os positi. Et tertĳ paris origo retro post aures est: sed tñ sub ipsis paulatiꝫ ad collũ descẽdit ꝛ ascẽdit ad mentũ illicq̃ ꝯtinuat᷑ trahitq̃ ad inferiora maxillaꝫ. quartũ v̂o par duo sᷓ lacerti sup genas positi q maxillã in duo mouẽt latera: dñrq̃ ꝛ hi duo lacerti masticãtes: eo ꝙ nõ paꝝ in masticãdo cõferũt: fuerũt aũt necĳ musculi ꝑdci ꝑꝑ mouere maxillã ipsaꝫ motib⁹ necĳs. ℭ Nõ fuerũt aũt. vt dixit Aui. ꝑ¹ ꝑᵃ. i mãdibula ĩferiori motus necĳ plures q̃ꝫ tres. s. mot⁹ apiendi os: ꝛ mot⁹ claudẽdi: ꝛ mot⁹ masticãdi ꝛ molẽdi. Aperiens aũt ad ĩferiora mãdibulã descendere facit ꝛ claudẽs ĩpaꝫ eleuat: ꝛ molẽs ĩpaꝫ circuire fac̈ ꝛ duas ꝑtes ꝯclinare: manifestũ est igit᷑ ꝙ oꝫ ꝙ mod⁹ claudẽdi sit ꝑ musculos q a supiorib⁹ descẽdũt: ꝛ ad supiora retrahuntur ꝛ apiẽdi eꝯ ꝛ molẽdi cũ trãsuersiõe: quapꝑ ad claudẽdũ duo tympora musculi vocant᷑: quoꝝ q̃ꝫtitates ĩ hoie parue facte fuerũt: qm̃ mẽbꝝ qδ ꝑ eos mouet᷑ in hoie ꝑue existit q̃ꝫtitatis: ꝛ i medio est vacuitatẽ hñs: ꝛ est in põdere leue. Nam mot⁹ q in h̃ accidũt mẽbro in hoie ꝑ hos duos veniẽtes musculos magis sᷓ leues. In ceteris aũt aĩalibus alijs ĩferior mãdibula est maior ꝛ grauior q̃ꝫ i hoie: vñ moueri in eis ꝑ eos in motu mordẽdi: ꝛ res comedẽdi duras: ꝛ incidẽdi ꝛ eradicãdi est difficilis. Et hi qdeꝫ duo musculi. dixit. A. sᷓ molles ꝑpea qδ iux̃ ꝑnᵐ exñt qδ est cerebro qδ est mẽbrũ in vltio molle: ꝛ neq̃ iter ipsos ꝛ cerebrũ est nisi vnũ os: vñ tũ ꝑꝑ h̃: tũ ꝑꝑ illδ qδ timet᷑ ex societate cerebri cũ eis nocumẽtis si acciderẽt: ꝛ in doloribus si euenirent adeo ꝙ illi qbus accidissent ad frenesim ꝑuenissent: ꝛ ad alias q̃ ei sᷓ silr̃es ex egritudinibus sepeliuit eos creator apδ eoꝝ originẽ: ꝛ egressionẽ a cerebro in osse paris: ꝛ in ipsos penetrare facit in cooꝑtura q̃ silis est canali: que est ꝯposita ex duob⁹ ossib⁹ ꝑis ꝛ torturis foraminũ ꝑ q̃ transit q̃ cũ eis vadũt eoꝝ nesciẽtes extrema magno spacio: donec paꝝ ꝑtranseũt vt eoꝝ suba paulatim ĩduret᷑: ꝛ a loco vbi ꝑus orti fuerãt paulatiꝫ elõgent᷑: vnicuiq̃ ãt hoꝝ duoꝝ musculoꝝ magna gñat᷑ chorda q̃ sup mãdibule inferioris extremitatẽ ĩcidit: ꝛ ipsaꝫ cũ trahit᷑ eleuat: ꝛ hi duo musculi ab alijs duob⁹ adiuti fuerũt musculis: q in ĩteriorib⁹ bucce ĩcedẽtes ad mãdibulã descẽdũt ĩferiorẽ i fora vitte: qm̃ in eleuãdo graue est neciuꝫ ipꝫ ingeniose regere: ꝛ sollicitari ꝓ ipso q̃ten⁹ plus hẽat fortitudinis. ℭ Dixit Gal. vbi. s̈. musculi tymporales ꝛ illi q aperiũt os dissilr̃es sᷓ oibus alijs musculis. Tymporalib⁹. n. medĳs. s̈. dictis tenãtos explãtat᷑. Nõ. n. ĩuenies ꝼm aliquẽ aliũ musculuꝫ explãtationẽ talẽ tenãtis: vterq̃ aũt oppositoꝝ eis a ꝑte q̃ est retro capitis explãtationẽ hñs postq̃ꝫ aduocata ꝓxia ꝛ flexionẽ ꝑuenerit ĩferioris gene nõ adhuc ẽ muscul⁹: sꝫ tertius tenõ: ꝛ nud⁹ ab oi suba carnosa. Sꝫ h̃ qdeꝫ alĳs inest musculis. s. ad tenõtẽ desinẽ: qδ aũt ẽ ꝓpriũ ꝑcipuũ vterq̃ hoꝝ qδ nulli alioꝝ musculoꝝ inest ẽ q̃ tenãtus hoꝝ alteruter modicũ ꝓcedẽs. Nõ adhuc tenõ ẽ: sꝫ mox musculus fit in ĩferiori gene ĩferius ĩplantat᷑ vt antea dcm̃ est. Igit᷑ carnose sᷓ ꝑtes: ꝛ in ꝑnº: ꝛ in fine: ꝛ ĩ meº v̂o carnose ꝛ neruose: ꝛ qδ in nullo alioꝝ musculoꝝ existit: sic̈ neq̃ h̃. s. ex medĳs tymporaliũ oriri tenõtẽ. Cã ãt explãtatiõis tenontis a meº tymporaliũ. dixit. G. ẽ qm̃ meᵐ si ꝯsideras ĩpoꝝ põnẽ fcm̃ est ꝼꝫ rectitudinẽ ĩdigẽtis motu sũmitatis gene. Cã v̂o ort⁹ tenõtis a meº musculoꝝ apiẽtiũ genã ẽ: qm̃ nõ potuerũt ꝯueniẽt᷑ ab añriori collo hr̃e originẽ: vt ꝼꝫ rectitudinẽ ꝑncipĳ ꝓprĳ alterut᷑ trahẽt ĩferi⁹ genã: q̃r si sic fuissẽt locati occupassent locũ multoꝝ alioꝝ organoꝝ locatoꝝ in ꝑte añriori colli: ꝛ fuissẽt ad detrimẽtũ aĩalis: iõq̃ nõ ab ossib⁹ q̃ ꝼm collũ sᷓ explãtati: sꝫ retro capitĳ vt dcm̃ ẽ. Et vbi plẽa ẽ maxie organis regio multĳ nudis carnib⁹ in ꝑtib⁹ q̃ ꝼm parisina alterut᷑ eoꝝ tenõ subtiliat⁹ ẽ: grossiores. n. si eẽnt nõ hũissent trãsitũ ꝑ angustatiões. Si ãt fuissent hi musculi facti tenues sic̈ hi sᷓ sufficient᷑ grossi vtiq̃ fuissent ĩbecilles: q̃r circa difficile passibiles oportuit eos fieri: ꝛ strictos rõnabilr̃ nã abstulit totã eoꝝ: ꝼm h̃ tñ carnẽ: solũ aũt ĩnulos ꝓducẽs tenõtis: qñ aũt ꝑᵐ añ angustationẽ ꝯstituit. tc̄ iã paulatiꝫ ꝯuertẽs carnosos musculos resumi opata est. ℭ Dixit ãt musculoꝝ apiẽdi ꝛ mãdibulã descẽdẽ facientiũ villi ex additamẽtĳ nascũt᷑ albubeti q̃ retro post aures creata fuerũt ꝛ descẽdũt ꝛ vniunt᷑: ꝛ fit vn⁹ muscul⁹: postea separant᷑ ꝛ fiũt chorda: vt firmitudinẽ augeãt: ꝯinde iteꝝ. s. rarificat᷑ chorda: ꝛ carne replet᷑: ꝛ fit muscul⁹: ne ꝑꝑ sui tẽsionẽ ad nocuᵗᵃ recipiẽda sint ꝑparati: deinde mãdibule reflexio mẽto obuiat: ꝛ cũ ꝯhit᷑ trahit mãdibulã retro: ꝛ descẽdit ꝓculdubio. ℭ Et subdit Ga. vbi. s̈. tria gña musculoꝝ ad oris motũ nã ꝯstituit his qdẽ apiẽtib⁹ his v̂o claudẽtib⁹ ꝛ alĳs multiformit᷑ circũadiacẽtib⁹: dr̃nt ãt int᷑ se ꝼꝫ magnituᵈⁱⁿᵉᵐ eoꝝ. Maxios. n. iustũ fuit fieri eos q velut depẽdẽtẽ ꝛ suspẽsã ex eis totã ĩferiorẽ genã sustinẽt ꝛ portãt. Oppositos v̂o eis ab ĩferi⁹ seu v̂sus illas ꝑtes mouentes ad q̃s ꝛ nãlr̃ repit oẽ graue: miores fieri mltũ: medios v̂o eẽ magniᵗᵘᵈⁱⁿᵉ medĳ põne exñt: q supius tẽsi apδ illũ qδ ꝼꝫ caput hi adiutores tymporib⁹ dati sᷓ supius euellẽ: ꝛ ipsi potẽtes genã. oppositi v̂o dixit. A. q̃r nãlis g̃uitas in descẽdẽdo iuuat duo suffecerũt musculi: neq̃ auxilio eguerũt. ℭ Et dixit Aui. masticandi musculi duo sᷓ ab vnaq̃q̃ ꝑte vni musculo triãgulato in ei⁹ capite posit⁹ fuerit angul⁹ q ex suis angul᷑ i facie existit duo ꝓtẽdũt᷑ latera: vnũ ad mãdibulã ꝯscẽdit ĩferiorẽ: ꝛ alteꝝ ad ꝑtẽ oris ascẽdit. ꝛ int᷑ ea basis ꝯtinuat᷑ recta ꝛ cõmiscet᷑ qsq̃ angul⁹ ei: qδ añ ipm existit: ꝑpea vt musculus iste in ꝯhẽdo diuersas hẽat ꝑtes:

Lingua vo[cat] cibum in ore.

⁊ nõ sit ei motꝰ equalis: sed diuersis possit iclinare declinationibus: iõ vt ꝑ eos mollitio ⁊ masticatio ꝯpleať. ¶ De musculis labioꝝ. dixit Aui. ex musculis labij sunt ei: ⁊ maxime oẽs q dicti sunt. s̃. Et ex eis sũt q sũt ipsi ꝓprij ꝺ qbꝰ ꝓprijs. dixit Gal. 11°. de vti. ꝑti^m. q̃tuoꝛ musculi ad labioꝝ subam ꝑueniunt euidẽtes ⁊ manifestissimi anteq̃ꝫ ꝑmisceãtur cuti. s. labioꝝ cõcreti ꝟo oifariã sunt ⁊ euidẽtes ⁊ isepa rabiles sunt ab illoꝝ nã. tota eni musculosa nã ꝯcreta tota ei que est cutis facta sť aialiũ labia: fuerũt autẽ musculi q̃tuoꝛ: qm̃ q̃tuoꝛ opoꝛtebat esse ꝑnꝰ motꝰ labijs. s. alterutri duo. vnũ qdẽ ad sinistrũ: alteꝝ vero ad dextrũ ducẽtẽ: duo ꝟo hoꝝ musculoꝝ ab inferioꝛi. siue iferioꝛis gene incipiunt. Reliq ꝟo duo parũ supius: depẽdent aũt capita superioꝝ desuꝑ versus poma: obliquoꝝ. n. dẽbant eẽ duces motuũ alterutri ꝑti labij. iferioꝛũ ꝟo obliqua est vniuersa positio: obliq ꝟo ⁊ motꝰ. ¶ Et dixit Gal. sapia creatoꝛis ꝑ quatuoꝛ musculos ꝑdictos octo motꝰ opata est. q̃tuoꝛ qdẽ obliquos ꝺm alterutrã partẽ labij duos: cũ his autẽ ⁊ alios rectos q̃tuoꝛ: duos qdẽ q certitudinaľr sunt recti: vt qñ plurimũ abinuicẽ distant labia: hoc qdeꝫ supius ꝟsus nasuꝫ tensuꝫ: hoc aũt tractu inferius ꝟsus mentũ: ⁊ ꝯgerũtur adinuicẽ ꝙ qdẽ est. s̃. inferius: ꝙ vero est infra sursum allatũ. Sicut. n. infra in carpo ⁊ vulua ostẽdeť ex obliquis motibus fieri rectos: ita in labijs hꝫ vno qdẽ opante musculo ꝺm vnũqδq̃ꝫ eoꝝ ad obliquũ qñ fit motũ. Si ꝟo ambo edunť sic iã totũ labiũ supeuelliť a supioꝛibꝰ musculis: subtus aũt trahiť ab iferioꝛibꝰ: sꝫ ⁊ extrinsecꝰ inulis tẽsis extra ꝟti ꝯtingit labia. Intus aũt ꝟti ⁊ subiplantari ab intrinsecis. ¶ Dixit. A. q̃tuoꝛ musculi sufficiũt adhuc vt labiũ moueať vnaqueq̃ꝫ. n. ꝑs eoꝝ cũ moueť ad illã partem mouet. Cũq̃ꝫ duo ⁊ duas mouent ꝑtes ad duas dilatanť ꝑtes: adsũt igř ei ad ꝯplemẽtũ motꝰ ad q̃tuoꝛ partes: neq̃ꝫ vllũ hꝫ motũ: nisi istos. In his igiť q̃tuoꝛ adest sufficiẽtia. Et isti qdẽ q̃tuoꝛ musculi. dixit Aui. ⁊ sũma ẽt musculoꝛuꝫ cõium cũ coꝛpoꝛe labij misceň taľr ꝙ sensus a suba labij ꝓpria discernere nõ vꝫ: ⁊ hoc ideo fcm̃ est ꝓpterea ꝙ labiũ est membꝛũ molle carneũ os non habens.

¶ De anatomia oculi in generali. Ca.xxiij.



Oculus dř ab h̃ ꝟbo occulo occulis quod sigñat occultare vel abscõdẽ. Et dꝛ sic. qꝛ in loco sit sitꝰ occulto ⁊ tecto supcilio: ⁊ alijs ꝑtibꝰ vt patebit: vľ sic dꝛ qꝛ lumẽ occultũ intra se hꝫ. ¶ Est ãt oculus mẽbꝝ officiale ex pluribꝰ ꝯsilibꝰ ꝯstitutũ. s. hũoꝛibꝰ pãniculis venis ⁊ arterijs neruis musculis pinguedine: ⁊ carne alba. Et qdã iter ꝑtes oculoꝝ noiant palpebꝛas. ¶ Harũ aũt ꝑticulaꝝ qdã sť pꝛicipales ⁊ ꝟe ꝯstituẽtes oculũ que sť septẽ tunice: siue pãniculi ⁊ tres humoꝛes. Et de his ꝑtibꝰ. dixit Zoar. ꝑtes oculi multe sť: qꝛ decẽ vť dcm̃ est. Et scire ꝯparationẽ ⁊ vtilitatẽ cuiuscũq̃ꝫ earũ erat difficile tꝑe Gal. intm̃ ꝙ Gale. ꝓposuit in coꝛde suo nõ reddere rõnẽ singuľr ꝺ eis. Et Aue. dixit. ꝙ iudicia de eis sť arbitraria. Et ꝑpea dicũt. nõ ẽ mirãdũ: si de eis aliq̃ ꝯtrouersia reperiť in dcis auctoꝛuꝫ. Et qdã sť ꝑtes coadiuuãtes: siue circũadiacẽtes de ꝑtibꝰ ꝑnci palibꝰ: tunice sť tanq̃ꝫ ꝯtinẽtes. Et hũoꝛes sũt tãq̃ꝫ cõtẽte. Et de ꝑtibus coadiuuãtibꝰ nerui optici sť deferẽtes ꝟtutẽ visiuã: ⁊ spm̃ visibilẽ instrm̃ eiꝰ. Cuiꝰ ꝟtutis oculꝰ poniť esse oꝛganũ siue istrꝫ. ¶ Dixit. A. tertij 3ª ꝟtus visuũ. i. oꝛganoꝛũ visus. s. oculoꝛũ vel virtꝰ visuũ. i. visiua apud eos ꝺm quos visio fit in oculis: vel virtus visuũ. i. oculoꝛũ que cũq̃ꝫ ꝟtus sit circa visionẽ opans ⁊ mã. i. suba spũs visibiľ ꝓcedit ⁊ penetrat ad oculũ ꝑ viã duoꝛũ neruoꝛũ. s. opticoꝛũ. quoꝛũ anatoª habita est in sermone 3° qbus mediãtibꝰ oculi cerebꝛo colligantur cũ ipsi a cerebꝛo oꝛiginẽ habeãt Et de partibus coadiuuantibus sunt vene ⁊ arterie poꝛtantes ad oculũ spiritum vitalẽ a coꝛde: ⁊ ab epate naturalẽ: ⁊ mãm alimẽti. Que vene ⁊ arterie ramificanť ex venis ⁊ arterijs in pãniculis cerebꝛi disseminatis: ⁊ ꝯtextis qbꝰ mediãtibꝰ oculi ipsi cerebꝛo ẽt colliganť. ¶ Quãtitas ãt oculoꝝ sensu nota est: q̃ tñ cũ latitudine est multa: in q̃ qdã magni: qdã parui: ⁊ qdã mediocres inter eos exñt. ¶ Et numerus eoꝛũ est binariꝰ. Dixit Haly. 3° theoꝛ. oculi duo oꝛgana sť qbus visus ꝑcipiať. q ea de cã duo facti sunt: vt si foꝛte alteri eoꝝ incõmodũ accidat: alter in visu eius loco stet. ¶ Et oculi figura rotũda est cũ aliq̃li declinatione ad lõgitudinẽ paruã. ¶ Et alteruter eoꝛũ in alterutra oꝛbita q̃ oꝛbita ab oꝛbe ꝑꝑ eius rotũditatẽ dcã est: in q̃ oculus firmiter alligať: vt apparebit situatꝰ est ad infallaciã: ⁊ incõmodoꝛũ euasionẽ. ¶ Dixit Gal. 12. de vtil. ꝑticu. oculũ mẽbꝛũ esse diuinũ. Et Aui. dixit. ꝑ̊ sui de aialibus. ꝙ inter oia mẽbꝛa coꝛpoꝛis oculus maxie sigñat moꝛes aĩe: ⁊ foꝛtasse cã est: qꝛ ꝑ̃ alijs saltẽ oꝛganis sensuũ anime famulať ad ꝑfectiõis acq̃sitionẽ. ¶ Et Zoar dixit. ꝙ oculus ẽ mẽbꝛum subtile: ⁊ delicatũ ꝑ̃ ceteris mẽbꝛis. ¶ Et Aꝝ. qdẽ ꝓbleumatũ. 10. 15° ꝓbleumate q̃rit. ꝑꝑ qd hõ inter aialia minimaꝫ hꝫ distãtiã oculoꝛũ ꝺm magnitudinẽ sui coꝛꝑis i alijs nãq̃ꝫ aialibꝰ iter vnũ oculũ ⁊ aliũ iterponiť frons: in hoie autẽ solus nasus. ¶ Et assignat Ari. duas cãs: q̃rũ vna est: qꝛ inter cetera aialia hꝫ oculos ꝺm nãꝫ: ⁊ hoc tã rõne ꝓtectiõis q̃ꝫ cognitiõis. Rõne aũt ꝓtectiõis subcollocauit eos nã infra ꝯcauitatẽ pꝛe alijs ꝑ̃bens eis eminẽtias. Rõne vero cognitiõis: qm̃ sensus ꝑ oculos facit ad sciẽdũ multas reruꝫ dĩas. Situauit g̊ eos nã ꝓpinquos vt ꝑfectius ꝑueniret ex eis videndi actꝰ ꝑꝑ quã ẽt cãm nerui optici cruciant: ⁊ amplioꝛi ꝯiunctione ꝯiunguň q̃ꝫ in alijs aialibus. Dixit quoq̃ꝫ Ari. ꝙ in quo loco coꝛꝑis est motus in illo dꝫ eẽ: ⁊ ꝓuidẽtiã: sꝫ motus fit i anterioꝛibꝰ. plus g̊ ⁊ ibi debuit eẽ ⁊ ꝓuidẽtia. ꝓuidẽtia aũt ꝑ oculos est: qm̃ quãto maioꝛ fuerit distãtia oculoꝛũ tãto magis visi erũt in latere ⁊ quãto magis erũt in latere tãto visiões magis lateraľr disꝑguň: q̃re neq̃ꝫ ydola ꝑ duos apꝑ̃hẽsa oculos eq̃ bñ ꝑñt in vnuꝫ ꝯiũcta sensui repñtare cõi: quãto ꝟo minoꝛ fuerit oculoꝛũ distãtia tãto magis erũt visus anterius: ⁊ tãto minus dispergenť: sꝫ ⁊ ydola ꝑ duos oculos apꝑ̃hensa meliꝰ ꝑñt in vnũ ꝯiungi: ⁊ cõiuncta sensui repñtari cõi: q̃re magis erit minoꝛ oculoꝛũ distãtia: ꝺm nãm. ¶ Scđa cã fuit: qm̃ alia aialia excepto pigmeo manus nõ hñt qbus possint appꝛehẽsa nociua vitare ⁊ ad pľa seruitia vti: hõ aũt habuit manus: vt ifra diceť. que sunt oꝛgana ad vitãdũ sibi nociua: ⁊ ad pľa exequẽda seruitia. Et vt dicũt iter oia aialia: maxie ouiũ oculi distãt a se. Sunt. n. oues aialia humilia ⁊ mansueta: vt pľm gressus suos ꝓcumbunt in terram.

¶ De humoꝛibus oculi. Cap.xxiiij.



Omnes ꝓfitenť auctoꝛes ꝙ hũoꝛes sunt tres. s. vitreus cristallinus ⁊ albugineus: cristallinꝰ qdẽ iõ dictꝰ ẽ sic a cristallo dꝛ ẽt glacialis a glacie: ⁊ dř grãdineꝰ a grãdine ⁊ sic dictꝰ est ꝑꝑ silitudinẽ quã hꝫ cũ dcis rebus in suba sua clarus: sicut grãdo ⁊ Gal. dixit. 10. de vtilitate ꝑticularũ. h̃ hũoꝛ clarus albꝰ ⁊ lucidus est. ¶ Notant. n. ꝙ suba cristallini est aquea cũ q̃dã fixione: ⁊ maxie respectu sube alioꝛũ duoꝛũ dictoꝛũ humoꝛũ: que est aquea absq̃ꝫ fixione: q̃re nõ est terminabilis ꝓpꝛia terminatione quare neq̃ꝫ ꝓpꝛiã hñs figurã siue foꝛmã: suba aũt cristallini sua fixiõe fuit suis ꝓpꝛijs terminis terminata: q̃re ⁊ ꝓpꝛiã recipit figurã: vt diceť. Eguit aũt cristallinus soliditate fixionẽ faciente: vt spẽs ꝑcepte in eo aliquaľr retinerenť vt possit de eis in moꝛa iudiciũ ferri: aut saltẽ ꝺm aliquos posset fieri ipsarũ spẽrũ redditio ad sensum cõem: que qdẽ minime fieri potuissẽt nisi fixionẽ quãdã ⁊ duritiẽ accepisset: fuitq̃ꝫ eius suba clara ⁊ ꝑuia: vt bñ posset oĩum visibiliũ suscipe spẽs: q̃re vocauit eum Aue. quasi speculum mediũ inter nãm aeris ⁊ aque foꝛtasse: quia recipit spẽm ab aere exterioꝛi mediãte albugineo: ⁊ reddit eam sensui cõi

Margin notes:

De anatomia musculoꝝ labij q. ꝑꝑe sť q̃tuoꝛ.

Quid sit oculus.

De q̃titate.

De numero.

De figura.

De situ.

De vtilitate.

Propter qd hõ inter aialia oculoꝛuꝫ minimaꝫ hꝫ distantiaꝫ.

De suba cristallini.

De situ cristallini.

mediãte aqua.i.hũore vitreo. ¶ Et cristallinꝰ qdẽ humor situatꝰ fuit in medio alioꝝ duoꝝ hũoꝝ hñs añ se ṽsus cerebrũ humorẽ vitreũ.ꝛ post se ṽsus pupillã albugineũ.dixit Auic.h̃ humor fuit in medio positꝰ: qm̃ est dignior locis q sunt cũ custodia. In loco.n.medio ea q̃ egẽt custodiri melius saluant̃. Cristallinus aũt ipse exñs nobilior alijs vt dicet̃: maiori iõ egẽs custodia mediũ rõnabil̃r locũ sortitꝰ ẽ: ꝛ dñt.fuit ẽt in medio positus: qꝛ vt patuit recipit spẽs mediãte albugineo: q̃re oportuit ip̃z h̃re albugineũ ab añriori: ꝛ reddit spẽs sensui cõi mediãte vitreo. q̃re oportuit h̃re vitreũ a posteriori. ¶ Figura cristallini ẽ rotũda cũ quadã pressiõe a pte añriori ṽsus albugineũ. Dixit Aui. ipe ẽ rotũdus cꝰ minuit rotũditatez cõpressio ipsiꝰ ab añriori pte eius: ꝛ a pte posteriori ṽsus vitreũ h̃z quãdã eminẽtiã acutã. Vñ. A. dixit. ꝛ eiꝰ postremũ parũp ɔstrictũ est in q̃ constrictiõe efficit̃ aliq̃l̃r acutꝰ cũ quadã elõgatiõe. Et cã rotũditatis ipsius fuit vis passibilitat]: ꝛ dicit Auer. 2° coll̃z. ñ fuit ordinata rotũditas istiꝰ hũiditat] cũ aliq̃ dẽsitate: nisi vt reciperet reꝝ sensibiliũ multã q̃ztitatẽ.s. spẽꝝ ipaꝝ. magnaꝝ.s.ꝛ puaꝝ. ¶ Dixit. A. ipe qdẽ cõprimit̃: vt ĩ eo ĩformatio ɔueniẽtioris sit q̃ztitat] vt h̃eant pua q̃ vñr sectionẽ magnã.i. ptẽ sufficientẽ in q̃ forment̃ ꝛ figurent̃ sufficiẽt̃. ¶ Dixit Haly. theorice. 3° subplanũ aũt: ꝙ in eo est. ẽ vt eorũ q̃ sentit plime occurrerent q̃ztitati. ¶ Dixit Gal. 11°. de vtilitate ptim. figura cristallini nõ est certitudinal̃r spica vndiq̃z eq̃lis: q̃zuis familiarissima ꝛ amicissima sit nã h̃ figa. ñ.n. erat tutũ certitudinal̃r facere ip̃z spicũ: nz.n. circuloꝝ supimissiões ꝛ applicatiões q̃ sũt ŝm figurã iridis suscepisset vtiq̃z sil̃r: ꝛ ẽt piclitaret̃ in vehemẽti ꝛ violẽto motu fcõ aliqñ ŝm oculũ p̃cipitaret̃ q̃z ad sedez vitrei hũoris. Et.n. applicatiões ꝛ sedes certitudinal̃r spicoꝝ fallaciores sunt ãplis: ceu sup ɔuexũ ppea facile precipitabilẽ perifariã vehentiũ. ¶ Dixit Hal. nõ fuit h̃ hũiditas rotũda: vt sit sua fixa loco nõ turbata. Si.n. rotũda eẽt nõ obuiaret sensibilibus aliqbus puis piterq̃z eẽt ĩstabilis: ꝛ nõ fixa: qm̃ spica figa vix vnq̃z stabilit̃ fixa. ꝙ si figat̃: turbat̃ tñ. ¶ Dñt quidã. si cristalloydes fuisset rotũdꝰ res eiꝰ sensui nõ bñ aptaret̃: in latere.n. rotũditat] relideret̃: qꝛ res rotũda ĩstabilis ẽ ꝛ nõ firma. Et dñt alij. si fuisset v̂e spericus tũc sensus visibiliũ occurreret ei in pũcto. Cũ g̃ res parua occurrat cristallino cũ lineis reductis ad conũ puũ valde nõ potuisset sufficiẽter in eo situari ꝛ figurari: q̃re habuit planitiẽ in q̃ sufficiẽter põt situari ꝛ figurari: quã sufficiẽtẽ ꝛ decẽtez figuratiõnẽ Aui. vocauit sectiõnẽ magnã: non qdẽ absolute magnã: nz sicut magnaꝝ reꝝ: sed respcũ eius: qd̃ fuisset si fuisset spericus v̂e absq̃z cõpressiõe: põt insup p ipaz cõpressionẽ res magna distãs a lõge melius rapi ꝛ figurari. Res n. magna lz a ppe occurrat cũ cono nõ sic arto: vt res parua: sed ita magno: vt ẽt in spico possit recipi ꝛ figurari: tñ a lõginquo occurrit cũ cono arto: qꝛ sp spacij distãtiam: lz magis ad acutũ conũ terminat̃. Et hec est cã ŝm Algazelẽ in 4° sue metaphysi. q̃re res magna a longe visa apparet pua. ¶ Et cã posterioris eminẽtie cristallini fuit melior receptio eius: ꝛ ipsius ĩsurcatio in hũore vitreo: ꝛ eo mediãte in tunicis q̃ sunt post vitreũ v̂sus cerebrum dixit Auic. fuit parũp constrictũ: vt sua cooptura ꝛ amplaxatio.s. fiat bona in corporibꝰ que deglutiũt ip̃z siue circuũt: ꝛ cooperiunt: q̃ sunt vitreus: ꝛ tunice p̃dicte: q̃ corpora dixit Aui. sunt pfunda.i. h̃nt pfunditatẽ: ꝛ sũt dilatata a ɔstrictio.i. eoꝝ dilatatio incipit a loco puo ꝛ stricto in quo ĩcipit circuire: ꝛ deglutire cristallinũ: ꝛ pcedit dilatando ad hoc vt bñ coopiant ꝛ cõprehẽdãt ip̃m ꝛ eni humor vitreus ãplectit̃ ꝛ cõph̃edit cristallinũ: q̃si vsq̃z ad mem eius. dixit Hal. vsq̃z ad mediũ ĩmersa est humiditas cristallina. ¶ Recitat Auer. coll̃z. 2° ꝙ Gal. ɔfitet̃ ꝙ tela aranea est in vltia paruitat] ꝛ luciditat]: qꝛ colores ꝛ forẽ ĩprimunt̃ in ipsaz: q̃re hec tela erit ppriũ instr̃m visus: vel p se vel p adiutorium

De fora cristallini.

De vtilitate toponẽ cristallini.

cristallie: veꝝ Gal. 10. de vtili. ptim. dixit. cristalliformis humor p° organũ ẽ visus: ĩdicant aũt h̃ sufficient̃ suffusiones exñtes in me° cristalliformis hũoris: ꝛ carniformis tũice ĩpediẽtes visũ. Et 4° d̃ accidẽti ꝛ morbo dixit. ꝙ mẽbra oĩa q ĩ oculo h̃nt sũt adiuuãtia cristallinã. ¶ Et Gal. dixit. ps qdẽ q̃ pm ẽ visus organũ ẽ hũiditas rotũda clara lucẽs ꝛc. q̃ cristalloys dr̃. ¶ Et Zoar. dixit. hũiditas grãdinea pncipale istr̃z visus existit: ꝛ hic ẽ ꝙ nocito cristallio visus magis ledit̃ q̃z nocita aranea: vel alia q̃cũq̃z pte ocl̃i pari lesione. Et sil̃r eiꝰ egritudo minꝰ repabil̃ q̃z egritudo aliarum partiũ: ꝛ sic cõiter oẽs auctores volunt: ꝙ non aranea tela: sed cristallinus p se sit ppriũ instr̃m visus vt sit pricipalior oculi ps: ꝛ prestantior alijs. Et iõ vt. s̃. dcm̃ ẽ digniorẽ locũ tanq̃z regi mem.s. sibi creator tribuit.

tunc impoſſibile foret vt cōtinuaret̄ niſi aut cū extremitate palpebre: aut cū eius medio: ſed ſi cū palpebre medio continuaret̄ cooperiret pupillā cū ad ipſaȝ eleuaret̄: ⁊ ſi cū extremitate palpebre cōtinuaret̄ nō cōtinuaret̄ niſi cū extremitate vna: ⁊ nō perueniret palpebre coopertura equal̄r: ſȝ trāſuerſaret̄: q̄ clauſura in parte vbi eſſet chorda cōſtringeret̄ ꝑmo: ⁊ ab alia debilitaret̄ parte: ⁊ ſic coopertura nō eſſet eq̄lis: ſed eſſet ſil̄is coperture palpebre hois torturā patientis. Et ꝓꝑ hoc nō vn⁹ ei creatus fuit muſculus ꝯſtrictiuus: ſȝ duo q ꝑtib⁹ duoꝝ almathana: ideſt anguloꝝ ſunt naſcentes ⁊ palpebras ad inferiora ſili deponūt actione. Jn aptione aūt palpebre vnus ſufficiebat muſculus: q ad mediū perueniret palpebre: ⁊ ei⁹ chorde extremitas ſuꝑ palpebre dilataretur extremitate: ⁊ cū ꝯtraheret̄ aperiret̄: ⁊ ꝓpterea vn⁹ creatus fuit muſculus ad hoc q ſm rectitudinē inter duos deſcēdit pāniculos: ⁊ dilatat̄ ⁊ cōtinuat̄ cū corꝑe cartilagini ſimili: ⁊ expandit̄ ſub piloꝝ palpebre origine. ¶ Gal. dixit. vbi ſupra in hoie īferior palpebra minor eſt ſuꝑiori: qm̄ ſi longior facta eſſet q̄ȝ nunc eſt nō vtiq̄ȝ eſſet bene ſtans. ſ. firma: ſed ad ſeipſaȝ defluens corrugaret̄: ⁊ laxa fieret ⁊ diſtaret ab oculo. Et qđ eſt his maius aceruaret̄ in ipſa difficulter excreabilis lippitudo ⁊ lachryma: ⁊ oē q̄cq̄d tale. vñ melius fuit ei paruā fieri: talis eniȝ facta ſemꝑ circa oculum ꝯſtringit̄ cōfigurata ei: ⁊ circūadiacēs diligēter: ⁊ faciliter expellit oēs ſuꝑfluitates. ¶ Et dixit Gal. perforat⁹ fuit tarſus q̄buſdā foraminibus ſubtilibus: ex qb⁹ palpebraꝝ prodeunt pili: ſedē ⁊ poſitionē rectitudinis hñtes ꝓꝑ duritiem tarſi. Sicut eniȝ pilos ſuꝑcilioꝝ ſuper ſe cadere meli⁹ erat: ita hos rectos ⁊ ſuꝑtēſos cuſtodiri. ¶ Utilitatē eius cuius gratia facti ſunt ꝑficere debebāt: maxime per nunc exiſtētē eis poſitionē: ꝓhibent enim eis cadere intus araneā ⁊ puluerē ⁊ minima volantiū animalia. Et adminiſtrandū eſt de cōmēſuratiōe diuiſionis eoꝝ: ſi eniȝ plus diſtātes forēt multa oculos lederēt: que nūc ꝓhibent̄. Si v̄o tangerent ſeinuicē obtenebrarent multū viſuȝ: ſed ⁊ de pilis eaꝝ ampli⁹ ſupra habitū eſt. ¶ Dixit Auer. in ſuo đ ſenſu ⁊ ſenſato. palpebre fuerūt ſuppoſite oculis ad ꝯſeruandū cōpl̄onē eoꝝ a rebus extrinſecis: ſicut vagina gladij: ⁊ dixit. qui maiorē hȝ palpebrā magis reſpiciet a remoto: q̄ cōſeruat oculū a calore extrinſeco ⁊ frigore, ⁊ iō multa aialia reſpiciūt a remoto pluſq̄ȝ hō ꝓpter groſſitieȝ palpebraꝝ, ⁊ idē dixit hyeſu aly. ¶ Dixit Aui. fuerūt palpebre create, vt expellant qđ apud oculū volat, ⁊ hoc maxime faciūt cū pilis earū, ⁊ ad expellendū qđ deſcēdit ad oculos ex capite. i. ex parte ſuperiori, ⁊ vt equent lumen ſua nigredine quā inducit per ſe cū claudit̄ ⁊ per pilos ſuos, ⁊ pili hoc faciūt cū clauſione, ac etiaȝ ſuo colore, ⁊ color eoꝝ melior eſt color niger quē multi habent. ¶ Cōplexio aūt palpebraꝝ frigida ponit̄ eſſe ⁊ ſicca. Dixit Gal. vt ſupra, cognoſcēs creator nobilitatem oculi eū oino fortificauit cilijs, ⁊ palpebris que ſunt in circuitu cuti palpebraꝝ pilos ſeu ſepeȝ aliquā gratia paruoꝝ corpoꝝ ꝑmittens: vt facil̄r nō occurrant apertis oculis a pilis earuȝ ꝓhibita, palpebras v̄o ipſas coapplicari potētes, ⁊ claudētes oculos ſi q̄d maiorum afferat̄. Et ad maiorū obuiationē deſuper cilia premiſit, ab inferius autē poma, ſm v̄o magnū cantuū naſum, ſm v̄o paruū çigonitatis explantationē. A. q̄bus oibus ꝑus ſuſcipientib⁹ obuiationē maioruȝ corpoꝝ ipſe oculus in circuitu locatus nihil patitur, coadiuuante etiam parū, aut vix paſſibilitate oculi motu cutis, vndequaq̄ȝ enim hec collecta ſtringit intus oculū ad minimaȝ, vt poſſibile eſt regioneȝ cōgregans, ipſa enim cū multis plicationibus ibi fiens ſimul cū palpebris ſi aliq̄d oſſiū conuexitatem excedens ferat̄ intus aduerſus oculos ꝑmo recipit violentiam, ꝑmo patit̄ periclitat ⁊ corrumpit̄. ſcđo vero palpebre quaſſant̄, ⁊ inciduntur cōfinduntur, ⁊ oimodo patiuntur ſicut aliquo minime cornee premiſſo.

Quare inferior palpebra fuit minor ſuperiori.

De pilis ⁊ eoꝝ vtilitatibus.

De vtilitate palpebrarum.

De cōpl̄one palpebrarum.

¶De anatomia auris. Cap.xxviij.



Auris ab hauriendo dicta est quasi sonos ⁊ voces hauriat. Et sumitur dupl'r: vno mō pro toto instr̄o auditus cū oībus suis ptibus cōstituentibus: ⁊ coadiuuantibus ⁊ circūadiacentibus: alio mō solū pro ptibus extrinsecis. ¶De aure itaqꝫ dixit Auerro. ꝑ colliget. forma auris via est in osse petroso ⁊ in ipso sūt vie oblique: ⁊ tal'r tēdūt per viā tortā donec iungant' musculo .i. neruo 5° orto a cerebro a quo orit' pellicula extēsa sup̱ os petrosum: sed corpus cartilaginosuꝫ exn̄s exterius est auricula noiatū: ⁊ istud est manifestū. ¶Dicūt qdaꝫ ꝙ auris sumpta ꝑ pte extrinseca est mēbrū officiale substātia cartilaginosuꝫ: neruosuꝫ: plicabile: cōplexione frigidū ⁊ siccū extra caput a laterib⁹ eminens. ¶Et dixit qdā. ptes auris alie sunt pncipales ⁊ cōstituentes: ⁊ alie singulares ⁊ coadiuuantes. De pncipalibus dixit Auer. 2° collꝫ. ca° de iuuamēto instr̄i audit⁹. pᵐ membroꝝ in quo inest audit⁹ est neruus q venit ad aures q cooperit foramē auris. Dixit Aui. 4. tertij ca° pmo. hic neru⁹ in dispōnib⁹ audit⁹ est: sicut glacialis in dispōnbus visus. Et supficies eius domestica est strata villis neruis auditus ꝓuenietib⁹ a pari 5° neruoꝝ cerebri: veꝝ in hoc errauit aça rauius: q dixit ipm ꝓuenire a pari quarto. ¶De reliqs aūt ptib⁹ subdit Auic. reliq mēbra auris sunt: sicut reliqua mēbra que circūdāt glacialē vt seruiant ei ⁊ custodiāt ipsum ⁊ adiuuent euꝫ. ¶Sūt aūt ptes oēs auris sex. s. neruus pdictus pncipalis pars ei⁹ de quo dictū est: ⁊ pellicula ab eo orta: ipse. n. neruus postqꝫ ꝓuenit ad ptē ossis petrosi magis intrinsecā versus cerebrū vbi recipit ⁊ pcipit voces subtiliatur ⁊ dilatat': ⁊ trāsit in quādā pelliculā: sicut in oc'lo neru⁹ opticus trāsit in tunicā retinā vt supra dictū est: ⁊ illa pellicula dilatat' quousqꝫ cooperiat in circuitu totū asamach: ⁊ postea iterū dilatat' vt cooperiat totā cōcauitatē auris: donec ēt dilatet' ad cooperiendū foramē auris extrinsecū: ⁊ totā aurē extrinsecā cartilaginosaꝫ. ¶Et de ptib⁹ eius est ipꝫ asamach: ⁊ est foramē ossis petrosi: ⁊ ipm qdē dixit Aui. est auri ad audiendū: sicut foramen vuee oculo ad videnduꝫ: ⁊ ipsa qdē in via trāsitus sonoꝝ ⁊ vocū ad instr̄ꝫ pncipale audit⁹ mediāte extrinseco auris foramine: ⁊ hoc qdē foramen nō recte: sed tortuose ꝓcedit vsqꝫ ad neruū dictum. ¶Dixit Aui. factū est auri ostracū anfractuosuꝫ. i. foramē procedēs ad modū ostraci anfractuosi ⁊ tortuosi. Dixit Auer. nō fuit foramē h auris tortuosuꝫ nisi vt aer frigidus nō intret tali mō vt ledat auditū ⁊ melius est dicere ꝙ fuit tortuosuꝫ: ne virtus auditus esset lesa a fortissimis vocibus. Et Auic. dixit. ꝙ tale factū est vt sentiat oēs voces: ⁊ faciat. i. suscipiat tinnitū earū necessariū. i. qui necessari⁹ est in receptione vocis: ⁊ subdit foramē incipiēs in osse petroso est inuolutum anfractuosuꝫ: vt sit anfractuositas ei⁹ elongās aeris spatiū ad interiora cū abbreuiatiōe sub eo: ad qđ si factū fuisset foramen penetrās directe abbreuiaret' spatiū ad ipꝫ: exponūt qdā. i. vt aer q interi⁹ est in aure qet⁹ manifeste quo voces recipiunt' hēret spatiū qđ esset breue elongatū ꝓpter inuolutionē: qr si esset directū esset illud spatiū breue: alij aūt ⁊ melius dixerūt qđ factū est anfractuosuꝫ: qr breue est cerebri ad aurē spatiū si recto tramite intraret aer exterior ad cerebrū sui qualitate. ⁊ substātia lederet ipm. Et pp̱ hoc anfractuosus est ei meatus per tam breue spatiū ꝓlongaret': ne sicut dixit Aui. subito ꝓueniant ad interiora calor ⁊ frigus supflua: imo veniant sup ipꝫ gradata ad ipsuꝫ ⁊ remittant' ⁊ nō ledant. incipit aūt foramē hoc tortuosuꝫ in osse petroso: ⁊ in ipso osse est anfractuositas ei⁹: facta ēt vt varie vocum differentie pcipiant': ⁊ in ipsa pficiant' tinnitus necessarij ad vocū distinctionē qui nō pciperent': eo ꝙ nō fierent si directus esset trāsitus: ⁊ sic voces nō distinguerent': ⁊ aer qdē qetus dictus a plurib⁹ cōplantatus est stans in fine foraminis pdicti in loco ad quē terminat' neruus audit⁹ adhuc stans sub forma nerui. ¶Dixit Aui. foramē auris peruenit ad cōcauitatē dictā samach in qua est aer stans. i. qetus: q qdē oi motu caruit ad hoc vt oēs vocū motiones recipere posset. Cū enim ꝓuenit vnda vocalis idest aer inūdādo ꝓcedens ferens vocē ad illud qđ illic est. i. ad ipsuꝫ aerē qetū: ⁊ ipꝫ neruū: tunc cōprehēdit eā auditus. ¶Et ex ptibus auris est foramē extrinsecū ꝓcedēs ad cōcauitatē eius: per qđ aer extrinsecus ingredit': in quo ⁊ ipsa cōcauitate aer ipse ēt aliqual'r a suis qualitatib⁹ remittitur ⁊ ipsuꝫ foramē cum ipsa cōcauitate in re cartilaginosa coopertū pellicula supi⁹ dicta. ¶Et de ptibus eius est ipsa auricula extra ꝓeminēs. cui⁹ substātia cartilaginosa existit etiaꝫ. Et facta est talis vt seipsa sustentet': ⁊ vt plicabilis existat. ¶Dixit Gal. 11° de vtilitate pticulaꝝ. eaꝝ suba facta fuit cartilaginosa. cū eniꝫ vnde pticule sunt readiacētes que extrorsuꝫ incidūt tali substantia eguerūt q̄ neqꝫ quassari: neqꝫ frangi facil'r pōt: apparet aūt aures supimplicari nil inde patiētes: ⁊ aliqn̄ pileuꝫ: aut galeā capiti imponi: ⁊ in nullo eo ꝙ cōprimant' aures apparēt nocite. Et stant sil'r illese sub cuciffa ⁊ vitta: ⁊ caputeo: eo ꝙ molles sint moderate: ⁊ ꝓpterea facil'r cedētes eis que incidūt ⁊ soluunt violētia eoꝝ. Si. n. dixit Gal. dure essent ꝯsil'r ossib⁹ vel molles cōsil'r carnib⁹ duoꝝ alteꝝ eēt: aut frangeret' aliqd eoꝝ faciliter: aut oino quassaret'. ¶Et Aui. dixit. creata est auris cartilaginosa: qm̄ si foret creata carnea vel neruosa aut pānicularis nō seruaret figuraꝫ fornicis: aut anfractuositatis q̄ est in ea: ⁊ si crearet' ossea lederet' in oi casu: qr. s. in omni casu ⁊ percussione scinderet' ⁊ frangeret' pre nimia duritia: sed creata est cartilaginosa habens ꝯseruationē figure in leuitate cū reflexiōe. Non ergo est mollis: sicut caro vt debitā sibi possit retinere figuram: neqꝫ dura sicut os vt possit flecti nō frangi. ¶Et dixit Gal. ꝙ auditus organū pmo eaꝫ que sm̄ lapidiforme os elicere pori fecit: vt nihil ab extra incidētib⁹ noceat'. ¶Dixit Aui. ⁊ supflua duritie factū est durū: vt nō sit debilis passibilis a pcussione aeris: ⁊ qualitate eius. Et dixit Gal. sicut oculis nā pilos supcilioꝝ superposuit suscipiētes prius si qd a capite ad ipsos defluat eodē mō voluit qd aurib⁹ preponere. Sed oculis qdē hoc magnū pmissoriū facere ne tenebraret eos nō erat melius. In auditu ꝟo totū ꝯriū est: nō. n. solum ꝓhibere debebāt pmisse pticule vocis incidētiā: sed ēt quo ad sonare qd eminētie enim auris extra caput cū eleuatiōe vtilitas est vt soni qui sunt fluxibiles valde sub eius vmbra laterēt donec ab audit⁹ organo fuerint cōphēsi. Et maximū hui⁹ testimoᵐ est. dixit Gal. Adrian⁹ grecoꝝ ipator: qr. n. nocit⁹ erat hoc sensu ptēdebat aures ad retro ad an̄ repetēs cōcauas man⁹: vt facil'r audiret. Ita āt ⁊ Aꝝ. dicebat equos asinos ⁊ canes: ⁊ q̄cūqꝫ alia aialia magnas hn̄t aures circūducere eas ⁊ vertere semp̱ versus sonos: ⁊ voces a nā edocta vtilitate pticularū. hn̄t. n. pdicta aialia musculos ipsoꝝ mouētes aures. hoies aūt eis caruerūt ⁊ facte sūt ipsoꝝ aures imobiles pter paucos eoꝝ: in qb⁹ aures mouent': vt supra patuit. ¶Et dixit Gal. hoib⁹ inutilis esset tāta magnitudo auriuꝫ: qn̄ cingeret' caput pileis: ⁊ galeis vel aliqbus alijs talib⁹ sicut nō raro debebāt facere. Cū domū ⁊ bellicis equis q̄uis multo minores asinis hn̄tib⁹ aures inutilis existat magnitudo: qn̄ idigēt tegi caput intm̄ itaqꝫ suptēdi ⁊ p eminere poris inqꝫtū nūc suptēse sūt meli⁹ fuit: ita qdeꝫ sil' assonant ⁊ cooperiūt poꝝ: sil' aūt ⁊ nō ipediūt suppositoria toti⁹ capitis. ¶Et dicit' dixit Gal. rōnabil'r vel nō oino mouent' aures in hoib⁹: vel aliquē paruū ⁊ obtusuꝫ hn̄t motū. cū. n. exn̄tes parue paꝝ oino vel total'r vel debil'r iuuare nos ꝯuerse potētes. Et Auer. vbi supra dixit. in sūma scias: ꝙ hec figura hūit iuuamētū in receptiōe vocis. Et alia aialia hn̄t hoc ꝓ alio iuuamēto hoc est vt recipiāt voces veniētes ex omni pte: ⁊ ꝓpterea plus in eis egrediūt' foras ⁊ mouent eas. ¶Et dixit Gal. extrorsum gibbose ⁊ ab intra cōcaue existūt aures: vt nō incidat aliqd poro: neqꝫ ipse patiā

De ⁊ fora ⁊ suba.

Auris ptes sūt sex.

De foramine auris: qr tortuosū fuit

Quare fo ris po fuit n gioin reqꝫ i te au facici.

Auricula exterior qre fuer cartilaginosa

Quare res sūt mobil

Quare res ab tra sint gibbos

Quare au ris posita fuit magis in late re capitis in p. te anteriori faciei.

tur pmpte:ꝛ cū multis circūuolutionib⁹ alterutra earꝫ facta est eiusdē vtilitatis grã.magis.n.sic supplicari põt ꝛ duplicari in seipsis q̃ si simplr vniformis esset alterutra earū. ¶ Et auris qdē a latere posita est ꝛ non in anteriori pte sicut visus:qꝛ imutatio visus directe ꝓcedit:sed imutatio audit⁹ indifferenter. Itē ex hoc qḋ nerui audit⁹a media cerebri cellula ꝓcedūt:ꝛ pp hoc sub illa lateralr posita est. Et Aui.dixit.aures create sunt a laterib⁹:qm̄ anteri⁹ fuit meli⁹ visui:vt supra patuit. Et creata est sub tonsura capillorꝫ in hoīe vt non sit sub tegimento capillorum:neqꝫ sub tegimento vittarum:ꝛ ꝓpterea non impediatur auditus.

¶ De anatomia nasi. Cap.xxix.



Nasus est mēbrū officiale ex plurib⁹ ɔsilib⁹ ɔstitutū cōplōne frigida ꝛ sicca figura oblonga in medio faciei eẽ ꝓeminēs situatū. ¶ Dix. A.tertij.5ª anato.ª nasi ɔphēdit anato.ªm ossiuꝫ eius ꝛ cartilaginū ipsius ꝛ lacerti mouētis extremitatē eius sup.ꝛ cutis coopientis extrinsec⁹:ꝛ panniculi tegētis intrinsec⁹. Et qdā addūt carūculas cerebri q̃ sunt ptes ei⁹ sicut capitib⁹ mamillarꝫ:rōne quarꝫ nasus ponitur esse odorat⁹ instr̄m:ipse.n.sūt p̄ncipales ptes nasi:ꝛ maxime ɔstitutiue instri odorat⁹:ꝛ oēs alie ptes nasi sunt coadiuuātes ei ꝛ circūadiacētes. Et he carūcule vt patuit in sermone 3° in cerebri anatomia locate sunt in supma pte nasi intra os cranei supra os vocatū colatoriū. Nullū aūt aliorꝫ sensitiuorꝫ locatū est intra craneū p̄ter istud. ¶ Dixit Gal. 8° de vtilitate ꝑticularꝫ odorꝫ sensitiuū intra craneū factū est solū oium in ipsis anteriorib⁹ cerebri ventriculis vaporosū spūm ɔtinētib⁹:ꝛ cā fuit:qꝛ oportebat hui⁹ sensus ꝓprium obiectū alterare cerebri ptē. ¶ Et Aui.dixit.instr̄m quo fit odoratus sunt duo additamēta mamillaria:que sunt in anteriori cerebro:ꝛ extendunt̄.i.pueniunt ꝛ exeūt a duob⁹ vētrib⁹ anteriorib⁹ cerebri:vt in sui anatomia patuit. ¶ Et dixit Gal.vbi supra oportebat ipsi sensitiuo odorat⁹ aliqḋ tegimen p̄mitti tale q̄le custodire ip̄z eēt sufficiēs:ꝛ nō ꝓhiberet trāsitū obiectorꝫ ꝛ n̄ oportebat eorꝫ trāsitū non ꝓhiberi:oportebat ad fieri tm̄ tegimine audit⁹ stricti⁹ q̃ẓtū obiectū eius obiecto qḋ ill'ius grossiorib⁹ ptib⁹.i.grossiorum ptiū erat:fere.n.q̃ẓtū deficit a subtili ptitate aer a luce tāto ꝛ vapor ab aere. Et sic obiectū odorat⁹ tāto est grossi⁹ obiecto audit⁹ quāto obiectū auditus est grossi⁹ obiecto visus. Et ꝓpterea os cranei:qḋ in illa pte est qḋ colatoriū vocat̄ positū sub duab⁹ carūculis dictis:ꝛ ēt velamē.s.duramater pforatū est. ¶ Dixit Aui.craneū foramine colatorij pforatum est:vt in ipsuꝫ penetret odor. Et sub osse isto ꝛ pāniculo pforato est q̃dā ɔcauitas siue fouea ad quā ptes nasi coadiuuātes terminant̄:ꝛ harꝫ ptiū anatomia est:nāqꝫ pars ossuosa earꝫ:dixit Aui.pª p̄mi.ex duob⁹ est ɔposita ossib⁹ ad modū duorꝫ triāgulorꝫ:quorꝫ duo anguli supi⁹ ɔcurrunt:ꝛ bases apud vnū angulū se cōtingūt ꝛ in duos separant̄ angulos:ꝛ vnūqḋqꝫ duorꝫ ossiū vnicuiqꝫ duarꝫ aderem extremarum dictarꝫ in anatomia mādibule superi⁹ supponit̄. Et vt dicūt extremitates horꝫ ossiū acute in magis supiori pte nasi coniungunt̄ cū osse cranei.s.cū osse frontis. ¶ Et dixit Aui.super duas dictorꝫ ossiū extremitates inferiores duas cartilagines molles.i.tenere sūt:ꝛ inter eas s̄m longitudinē aderẽ.i.cōmissure diuidētis iter eas media vel est cartilago ei⁹ superior ps inferior duriori est.ipsa tñ tota durior est aliis duab⁹ cartilaginib⁹:ꝛ hui⁹ medie cartilaginis iuuaᵐ est vt nasus in duas ptiat̄ nares pp cās q̃ dicent̄. ¶ Duarꝫ vō cartilaginum extremarꝫ dixit Aui.iuuaᵐ tres res existūt. vna est iuuamentū oibus cartilaginib⁹ cōmune:que sup oēs ossiuꝫ existūt extremitates:vt supra in anatomia gñali cartilaginis patuit. 2ª est vt expandant̄ ꝛ dilatent̄ si necesse fuerit aerē attrahere supflue vel expellere. ꝛ 3° est ad vaporē excutiendū cū suo motu ꝛ quassatione:tremor iuuat cū exsufflatione:ꝛ due extremitates iferiores nasi vocant̄ ale. ¶ Dixit Gal.vbi supra.inferiores ptes nasi mouent̄.s.motu voluntario. Dixit.n.ꝙ ale nasi in repentinis inspirationibus:sicut ꝛ expirationib⁹ mot⁹ nō parū cōferunt:ꝛ ꝓpter hoc facte sunt mobiles:ꝛ mot⁹ eorꝫ s̄m electionē est:nō ɔsilr motui arteriarū:quare musculos ad eos oportuit venire:quorū musculorꝫ explantationis p̄nᵐ sub pomis fit maxille ꝓpe p̄nª descendētiū ad labia musculorꝫ q̃ his vsqꝫ ad aliqḋ ɔuersati semp ꝛ magis accedūt versus nasuꝫ obliq̃:ꝛ parui sunt ꝓportionalr ꝑticulis que mouētur ab eis:de qb⁹ dixit Aui.cū extremitate leporis duo pui cōtinuant̄ musculi fortes:ꝛ puitas eorꝫ cōsistit ne sup alios musculos plus necessarios coāgustatio fieret:qm̄ mēbrorꝫ maxille ꝛ labiorꝫ plures sunt numero ꝛ frequētius fiūt ꝛ plus pseuerant ꝛ plus sunt necie q̃ mot⁹ extremitatis leporis:fortes āt creati fuerunt:vt eorꝫ fortitudine id qḋ eis defuit per ossis defectum emendaret:quorꝫ aduentus ex parte gene maxille adducti fuerūt nisi:vt ipsuꝫ ad eā nō moueāt. pellicula aūt iterior oratuꝫ habuit dixit Auer.p̄ colliget.ex pellicula oris. Cutis āt exterior nota est sensui. ¶ Et adueniūt naso nerui dantes ei sensuꝫ ꝛ vene portātes ei nutrimētū ꝛ arterie ēt portantes vitalē spūm. ¶ Et forma qdē nasi p̄ter longitudinē eius in gñe est triplex:qm̄ alia est aq̃lina alia sima:ꝛ alia media iter istas. ¶ Et Ar.qdē q̃uit.33ª ꝑticula pbleumatū pbleumate.18.pp qḋ q̃ sūt crispi ꝛ in capillis tortuosi vt ad multū sunt magis simi s̄m nasum.s.q̃ plani ꝛ recti s̄m capillos. ¶ Et solués dixit.ꝙ crispitudo causat̄ a calo exiccāte ꝛ dēsitāte. Nā durū corp⁹ calm̄ extat:ꝛ vbi viget caliditas non accidit supfluitas.cōsumit̄.n.ipso calo. Itaqꝫ cartilago que est de nā ossis cū gñet̄ a supfluitate.i.impuriori mā rōnabiliter ɔseq̄t ꝙ accidit defect⁹ eius ꝛ ipsi⁹ diminutio:ꝛ maxime circa nasuꝫ:qꝛ est maxime cartilaginosus in eius extremo:qḋ appet:qꝛ pueri fere oēs sunt simi ꝑus pp imperfectaꝫ hui⁹ ptis extēsionē. ¶ Cōtra hoc dictū Ar. est expiētia qḋ inuenit̄ ꝙ crispi pl̄m sūt aq̃lini nō simi. Et calm̄ ēt qꝛ extensiuuꝫ est causat̄ aq̃linitatē nō simitatē:ꝛ sic videm⁹ qḋ calidi ɔplōne ꝛ habitātes in calida regione sūt aq̃lini. ¶ Propter p̄dicta notant ꝙ simitas cātur a calitate:aut excedente ɔsumente nō relinquēte de mā tm̄:ꝙ possit in loco cartilaginoso sufficienter gñari:aut a calitate debili multo humido iuncta:qḋ nō põt debite extēdere. Et pp hāc cām dicūt.frigidi nā s̄m cerebrū ꝛ loca nasi:vt multū sunt simi:ꝛ ecōuerso calidi circa p̄dicta s̄m pl̄n sunt aq̃lini:causat̄.n.aq̃linitas a calido iuncto humido tēperato qḋ põt sufficienter extendere. ¶ Sic itaqꝫ intra nasuꝫ duo relinquunt̄ meat⁹ q̃ due nares dx̄r.s.dextra ꝛ sinistra.fuerūt aūt meat⁹ isti duo vt si vni accideret nocuᵐ alter suppleat vicē ei⁹. Dixit Aui.in duabus extremitatibus nasi duo sunt trāsitus ad duos lachrymales:ꝛ pp hoc gustat̄ sapor alcohol in lingua:vt supra ēt patuit in anatomia oculorꝫ. Sunt ēt in eis duo foramina que penetrāt ad palatū ꝛ guttur:vt supra ēt dcm̄ est. ¶ Fuit aūt nasus cartilaginosus pp ɔsiles cās eis q̃ dicte sunt in auriū anatomia. Et Gal.dixit.vbi supra.ꝙ cartilaginose facte sūt nares:qꝛ difficile quassabilis ꝛ difficile frangibilis est hec suba.nude.n.sunt ꝛ reiacent eis que extrorsum incidentia:ꝛ ideo tali eguerūt suba. ¶ Eminētie aūt ꝛ ɔcauitatis nasi vtilitas multiplex est:q̃dā tñ p̄ncipalis ꝛ q̃dā scōaria. Sunt aūt oēs quatuor de trib⁹:quarꝫ dixit Aui.p̄mi pª nasi iuuamenta manifesta sunt 3ª vnū est:qm̄ cuꝫ foramine qḋ est in eo in odoratione iuuat donec plus aeris in eo cōtineat̄ ꝛ tēperet̄ ꝑusqꝫ in cerebrū penetret:lꝫ enim pl̄m aeris qui attrahit̄ ad pulmonē vadat:magna tñ eius ps ad cerebrꝫ tēdit:ꝛ cū aeris attractione cū qs odorare vult multus in vno loco aer corā instr̄o odoratus adiungit̄:vt sit apprehēsio odoris plus ꝛ copiosior:in p̄mo ergo iuuamēto sunt tria iuuamenta.dixit.n.ipse tertij.5ª ex duab⁹ extremitatib⁹ nasi recipiūt cerebrū:ꝛ duo additamenta nata ex eo.s.carūcule dicte odorē cū attractione aeris. Cerebro.n.inest aeris attra

De figura ossiū ɔcurrentiū ad cōponem. nasi.

De cartilaginib⁹.

De mutilitatis nasi

Forma nasi p̄ter lōgitudinē est triplex.

De meatib⁹ siue foraminib⁹ nasi.

De suba nasi.

De vtilitatibus.

etio: vt ꝯseruet aer calorē inatū in ipso sic pulsus. Qñqꝫ vo dixit Aui. augmētat̄.s. idigētia attractiōis aeris apō clamorē: ⁊ apō ꝓfoca^{nem} aeris: ⁊ euētationē ad supiora. Exposuit Dynꝰ.i. apud ꝓhibitionē euētatiōis. ¶ Et dixit. A. ꝓmi pᵃ 2^{m} iuuamētū est: qꝛ ad lr̄as iuuat distinguēdas: ⁊ vt eaꝝ exitus sit facilis in scissione: ⁊ ne totꝰ aer apud locū cui lr̄aruꝫ accidit incisio cōprimat̄: sed sit ſm mēsurā. Et hec dno iuuamenta in vno cōicant iuuamēto: ⁊ tātū est qd̄ facit nasus in cōmēsuratione aeris haꝝ lr̄aꝝ q̄ztū id qd̄ facit foramē ꝑforatū absolute post fistulā qd̄ nihil obturat. ¶ 3^{m} iuua^{m} est. dixit Aui. vt supfluitates a cerebro egrediētes tegimentū ⁊ defensionē a visibꝰ habeāt. tegit. n. nasus ⁊ celat mucillagines a cerebro exeuntes: ne qd fedū ⁊ abominabile inspicientibꝰ appareat. Et cū hoc dixit Auic. nasus est instr̄m iuuatiuū ad cerebri supfluitates excutiēdas cum ex sufflatione. ¶ Gal. vbi supra dicta iuuamēta nasi tetigit: ⁊ vt ostēderet necessitatē expurgationis supfluitatiꝫ cerebri ꝑptes nariuꝫ. dixit qd̄ maxia fides raritatis huiꝰ sensiterij. i. foraminū dure matris ⁊ ossis colatorij ēt tegiminis eiꝰ est qd̄ multotiēs fit desup supfluitatū repentina eūo quas bregmaꝫ ⁊ coriçaꝫ antiq noiant: mucillagines aūt minores. i. puriores. Et subdit. ⁊ supra ēt positū est qd̄ hoc est nāe ꝯsueta ingeniatio. s. nunqꝫ dimittere alicuiꝰ organi actū aut vtilitatē qñ possibile est multos ab vno effici bñ. Et. n. ⁊ hoc cū vētriculi q supiacent ſm cerebrū ⁊ suscipiūt de necessitate multas supfluitates ex ꝯtinētibꝰ eos corpibus frequēter vtiqꝫ a populis occuparet̄ aial: nisi aliquā ⁊ hoc nā ad effusionē viā idoneā cōiecturaret: sed neqꝫ excogitare pol̄e erat aliquā melioreꝫ amplā simul ⁊ versus deorsuꝫ. Ab intus igit̄ extra ꝑ poros qui ſm nares supfluitates ferunt̄. ab extra vero intus sensibilia v̄tutis odoratiue. Et his duabꝰ vtilitatibꝰ vnū organū famulat̄: quaꝝ vna ad ipꝫ viuere est necessaria: ⁊ alia ad meliꝰ viuere. ¶ Et dixit Gal. ꝙ qñ total̄r bene cerebrū se hꝫ ⁊ dominat̄ nutrimēto suo sufficiunt ei duo riui deorsuꝫ tendentes eructuātes ꝑ palatū ad os oēs supfluitates eiꝰ: quare ꝓma vtilitas cerebri eaꝝ que ad nares foraminū eiꝰ gr̄a maxime facta sunt: nō est supfluitatis excreatiua: sed hoc ex supabundāti factū est malignato cerebro auxiliū: ꝓus autē est odorū dignotio. Et hac adhuc antigor ⁊ ad ipsuꝫ viuere necessaria est q̄ ad cerebrū inspiratio. Et ꝑꝑ hoc solū sensus odoratꝰ ſꝫ cerebrū factꝰ est. ¶ Sꝫ qm̄ oportebat eē tegimē eius multoꝝ foraminū: sil̄ aūt ⁊ rarū ꝓmpte mittere debēs ad cerebrū: aerē qdē respirationis gr̄a: vaporē v̄o dignotionis odoꝝ gr̄a: ac ēt eūare repēte sil̄ si aliqñ opus fuerit multitudinē supfluitatū: necessario sequebat̄ magna ipsiꝰ tegminis facilis pol̄itas ⁊ magnū cerebri noc^{m}. Apposuit nā os varie ꝑforatū: sicut spōgia: vt neqꝫ aliud qd incidat extrorsuꝫ corpoꝝ duroꝝ: neqꝫ sincera frigiditas ispirātibꝰ nobis ſm rectitudinē vētriculoꝝ cerebri eat: nō eniꝫ debebamus semꝑ inspirare aerē moderate frigidū. Aer āt valde frigidꝰ si ſm rectitudinē allatꝰ fuisset ad cerebrū infrigidaret ipm īmoderate. Et ꝑiculū induceret de tota vita. Itaqꝫ aer in cōcauitate nasi receptꝰ aliqual̄r cōtēperat̄: vt nō ledat sua q̄litate frigida vel calida cerebrū. Et sil̄r vapor odoriferus cuꝫ aere sil̄ in ea receptus disponit̄ vt meliꝰ ab odoratꝰ organo sentiatur. ¶ Et 4ᵃ vtilitas ſm Gal. vbi supra pōt poni: qm̄ odoꝝ dignotio nō modicū iuuat respirationē nō ꝑmittens latentes paruos vapores coingredi cū puro spiritu. contristatus. n. ab eo sensus cogit duoꝝ alterū facere. s. aut fugere q̄ꝫ citissime ab eis: aut afferre naribꝰ aliqd tale quale ꝓhibeat vapores: mittat aūt aerē. Et hinc est ꝙ cū ꝑuenerimꝰ ad aliquē locū fetidū illū currēdo subito ꝑtransimus: ⁊ nares obturamꝰ. ¶ Et dixit Gal. 11°. de vtili. ꝑticul. nasuꝫ respiratiuoꝝ organū esse ꝓmū ordine: os v̄o nulla passione cogente aial nullatenus: sanis enim existentibꝰ certitudinal̄r poriꝫ nasi nō egent aialia ore ad respirādū: imo nō egent eo: nisi flegmone aliquo vel sciliro gñato: vl̄ aliqua alia dispōne obstruente poros nasi cogant̄ tunc ꝑ os respirare: aut nisi ꝓpter aliqd̄ asma multū vehemēs. ¶ Et ex supradictis pꝫ: quare nares semꝑ fuerunt patule aperte q̄ꝫuis aliqua aliorū sensitiuoꝝ fuerint aliqñ clausa vel in occulto posita: ⁊ est vt cū os claudit̄ ꝑ eas semꝑ fiat ad cor aeris inspiratio.

¶ De anatomia oris. Cap. xxx.

OS de se nihil significat positiuū: sed soluꝫ q̄ꝫdā indicat cōcauitatē: circa quā ⁊ in qua diuersa existunt mēbra que sunt labia dentes gingiua lingue ⁊ palatū verūtñ os frequēter sumit̄ pro ipsis membris. Et vt sic sumptum est mēbrū organicū ex dictis organis ꝯpo^{m}. ¶ Dixit Auer. coll̄ꝫ. ꝓmo. extremitas oris tendit vsqꝫ ad vias q̄ sūt canna pulmonis ⁊ meri. s. exclusiue: ⁊ sic inter cōponētia os existeret vua: ⁊ due amigdale ⁊ algasmach. Sꝫ mihi apparuit illa reseruare inter mēbra gutturis. Et in kacumine superioris palati est cōcauitas ꝑꝑ duas vtilitates: quaꝝ vna est vt fiat ad ipsam intonatio vocis. ¶ Et 2ᵃ est: vt possit fieri facilis ⁊ bona reuolutio cibi qñ dētibꝰ mollit̄. Dixit. A. tertij. 6ᵃ os est mēbrū necessariū ad hoc vt ꝑueniat cibꝰ ad cōcauitatē inferiorē. s. ad ventrē mēbroꝝ nutrimēti: ⁊ est cōueniens adhuc: vt ꝑueniat aer ad cōcauitatē superiorē. s. ad ventrē spūaliū. Et cōuenit etiā in expulsione superfluitatuꝫ aggregatarū in ore stōi cū elongat̄: ⁊ difficilis fit eaꝝ expulsio ad inferiora. ¶ Et est os vas vniuersale membroꝝ locutionis in homine ⁊ vociferationis in alijs animalibus vociferantibus cum exufflatione.

¶ De anatomia labiorum. Cap. xxxj.

LAbia mēbra sunt officialia multū lacertosa: quoꝝ lacertoruꝫ anatomia supra habita est: ⁊ ea vestit pāniculus ortus ex pāniculo vestiente mēbra oris qui ex pāniculo oris stomaci originem trahit. Et hinc est quod cum ore stomaci cōmunicant labia in passionibus eius: quare cum futurus est vomitus tremit labium inferius ⁊ nūciat illum. ¶ Dixit Au. tertij. 8ᵃ duo labia creata sunt ad cooperiendū os ⁊ dentes: sicut. n. dicūt labia sunt ori: sicut hostiū domui: ⁊ easdē vtilitates quas hostiū prebet domui ꝓbent labia ori. Et subdit Aui. sunt ēt ad decorē: turpe enim aspiciētibꝰ foret os amotiꝫ labijs. Et subdit. ad retinēdū saliuā. supplent: ⁊ ad ꝓhibendū ipsaꝫ ⁊ cibaria de ore egredi: donec optime masticent̄. Et subdit Aui. ⁊ adiuuādū hoies ad loquendū: qm̄ adiuuant in ꝓferendis vocibus: ⁊ sūt de organis vocalibus. Et Aꝝ. qdē voluit. 35ᵃ. ꝓbleumatū. ꝓbleumate 7° ꝙ labia inter partes faciei maxime titillant. i. mouentur: titillatio. n. motus est ⁊ merito: qm̄ labia inter mēbra faciei sunt abscisa ⁊ dependētia ⁊ maxime labiū inferiꝰ. Et cū hoc sunt sufficienter carnosa non oīno dura: nec oīno mollia: ⁊ per ꝯñs facilius titillabilia ⁊ mobilia.

¶ De anatomia dentium. Cap. xxxij.

DEntes sunt mēbra que lꝫ ſm aliquā cōsiderationē sint dicenda cōsimilia: ſm aliā possunt dici instr̄alia: sunt. n. instr̄a ad incidendū frangendū ⁊ molendū: siue masticādū alimentū creata: ⁊ cū hoc iuua^{m} sūt ꝓstantia in ꝓlatione vocū. ¶ Nouus cōmētator voluit dentes fore magis de nā carnis q̄ꝫ de nā ossis: ⁊ hoc iō qd̄ sentiūt. Et iō vident̄ fieri de mā magis ꝓpinqua nāe sanguis q̄ꝫ spermatis: ⁊ hinc est qd̄ deperditi pñt regñari: verūtñ dixit ipse ꝙ dentes fiunt ab ossibus mādibularū. s. ex supfluo alimenti ipsaꝝ iō tenent sil̄itudinē ossis: ¶ Hoc aūt dictū est dissonū sententijs auctoꝝ q posuerunt dentes esse ossa. Et ēt dictuꝫ suū nō v̄r veꝝ: qm̄ supfluū alimēti mandibulaꝝ: ex quo ipse dentes ꝯcessit fieri magis est ꝓportionale superfluo alimēti mēbroꝝ spermaticoꝝ q̄ꝫ sanguineoꝝ cū sint mādibule mēbrū spematicū. ¶ Et io dōm est cū auctoribꝰ qd̄ dētes sūt ossa ⁊ mēbra spmatica: verūtñ nō q̄lia alia ossa. Dixit enim

Arist. 2° de gñatione aíaliũ. accidit neq₃ eādē hr̃e nā₃ alijs ossib⁹ dētes: differũt. n. ab alijs ꝓprietatib⁹ plimis: q̃ꝝ pᵃ est ꝙ oia alia ossa in pᵃ ↄstitutiōe fiũt: ⁊ nullũ eoꝝ fit posteri⁹: dentes aũt fiũt posteri⁹. 2ᵃ est. ꝙ dentes deꝑditi pñt renasci: alia aũt ossa nō 3ᵃ est: ꝙ dentes vsq₃ ad finē vite crescũt: alia aũt nō post augmasticā etatē. 4ᵃ est. ꝙ dētes sentiũt: alia aũt ossa nō sentiũt. 5ᵃ est. ꝙ ossa q̃dā medullā hñt: dētes aũt nō hñt medullā. 6ᵃ. ꝙ dentes dislocati reduci non possunt: neq₃ fracti restaurari: sicut alia possunt ossa.

Q̄r dētes a ꝑncipio nō ꝓducũtur in hoīe.

¶ De pᵃ haꝝ ꝓprietatũ dñt cōiter ꝙ nō ꝓducucunť dētes in hoīb⁹ in ꝑn° gñonis: neq₃ in vtero: neq₃ extra vteꝝ ꝑ aliqđ tp̃s: q₂ cũ sint vt patuit ad alimētũ incidēdũ: aut frāgendu₃ vel molēdũ creati hoīes eo tp̃e nō eguerũt: cũ nō nutrianť: tũc alimētis reqrētib⁹ incidi frāgi vel moliri. Nā aũt: q₂ nō supfluit nō gñat mēbra: nisi cũ sũt nec̃ia: s₃ postea in ꝓcessu cũ eguit alimēto indigēte incidi: ⁊ molliri illos gñat. ¶ Gētilis quoq₃ dixit. qđ q₂ hō a ꝑn° habuit caput valde magnũ respectu alioꝝ mēbroꝝ cōuersa in ꝑn° in ossa capitis q̃ magna sũt tota mā: ita ꝙ ēt supfluũ nutrimētũ mādibularũ: iō a ꝑn° hoī nō fuerũt dentes ꝓducti: sed post natiuitatē caput nō crescit cōsilr̃ alijs mēbris: q̃re supfluũ alimēti mādibularũ nō ↄuersu₃ in ossa capitis: sed in eis remanēs efficiť a nā idonea mā dentiũ: ⁊ iō tunc ꝓducunť: ꝓducunť aũt qbusdā citius: qbusdā tardius ſm q̃titatē māe idonee que ↄgeriť qbusdā cito: qbusdā tarde. ¶ Et dixerũt qdā ꝙ lactatio facit oriri dentes: sed nō est ita: calor eni₃ lactis iuuat ad cita₃ natiuitatē dentiũ: ⁊ iō in pueris q lactanť lacte calidiori citius oriũť dētes. Calor. n. creat ⁊ format dentes. Dixit Aꝛ. 9° de animalibus.

Q̄r dētes deꝑditi renascantur i pueritia.

¶ De scđa proprietate. dixit Auicen. ꝑmi prima. capitulo de mēbris: q₂ dētes fiũt a sanguine: in quo adhuc est ṽt⁹ spermatis: si inter ipsu₃ ⁊ sperma nō fuerit multũ tp̃s si cadunt pñt renasci: ⁊ sic dentes renascunť in etate pueritie: sed si fuerit multũ tp̃s ⁊ sanguis ↄuersus fuerit ad aliā dispōnē: tunc si cadũt nō renascũť. ¶ Dixerũt aũt qdā ꝙ Aui. in his voluit ꝙ sicut sp̃ma in vtero h₃ v̾tutē faciēdi mēbra sp̃matica: ita talis sanguis post natiuitatē h₃ virtutē gñandi dentes q sunt mēbrũ sp̃maticũ cũ ille sanguis hēat v̾tutē spermatis. ¶ Hanc aũt expōnē nouus cōmētator improbat dicens: si sic foret idē esset efficiēs ⁊ mā: ex quo idē sanguis efficit dentē: ⁊ est mā ei⁹. Et iō dixit ipse. ꝙ dentes fiũt ex supfluo quāti alimēti mādibulaꝝ: in qđ ipse mādibule agētes inspissant ip₃: ⁊ in dentē cōuertũt. Et dixit. ꝙ in ꝑma etate post eoru₃ casu₃ pñt regñari: q₂ in illa etate alimētũ eoꝝ est multum: ⁊ multũ ex eo supfluit: ⁊ ipsoꝝ v̾tus est fortis potēs agere in sp̃m: ⁊ in dentē cōuertere. In sequētib⁹ aũt etatib⁹ nō regñatur ꝑꝑ supflui alimēti paucitatē. ¶ Gētilis v̾o dixit. ꝙ. A. intellexit in verbis ꝑdictis dētes fiunt ex sanguie in quo est virt⁹ spermatis. i. ex sanguine qui ↄsilr̃ disponiť: sicut si fierent in vtero in quo si fierent sanguis q eēt eoꝝ mā a sp̃mate disponereť ⁊ dealbareť. Et sic est de ipsa extra vteꝝ: quia mādibule in supfluũ sui alimēti agētes sāguinē ip₃ dealbāt: ⁊ in dētes ↄuertũt. ¶ Quidā aũt alij dixerunt. ꝙ in verbis dictis voluit Aui. ꝙ in sanguine illo sit nō v̾t⁹ sp̃matis neq₃ sperma: s₃ sic dixit. q₂ op₃ ꝙ mā ex qua fiunt dētes cōuertatur ad mām silem illi ex qua fiunt mēbra spermatica: ⁊ q₂ in ꝑma etate abundat mā hũiditatis in mādibulis que pōt ad talē dispōnē cōuerti: iō si cadũt in ea pñt regñari. ¶ Quidā v̾o alij asserunt hũiditatē vere sp̃maticā in foraminib⁹ mādibulaꝝ reseruari: ⁊ ſm debitā ꝓportionē calidi in ꝑmis etatibus trāsmutari in dētes. ¶ Et alij dixerũt. ꝙ dentes generanť ex hũiditate assilata sp̃mati in foraminib⁹ mādibularũ cōtēta cũ agit in eā caliditas q̃si assans hũidũ grossu₃: qđ postea a calitate derelictũ cōplete ↄgelať a frido: sicut ⁊ alia ossa generanť. ¶ Et alij imaginanť ad foramina trahi mādibulaꝝ aliquā hũiditatē sanguineā que vigore mādibularũ ⁊ aliaꝝ ꝑtiũ spermaticaꝝ circũstātiũ ad nām spermatis reduciť. s. q₂ dealbať vigore ossiu₃: ⁊ a calido ipsoꝝ vigorato in tp̃e inspissať: ⁊ in tp̃e determinato trāsmutať i dentes. Et ex isto dicũt: seqť nō vniformē eē ortũ dentiũ: nec in vno tp̃e in quol₃ corꝑe: ꝑꝑ nō seruari eandē ꝓportionē calidi ad ipsu₃ hũidũ in quol₃ corꝑe: ⁊ quol₃ tp̃e. Et hec dicũt. est cā quare in qbusdā corꝑibus reseruantur aliqui dentes ꝓducturi in etatibus alijs sequentibus: ita ꝙ etia₃ quibusdā in senectute noui oriunť dentes. ¶ Et dicunt. cadunt dentes ꝑmi in hoīb⁹: ⁊ alij renascunť post loco eoꝝ: q₂ in ꝑn° ort⁹ eoꝝ mandibula est mollis sic ꝙ ꝑmi dentes nō potuerũt generari duri sufficiēter. Et hoc ex ordine est nāe cũ illis tēporibus nō nutrianť hoīes nutrimētis solidis resistētib⁹ incisioni fractioni ⁊ mollitioni: vñ nō erant tũc tp̃is dētes duri necessarij: sed postea in ꝓcessu: q₂ debebat tunc hō vti cibis solidis ⁊ duris: idcirco nā tũc dētes ꝑmos tanq̃ inualidos ⁊ insufficiētes oꝑationi ciboꝝ expellit: vñ cadunt: ⁊ maxie cũ mādibulis adhuc mollib⁹ exñtib⁹ nōdũ firmiter hereāt: ⁊ alios loco illoꝝ succedere facit ex humiditate magis indurata in mandibulis magis exiccatis genitos q eis firmiter herēt: neq₃ ab eis facilr̃ defluũt. ¶ Et dicũt. contingit quibusdā post etatē pueritie si rursus cadāt dentes regeniti iterũ eos renasci reseruata in eis ad gñonē dentiũ humiditate idonea sufficiēti ꝑꝑ humiditatē nāe eoꝝ: ⁊ ego audiui a fide digno ꝙ in comitatu pistorij erat hō hñs. 90. annos cui oēs dentes deciderāt circa. 70ᵐ annũ etatis sue: ⁊ rursu₃ alij fere oēs renati postea fuerunt: ⁊ dicũt. in qbusdā qb⁹ nō oēs dentes in pueritia orti fuerāt: postea in adolescētia vel iuuētute: ⁊ in qbusdā in ꝑma senectute dentes de nouo ortos fore: donec sufficientē eoꝝ numerũ cōpleant. Et dicũt. dentes sic ꝓductos: ⁊ ēt post renatorum casu₃ cu₃ eis renatos dentes sapientie nũcupari. ¶ Solinus quoq₃ de mirabili. mundi. narrat natũ cũ oībus dentib⁹: ⁊ ꝓpterea dentatũ fuisse vocatũ.

Q̄nq₃ p⁹ casu₃ dentiũ renatorũ denuo alij renascuntur.

Q̄r dētes ↄtinue vsq₃ ad finē vite crescant.

¶ De 3ᵃ aũt dentiu₃ ꝓprietate: dixit Aristo. 17° de aīalibus. dentes inter oīa ossa hoc singulare hr̃e. s. ꝙ semꝑ crescunt vsq₃ ad finē vite: ꝑꝑ cōtinuā eni₃ eoꝝ oꝑōnē in molendo cibũ ordinauit nā cōtinuũ crementũ ipsoꝝ: si nō enim semꝑ crescerent cito cōsumpti ⁊ attriti deficerent. ¶ Dixit Aui. tertij 7ᵃ: dentes creati sunt recipiētes augmētũ ⁊ additionē semꝑ: vt sit eis illud loco ei⁹ qđ cōteriť. Et signum hui⁹ est. ꝙ videmus ꝙ dens oppositus loco ei⁹ qui cecidit: aut q eradicatus est augmentať in longitudine cũ sit additic eueniens ei: ⁊ nō opponať ei cōtritio: q₂ non est illi dens oppositus conterens eum.

Q̄r dētes solr̃ inter ossa sēsu₃ habeant.

¶ De 4ᵃ aũt ꝓprietate dixerũt dētes sensu₃ hr̃e: vñ Aui. vbi supra. dentes sũt ex sũma ossiu₃ que hñt sensu₃: ⁊ ꝑmi ꝑma ait. Nullũ ossiu₃ sentit ꝑter dentē: ⁊ Gal. dixit. ꝙ experimētu₃ demr̃at dētes hr̃e sensu₃: de quo nā sollicita fuit ⁊ fecit: ideo cũ virtute que de cerebro ꝓuenit: iō vt ipsi inter calm̃: ⁊ frigidũ discernerēt. ¶ Et Auic. dixit. tertij 7ᵃ: aduenit ei sensus ꝑꝑ illud qđ aduenit eis ex neruis a cerebro ꝓcedētibus leuib⁹: ⁊ ꝑꝑ hũc sensu₃ incurrũt dentes dolorē, ⁊ precipue stupefactiuũ. Et dix̃ Aui. qñ dolēt sentiũt id qđ accidit in eis de ꝑcussiōe ⁊ saltu. ⁊ qñq₃ sentiũt fricationē suā ⁊ commotionē suā. ¶ Alexā. dixit. qdā dicũt dolorē esse in dentis ꝓfundo. Alij v̾o negāt. qm̃ dens est os: ⁊ iō sine dolore, oē eni₃ os est insensibile, qđ lima eis adhibita declarat, cũ g̃ nō doleāt a maiori cā q̃ est doloris. s. a solōne continui māli v̾r ꝙ nō hñt sensu₃. ¶ Propter ꝑdicta qdā dixerũt dentes ꝑ se ⁊ imediate nō sentire, sicut dr̃ carnē sentire, ⁊ hoc q₂ nō hñt suba₃ neruosa₃ facientē ad sensu₃ tactus: s₃ hñt suba₃ terrestrē siccā ⁊ durā, q̃lis nō cōuenit cũ tēꝑamēto reqsito ad sensu₃ tactus, vt voluit Aꝛ. de aīa 3°. Sed sentiunt dicũt ipsi dentes ꝑ accidēs. s. inquātũ associantur alteri ꝑticule sentiēti. s. gingiue ⁊ neruo venienti ad radices eoꝝ, sentiũt enim perinde: sicut diciť carnē epatis sentire: q₂ associať pāniculo velanti ipsam qui sentit: ⁊ ideo frigidum ingēs dentes sentiunt cum peruenerit ad radices eoꝝ: ⁊ in neruum eis asso-

ciatum impresserit:⁊ similr̄ calidū. Alia autē ossa non sic associantur neruis:⁊ ideo nō sentiunt calidum ⁊ frigidum: sicut dentes:non sentiunt autē solutam continuitatem a lima inductam:quia soluta illa cōtinuitas non peruenit vsq̄ ad neruū eoꝝ radicibus sociatū:sicut peruenit ad ipsū calidū ⁊ frigidū. ¶ Cōciliator vero dīa.43ª dixit. dētes ꝑ se sentire:⁊ h̄ tñ ꝓp neruos venientes ad ipsos:ex tertio pari neruoꝝ cerebri:tū etiā ꝓp finē ⁊ curā quā nā erga eos habuit maxime vt tueant̄ a nociuis:⁊ alliciāt sibi ꝯueniētia:sensus tñ eoꝝ debilis est:⁊ hebes valde ꝓp eoꝝ siccitatē ⁊ duriciē: quā oportuit eos habere ꝓp incisionē ⁊ fractionē ne frāgāt̄ ⁊ doleāt. Verūtñ q2 sūt magis porosa lucida ⁊ diafona alijs ossib⁹ hinc habilia sunt recipere spūm aīalē ⁊ virtutē sensitiuā. Et q2 eoꝝ sensus hebes est:iō nō dolēt sol'one cōtinuitatis eoꝝ sufficietenus:⁊ q̄3 minime ꝑcipiūt obiecta terrestriū occurrētia. Qualitates aūt ꝑmas ⁊ ꝑcipue excellētiores.s.caliditatē ⁊ frigiditatē:⁊ maxie intensas sentiūt:⁊ dolorē ex eis patiūt̄ mox alterutrū occurrētib⁹. Et hoc q2 he q̄litates sūt spūaliores ⁊ penetrabiliores in qb⁹ ⁊ rō actionis ꝓp ꝓrietatē inuenit̄. Et dixit. sentiūt dētes nō ex seipsis: s3 ex transmissione ac irradiatōe ꝟtutis aīalis sensitiue ꝓuenietis grā neruoꝝ ad ipsoꝝ radices:sicut caro post ꝯꝑditionē ipsoꝝ gñata sensū torposuz ex h⁹ acqrit emanatōe. Qui ergo dicūt ex auctorib⁹ dētes nō sentire intelligūt sensu acuto:sensu aūt hebete bñ volūt eos sentire:vel itelligūt nō sentire eos ex ipsoꝝ nā:sed bñ ꝓp aliud vt dictū est. Zoar aūt dixit. de sensu dentiū remāsisse apud eū dubiū. ¶ Dixit Cōcil. si dicat̄ ꝙ sensus dentiū sit acut⁹ nō hebes:qm̄ acutū ⁊ intēsū patiunt̄ dolorē:dōm est dolor ipse acutus nō dentiū est: sed neruoꝝ aut pāniculoꝝ gingiuaꝝ. ¶ Cōstātinus quoq̄ voluit qd̄ dentes tenēt mediū aliquālr̄ inter mēbra spermatica ⁊ carniformia qb⁹ vt spālib⁹ ossibus dedit nā priuilegiū sentiendi. ¶ De qnta aūt dentiū ꝓprietate est sciendū ꝙ q̄3q̄3 dentes dicant̄ a vulgarib⁹ medullā hr̄e:⁊ medullā eorū dolere:⁊ medullā in dolore dentiū:vti debere:ipsi tñ vere medullā nō habent:quēadmodū supra dictū fuit:quedā ossiū medullā habere. Sed per medullā dentiū intelligi d3 ipsoꝝ mediū:⁊ ptē centralē que ps centralis minus sicca ⁊ dura est circūferentiali. Et ob hoc medulla vocat̄. Et hinc est ꝙ dicūt dentes ꝯcauari:⁊ ꝟm medullā euacuari:q2 pars ipsa cētralis potest a circūferētiali amoueri ⁊ corrodi:⁊ sic cōcauū remanere. ¶ De 6ª ꝓprietate. dixit Conciliator libri sectaꝝ. ossa a suis locis educta reuocant̄:siue reuocari possunt:dentes aūt a suis locis remoti reduci nō pñt. Quidā tñ conati sunt loco euulsoꝝ mortuoꝝ dentes reponere accipiētes euulsis eq̄les:⁊ lima coaptātes:ita vt ꝯstrictos inter nō euulsos maneāt. Et iā inuentū est hoc ad tēpus valuisse: ⁊ per plures annos in loco mansisse illos. ¶ Dixit Gal'.11°. de vtil'.ptic.32° dentes vniuersos habem⁹ in vno ordine ꝟ3 alterutrā genā.16.locatos. Et subdit. anteri⁹ qdē incisiuos noiatos acutos ⁊ amplos:vt mordētes abscindāt:ꝯñter āt dentes caninos amplos ꝟm inferiorē basim:acutos aūt ꝟm supiorē finē:vt si nō abscindat̄ aliqd ab illis pre duritie hec hi frangere possint:his v̄o ꝯñter ptonchios quos ⁊ molares vocāt asperos ⁊ amplos:⁊ duros ac magnos:vt incisa ab incisiuis vel fracta a caninis terere possint certitudinalr̄. Neq3.n.si certitudinalr̄ leues facti essent idonei ad ꝓpriū opus existerēt ab ineq̄lib⁹ enī ⁊ asperis meli⁹ terunt̄ oia. Et ꝓp hoc molas qb⁹ molūt triticū qñ in tēpore terentes lenes fiūt rursū incidūt ⁊ asperāt:neq3 si asperi qdē eēnt:nō aūt duri qd plus ampli⁹ eis essent anticipātib⁹ illis ꝯteri q̄3 minuere cibaria. Qm̄ aūt ⁊ si duri facti eēnt:nō aūt ampli. Quid plus si demū op3 qd̄ d3 cōminui in amplius firmari basibus:in incisiuis enī ⁊ caninis nihil est poss̄ cōminui ꝓp strictitatē, ac ēt si hec oia haberēt:parui aūt essent:nonne ⁊ in hoc solo alioꝝ vtilitas corrūperet̄ plurimo tēpore idigētib⁹ nobis ad cōminutionē cibarioꝝ:sic.n.est de incisiuis ⁊ acutis q sūt post eas. ¶ Aui. aūt ꝑmi ꝑma. cap° de anatō dentiū dixit. dentes sunt.32. est tñ cū ꝯtingit hoies nō habere veggegādos q sunt q̄tuor extremi. ⁊ tūc nō erūt nisi.28. Eoꝝ vero duo sunt duales:⁊ duo quadrupli supi⁹:⁊ totidē inferi⁹ ad incidendū:⁊ duo canini inferi⁹:⁊ duo supius ad frangendū. ⁊ molares ad molendū ex vtraq̄ parte supiore ⁊ inferiore q̄tuor aut qnq̄. Et dixit. vegegādi ꝟ3 plr̄m nascūtur in medio tēporis augmēti.s.post spermatis emissionē:⁊ ante cōsistentiā. Et iō isti dētes:dentes sensus vocant̄. ¶ Dixit Sera.2° breuiarij. ca° 16° nō sunt facti duales ⁊ q̄drupli plures nūero q̄3 canini. nisi q2 administratio eoꝝ in cibis q incisione indigent est plus q̄3 administratio eoꝝ in eis q indigent fricatione. ¶ Et Gal'. dixit. vbi supra. hoi vnū ꝟ3 alterutrā partē ꝓduxit nā caninū dentē. Et iunioꝝ leonib⁹ lupis ⁊ canib⁹ multos alterutrūq̄ hñtib⁹. Sed ⁊ hoc rursus sciebat nā euidēter māsuetū ⁊ politicū aial plasmās fortitudinē nō ex corpis robore:sed ex sapiētia debere:q̄3tū igitur erat necessariū ad frangendū aliqd duroꝝ a nobis poterat fieri:quare ⁊ rōnabilr̄ duos fecit incisiuos:q2 inutilitas eorū erat maior. Et his adhuc plures molares:plr̄ima est hoꝝ vtilitas. ¶ Dixit Sera. facti sunt molares plures numero ꝓp multitudinē necessitatis vsus eoꝝ in cibis. Et Arꝝ. qdē voluit numerū dentiū ꝟm sexū augeri vel minui. Et.n. sexu muliebri sunt pauciores ⁊ raro trāscēdūt numeꝝ.28. In viris aūt ꝟm pl'3 sunt.32. vñ 2° de aialib⁹. masculina sunt plr̄iū dentiū q̄3 feminina. ¶ Dixit Gal'. vbi supra. nō fuit nūerus hoꝝ dētiū sepat⁹ molariū:sed longiores qdē hñtib⁹ genas alterutrūq̄ qnq̄ facti sunt:ꝑuiorib⁹ aūt quatuor:s3 tñ plurimis qnq̄. Et dixit. nūq̄3 q̄tuor a sinistris:⁊ qnq3 a dextris vel ecōuerso. vel ab iferiorib⁹ q̄tuor a supiorib⁹ qnq̄ vel ecōuerso. Et dixit. vlr̄ aialia examinās inuenies ꝙ qb⁹ in mordendo est fortitudo his os est magnū ⁊ plenū acutis:qbus aūt ad masticandū cibaria:⁊ certitudinalr̄ leniendū est vtilitas dentiū admodicū eis collectū est os multos itra id habens molares:acutos aūt ⁊ nō oino:aut ꝟm alterutrā pte3 gene vnū. ¶ Dixit Serap. anteriores sunt lati:⁊ radix eorū est vna. caninoꝝ ꝟo capita sūt acuta ⁊ radices sūt late ⁊ radix cuiusq̄ eoꝝ est vna:⁊ dnr̄ canini ꝓp similitudinē eorum cū dentib⁹ canis. Et molariū superioꝝ radices sunt plures radicibus inferioꝝ:qm̄ supiores sunt suspensi pendentes ⁊ inferiores sūt sup fundamēto fixo:⁊ duo dentes postremi: in pluribus hoibus sunt habentes quatuor ramos desup ⁊ tres ramos inferi⁹. ¶ Dixit Aui. dentes hñt radices ⁊ capita acuta que in foraminibus figunt̄ ossiū duaꝝ mādibularū in qbus ꝯsistunt. Et sup marginē cuiusq̄ foraminis additamētū magnū rotundū orit̄ ꝙ dentē circundat ⁊ stringit: vbi fortia existūt ligamēta:⁊ dixit. vnusqsq3 dentiū preter molares vnū h3 caput:molariū vero in inferiori mādibula fixoꝝ qsq3 ad minus duo h3 capita:⁊ est etiā q h3 plura:⁊ precipue vegegādi q tria hñt capita:sed fixoꝝ in mādibula superiori qsq3 ad minus tria h3 capita:⁊ fortasse plura:⁊ precipue vegegandi ⁊ hñt quatuor capita. Et dixit. capita.i. radices molarium multa facta sunt:qm̄ sunt magni. Et qm̄ operatio eaꝝ.s. est multa:⁊ q2 supioribus addita sunt eo ꝙ sunt suspensi:⁊ ꝙ grauitas facit eos ad oppositionē partis declinare capitū suoꝝ:inferioꝝ v̄o ponderositas eis cōtraria nō existit. ¶ Dixit Aristo.2° de aialib⁹. omne aial cum senescit nigrescit dentibus. equus aūt albescit. ¶ Gingiua a Serap. guraur vel algumer vocat̄:⁊ est caro os mandibule intus ⁊ extra:⁊ inferius imobilis existēs:⁊ dētes cōstringens circa ipsas radices:⁊ sic in ipsoꝝ firma fixione coadiuuat. ¶ Utilitates dentium supra patuerūt:⁊ Homerus:vt refert Aullus Gellius de noctibus atticis:contra Ulixē loquacem dixit. luculente ad coercendum verboꝝ inanē multitudinem velut vallum lingue oppositum esse dentium cohortem. Quidam autem adhuc etiam auxilium:siue vtilitatem labia coadiuuantia fore dixerunt.

Quo dentes habeant medullā.

Qr dētes euulsi aut fracti non restaurāt.

De nūero ⁊ ordine ⁊ officio dētium.

¶ De anatomia lingue. Cap. xxxiij.

Lingua est mēbrū duplex.



nis: ⁊ musculis: aut in ꝑncipio motꝰ. s. in cerebro: aut ãcha sz in dislocatiõe nõ integra: siue torsiõe aliqs motꝰ ē possibilis: ⁊ hoc pp ꝑtē ossis q̃ remãsit nõ dis locata integre: ⁊ hic motꝰ erit illi plꝰ vel minꝰ ſm ꝙ in torsiõe egressio ossis fuerit maior vel minor: ⁊ silr ꝯcauitas apparẽs in torsione minor erit ea q̃ appet in dislocatiõe integra: ⁊ ꝯsilr eminentia minor erit: ⁊ ꝯsilr ēt ꝯcauitas ⁊ eminentia appebit minor plus ⁊ magis ſm maiorē ⁊ minorē ossis egressionē. Dixit Auic. priuant sensu ēt augmēto. i. augmēto in sẽsu qȝ fuit sensatum ad interiora in huiusmodi. supple. ⁊ ad exteriora huiusmodi: qr in dislocatione integra.

Signa aũt alguatui ⁊ elõgationis membri posuit Ras. 15. ꝯtinẽtis. sub exẽplo tali. vidi. in qt puer quẽdã cuius cubitus erat q̃si suspensus: ⁊ eleuato brachio ad eũ cũ adiuuamento silr: et cubitus efficiebat ad modũ sile nãli forme: sz quotiẽs torquebat ad iuuamẽtuz extẽdebat cubitus et separabat in illũ digitus: et dixit. accidit ēt hmõi sile in ancha et longior erit pes: et accidit hoc ēt in manibꝰ in humeris. et lõgior erit manꝰ. ¶ Et Albucas. addidit signũ aliud: et dixit: ꝙ si fiat restauratio et ligatio ꝯuenienter. et soluat ligatura post. 7. dies et nõ firmet iũctura: et reducat emplrm et stricture sup ipsaz aliquotiens: et nõ firmet: sz cadat ad inferiora et nõ possit eleuare ipaz: et locutus est exẽplariter in iũctura humeri: tũc scias dixit ipse ꝙ nerui q sunt ad caput humeri iã incisi sunt: aut extẽsi: aut mollificati. ¶ De his signis. dixit Aui. signa eius sũt vt sit iũctura sicut suspẽsa. i. pars ꝯtẽta prius: et postea elongata sic: sicut si esset alteri ꝑti suspẽsa: et nõ si sit affixa et alligata stricte: et subdit: cũ cõpinxeris. s. partẽ illã suspẽsam ad superiora v̾sus os qȝ ꝯtinebat illã cũ ꝯprimit q̃n ipsius q̃rit reductio redit ad mẽsurã suã: et locũ suũ sine labore: et facilr: qr os semotuz nõ est a situ suo nãli: imo est directe in opposito pixidis: q̃re redit facilr in ipaz: maxime cũ in Alguatui nullũ sit ꝓhibẽs a reditu: q̃zuis. n. in pixide illa ꝯtineat humiditas viscosa: siue vẽtositas: nõ põt ꝓhibere reditũ illius ossis: eo ꝙ cedũt ei et cũ igressu in pixidẽ sua duritie ꝯprimit eã: verũtñ q̃zuis redeat in locũ suũ nãlẽ si dimiseris eã et nõ tenueris eã firmã in loco suo per ꝯpressionẽ: et ligationẽ reddit mẽsurã suã accidẽtalẽ: ⁊ iteꝝ egredit et cadit mẽbrũ: et elõgat: qr ligamẽtũ incisũ vel remollituz nõ ꝯtinet ipm in loco suo nãli: ad quẽ reductũ fuit per cõpssionẽ ad superiora: et accidit vt dixit Auic. ꝓfunditas. i. spatiũ in qȝ põt aliqd imitti: ac si ibi esset ꝓfundũ: et hoc inter ossa iũcture elõgata: q̃ ꝓfunditas: q̃nq̄ est parua: q̃nq̄ est magna: ita ꝙ fortasse in eã ingredit digitus maxime auricularis: vel index: aut aliqs ex reliqs qȝ erit ſm q̃ztitatez elõgationis: ⁊ hoc maxime ꝯtingit in iũctura in q̃ ē modica caro: qm̃ si esset in ea caro multa impediret digitus vel aliud ab ingressu inter illa a multitudine carnis. ¶ Ex dictis dicũt patere ꝙ nõ põt fieri dislocatio nisi fiat torsio: ⁊ alguatui nec nisi prius os de loco suo ſm partẽ exeat: ⁊ sit prius torsio: verũtñ alguatui ⁊ torsio p̄cedẽtes dislocatiõi nõ in omni dislocatione percipiunt: sicut in ea q̃ accidit repẽte in tpe breui: ⁊ hoc pp tpis breuitatẽ: in qbusdã tñ percipiunt. vt cũ prius sit alguatui post tps deducit ad torsionẽ: ⁊ tãdẽ ad dislocationẽ: tñ alguatui aliqñ p̄t fieri sine torsione: ⁊ aliqñ perducit ad ipsaz absq̄ ꝙ sequat dislocatio. potest enim tortura fieri sine dislocatione.

Signa aũt reductionis ossis in locũ suũ sunt ꝙ non remanet ꝯcauitas aliq̃: nec eminẽtia aliq̃ in loco iũcture: neq̄ põt digitꝰ vel aliud iponi inter ossa iũcture: ⁊ põt mẽbrũ moueri ad oẽs ꝑtes ad q̃s mouebat priꝰ ſz nãz. ¶ Et dixit Aui. multotiẽs ⁊ ſm plrm vel in plibꝰ reductionibus significat illud. s. reductionẽ ossis in locũ suuz vox. i. sonitꝰ q audit: ⁊ ab infirmo ⁊ ab astantibus: q sonitꝰ cãtur eo qr bucella q̃ ingredit ꝯfricat cũ ossuali circũferẽtia pixidis: sicut causat sonitꝰ ex ꝯfricatione duoꝝ corpoꝝ duroꝝ ⁊ siccoꝝ: ⁊ causat ēt ex ꝑcussione bucelle ad intrinsecã supficiẽ pixidis: q̃ ꝑcussio accidit ex violẽta ipulsione bucelle cũ cõpressiõe ad interiora pixidis: ⁊ ex tali ꝑcussiõe causat sonitus: sicut causat sonitꝰ ex collisiõe duoꝝ corpoꝝ siccoꝝ adinuicẽ: iste tñ sonitꝰ aliqñ ēt in bõa ⁊ pfecta reductiõe nõ cãtur: ⁊ hoc erit: aut cũ os reducendũ pfecte opponit pixidi: ita ꝙ nõ hz in igressu ꝯfricari cũ circũferẽtijs eiꝰ: ⁊ cuz põt introduci paulatine absq̄ ipetuosa ipulsiõe: q̃re cũ sic intromittit nõ allidit subito ⁊ fortiter ad circũferẽtiã pixidis: q̃re nõ causat in ꝑcussione sonitũ saltẽ ꝑceptibilẽ: ⁊ cũ in pixide est humiditas viscosa remolliẽs: ⁊ q̃si vnctuosaz reddẽs supficiẽ ⁊ circũferẽtiã pixidis: vñ ꝓhibet ꝙ bucella in igressu nõ ꝯfricet cũ corpe sicco duro: nec allidat in ipsum: quare non causatur sonitus: ⁊ propter istas causas est ꝙ in alguatui non percipitur sonitus cum fit ipsius reductio.

Signa aũt ꝓnostica sũt: qm̃ qñ caro: ⁊ mẽbra alia circũstãtia alicui iũcture remolliunt: ⁊ debilitant in sensu suo: ⁊ ꝑdurãt sic lõgo tpe: deinde incipit iũctura debilitari in suo motu: tũc ꝓnosticari potes futurum alguatui. ¶ Dixit Aui. dislocatio fit fedior ⁊ turpior ē ⁊ appet visui q̃z fractura ossis: cũ nec redit dislocatio: neq̄ restaurat fractura: ⁊ intellexit ſm plrm: aliqñ tñ fractura põt remanere fedior ⁊ turpior aspectu ꝓpter causas supuenire potẽtes: qdam aũt dicũt: ꝙ nõ intellexit fedior ad aspectũ: sed q̃ztum ad lesionẽ oponũ. nã in dislocatione leduntur operationes membri organici ⁊ consimilis simul: sed in fractura ledunt operationes membri consimilis tantum.

¶ De curatione dislocationis in generali. Cap. vij.

Dislocatio ꝑueniens ab incisione ligamẽti curationẽ nõ hz. Et dislocatio q̃ est cũ fractura ꝑtiũ circũferẽtialium pixidis est praua: ⁊ fortasse nõ restaurat sic ꝙ remaneat in loco suo: ⁊ dislocatio cũ lõgo tpe steterit nõ reducta fortasse nõ redit vnq̄: aut redit cuz difficultate mollificatiõe loci multa p̄missa: quapp satagẽdũ est: vt cito reducat: nisi fuerit ꝙ prius ꝓhibeat ipam a cita reductione statim in ꝑncipio: vt est qñ ei ꝯiũctũ fuerit vulnꝰ: aut apã: aut fractura ossis: aut dolor intẽsus valde: ꝑ cuius additionẽ ex reductione timeat supuẽtus spasmi: aut dissolutionis virtutis ⁊ mortis: qñ ergo nil hoꝝ fuerit stude cũ festina reductiõe eius. ¶ Dixit Albuꝰ qñ accidit alicui dislocatio: tũc opz statim vt ad reductionẽ eius intẽdat: neq̄ tardet eã oino: nã si tardat apat locus: ⁊ fortasse fit difficilis cũ eo reductio dislocatiõis: si aũt fuerit cũ ea ꝯiunctũ aliqȝ p̄dictoꝝ ipediẽtiũ: tũc oz vt ꝯsideret ſz hũc modũ. ¶ Dixit Gal. ⁊ ponit. 15. ꝯtiñ. firma sñia lata est ꝙ quotiẽs dislocatio fcã est cũ vulnere si articulus restituit ad locũ suuz erit spasmus: ⁊ hoc pp intẽsum dolorẽ q sequit: ⁊ intellexit qñ reductio erit valde difficilis: ⁊ iõ dixit Aui. ꝙ qñ dislocatio fuerit ꝯposita cũ vlcere vel cũ vulnere: tũ c opz vt tu ꝯsideres: nã si dislocatio ex illis fuerit q̃ redeũt cũ intẽsione mẽbri leui nõ faciẽte dolorẽ vel vlcus. i. ꝑtes vlceratas dolore vehemẽti q ꝑducat ad apã intolerabile. Et dicũt qdã: aut ad spasmũ. vt dixit Gal. ⁊ tũc fac redire dislocationẽ. s. priꝰ ⁊ postea cura vlcus. Qz si res fuerit ecõtrario. s. ꝙ nõ sit facilis reductiõis: imo nõ possit reduci: nisi cũ extẽsione forti inducẽte dolorẽ vehemẽtẽ: vñ possit supuenire: aut spasmꝰ: aut apã: aut aliud magnũ ⁊ timorosũ sinthoma: tunc dixit Aui. oz vt curet in p̄mis vlcus: siue vulnꝰ: ⁊ deĩde cura dislocationẽ: ⁊ ꝓpe in iũcturis ꝯstrictis: ⁊ difficilis reductionis dictis supra. Nã si volueris curare dislocationẽ reqrẽtẽ extẽsionẽ fortẽ in p̄mis: tũc fortasse ꝑducet ad spasmũ maximũ ſm plurimũ: ⁊ ꝓprie cũ dislocatio est in mẽbris q̃ sunt proxima principalibus propter lesionez que illis cõicatur. ¶ Si v̾o dislocatio fuerit ꝯposita cuz fractura ossis dixit. Aui. si fuerit tẽsio in ꝑte vna ꝑmittẽs regimẽ vtriusq̄ rei. s. dislocatiõis ⁊ fracture fieri fiat. s. reductio dislocatiõis: ⁊ re

alguatui ⁊ cõtorsio sp precedũt dislocationez.

De dislocatiõe cuz fractura ossis.

De dislocatiõe cuz apate.

ſtauratio fracture:ħ eſt ſi iſte due diſpōnes ſic ſe hūerint ꝙ cū vnica extēſiōe os diſlocatū reducat̄ ad locū ſuū:⁊ os fractū ſil'r:qđ maxie ꝯtigit qñ in fractura oſſa declināt ad eādē ꝑtē:ad quā declinat os diſlocatū:vt cuꝫ v̄bi gr̄a. vtrūqꝫ declinat ad ꝑtē dextrā vel ſiniſtrā:iferiorē vel ſuꝑiorē:tūc ſimul ⁊ ſemel curet̄ diſlocatio ⁊ fractura:qm̄ tūc cura fracture nō ipedit curā diſlocatiōis. Si āt res ſe hūerit ecōuerſo. tūc curet̄ fractura in primis: ⁊ ea curata curet̄ diſlocatio.

De diſlocatiōe ſimplici.

¶ Et ſi diſlocatio fuerit ꝯpoſita cū apate. dixit Aui. ꝙ ꝯſil'r eſt diſpō in apatibꝰ in qbꝰ eſt regimē.ſ.diuertēdū ad ipꝫ qđ erit:aut q2 ſit magnū valde:aut i mēbro multuꝫ ſubtili:aut ꝓpinquo ꝑncipalibꝰ:⁊ ꝓpe ſi apa illud fuerit calidū doloroſum:nā prio dꝫ curari apa:deide diſlocatio. ſi v̄o apa eēt de illis ad q nō expedit diuerti regimē:aut rōne ſiue puitatis:aut i doloroſitate:ſiue remiſſioris doloris ex ſua māvt ē apa vidimioſuꝫ:aut duꝝ flāticū:aut ex ꝑte mēbri i qͦ ē:vt q2 ſit obtuſi ſēſus:tūc i ꝑmis dꝫ curari diſlocatio:⁊ deide apa. nā dixit Aui. ſꝫ qđ nos expimur ſi res fuerit facilis.i.ſi apa fuerit facile ⁊ puū:⁊ nō ꝯmouet̄ ex ea dolor:neqꝫ reductio cū ea re ꝯiūcta ē difficilis:aut q2 ſit nō itegra:aut q2 eſt i iūcturis facilis reductiōis vel ſaltē medie reſtauramꝰ diſlocationē:⁊ nō curamꝰ.ſ.curare priꝰ apa. Et ſi dolor accidit.ſ. vehemēs:tūc opꝫ vt nō p̄ſumamꝰ.ſ.reſtaurare diſlocationē añ curationē apatis:⁊ ſi pur eā fecerimꝰ: tūc opꝫ vt deſtruamꝰ:aut amoueamꝰ ligaturā q poſt reductionē diſlocatiōis fit ſi illa fuerit doloroſa ad ħ vt nō fiat attractio ad locū:⁊ augeat̄ apa. ſꝫ ſi os diſlocatū igrediat̄ cū facilitate curabimꝰ.ſ.poſt reductionē diſlocātiōis apa iteꝝ ⁊ vlcus qđ cūqꝫ fuerit cū ea ꝯpoſitū. ¶ Auctores nō poſuerūt hic qūo hēat curari vlcus:ſiue fractura:ſiue apa:q2 relinquunt hec nota ex curis eoꝝ:⁊ ad illas redire oꝫ. Alb. tñ de apate aliqd tetigit:⁊ dixit. nō opꝫ vt moueat̄:neqꝫ extendat̄ mēbrū diſlocatū in hora apatis eiꝰ:qm̄ fortaſſe facit accidere ſpaſmū ⁊ dolores ledētes:veꝝ qñ accidit ilico:tūc opꝫ vt ꝓpeꝰ flōmiā ifirmi:deide dimittat̄ donec qeſcat apa: deinde embrocet̄ mēbrū cū aq̄ calida:⁊ oleo ſil' mixtis:deide reducat̄ diſlocatio cū facilitate:vides ḡ ꝙ i caſibꝰ diſlocationū ꝯpoſitaꝝ dꝫ hr̄i medicꝰ q ſit ſapiēs bone extimatiōis potēs eligere:an ſit diſlocatio reducēda in primis : an ſit tardanda. ¶ Jnqt Albu. qñ accidit vt ſit diſlocatio cū vulnere:aut cū fractura:aut cū vtriſqꝫ ſil' ſi conaris reductionē eiꝰ : ⁊ ipſiꝰ reſtaurationē multotiēs ſuccedit mors. ⁊ ꝑꝑ illud nō oꝫ vt p̄ſumat ſuꝑ curationē eiꝰ q ē hmōi:niſi q ē prudēs lōgi vſus miſericors:pius tardꝰ nō audax:nō p̄ſūptuoſus : ⁊ vtat̄ in iceptiōe cure medicis q ſedāt apa calm: ⁊ dimittat ifirmuꝫ diuio iudicio:niſi adſit cui ſpas ſalutē a ꝑditiōe cū leuitate egritudis in qͦ appet qdā ſpes. ¶ Et ad declarādū necīū fore in hmōi medicū ſapiētē Raſ. 15. ꝯti. adduxit qđdā exēplū ſūptū ex qdā liͦ attributo Gal. ⁊ ait. cadēte ſaxo ſuꝑ extremitatē hūeri cuiuſdā rupte ſt̄ cutꝭ ⁊ caro:ita ꝙ appebat extremitas adiuuamēti nuda:⁊ ⁊ diſlocatū eſt caꝑ furcule: qre qdā empici cyrurgici rectificādo os ⁊ reſtituēdo carnē:⁊ cutē ſuꝑ illud empl'a fecerūt:⁊ ligaturā ſuꝑ ilico:⁊ cū eēt in 3ͦ die fetebat caro. ⁊ vireſcebat os:ſꝫ cura ꝯueniens erat:ꝙ debebat tota caro icidi ⁊ cōburi cū oleo buliēti. ¶ Hoc idē exēplū afferēs Aui. dixit iqt ſapiēs ꝙ cecidit lapis ſuꝑ extremitatē hūeri hois:⁊ vulnerata ⁊ diſrupta ē cutis ⁊ caro dōec appeat extremitas lacerti nuda ēt diſlocatū erat ſbtuſ eā caput furcule. Tūc ḡ qdā ſtolidoꝝ expimētatoꝝ occupatus eſt in quaſſando. al's. eq̄ꝫdo os:⁊ reduxit ſuꝑ ipꝫ carnē: ⁊ cutē:⁊ empl'auit ⁊ ſtrinxit:qre accidit vt feteret caro : q2 corrupta fuit:⁊ ꝑꝑ ſuā vicinitatē corrupit os:⁊ fcm̄ eſt viride:⁊ nō ſciuit ille ſtolidꝰ ꝙ oꝫ vt hmōi caro.ſ.fetida abſcindat̄ ⁊ coquat̄ ille locꝰ olͦo feruēti:⁊ ħ ſibi accidit:q2 errauit ⁊ reduxit diſlocationē añ curationē vulneris ⁊ ꝯtuſionis: ⁊ q2 empl'auit cū empl'is ꝯſtrictiuis:⁊ ꝓhibitiuis qbꝰ eget̄ ifirmatiōe reducte iūcture:qre ꝓhibita fuit trāſpiratio i loco vlceris:vnde arrepta eſt caro a calore extraneo:⁊ putrefacta eſt ⁊ facta fetida.

Simplex itaqꝫ diſlocatio cū q nō eſt qđ ipſiꝰ ꝓhibeat reductionē exigit:vt medicꝰ ꝯſideret ⁊ ſciat ex p̄dictis os diſlocatū ſemotū motū eē a ſuo nāli loco:qre expedit vt conet̄ reducere ipm ad illū:⁊ ꝑ ad ſuū ſitū nālē: ⁊ ħ qdē faciet ſi mēbrū extēderit extēſiōe ſufficiēti ꝑ ſe : vel miſtrū aut miſtros eiꝰ ꝙ cū ſufficiēter extēderit dꝫ ꝯꝑmere ſuꝑ ipm ex ꝑte eminētie ibi apparētis:⁊ ipingere ipm v̄ſuꝫ cōcauitatē ⁊ ꝑtē a q declinauit. ¶ Jnqt ēt Gal. ⁊ poit̄. 15. cōti. ois articulꝰ extēdat̄ ⁊ eleuet̄.ſ.a loco i qͦ ē ad ꝑtē ꝯ̄riā ꝑti ad quā decliauit:ħ tñ ſapiēter agere dꝫ:ita vt cū deduxerit ipm ad ſitū ſuū:⁊ i directo pixidis tūc ſtet:⁊ nō vltra ipigat ſꝫ tūc oꝫ vt ipm ad ſuū locū reducat:qđ ſit ſola ipulſiōe ipiꝰ ad os pixidis:⁊ dōec igrediat̄ i ipa itegre. ⁊ vt dn̄t ad reductionē oſſis ad ſuū nālē ſitū:aliqñ ſufficit ſola extēſio:⁊ maxime i torſiōe:⁊ aliqñ ſil' cū extēſiōe necīa ē ꝯpulſio vt dcm̄ eſt. ¶ De hmōi ḡ curatiōe. dixit. A. diſlocatōis ſimplicis regimē.ſ.curatiuū reductiuū eiꝰ ē:vt tēdat̄ mēbrū ad ꝯ̄riū ꝑtis a q ſeꝑatū ē:donec opponat̄ extremitas oſſis.ſ.diſlocati extremitati oſſis alteriꝰ.ſ.pixidis:⁊ tunc dixit. A. reducat̄ ad locū vñ exiuit:qm̄ tūc redit fcā reductione. ¶ Dixit. A. deide liget̄.ſ.ligatura decēti:⁊ ꝑut i ꝓꝑo caͦ de ligatura in ſequēti tractatu dicet̄:⁊ auctores cōiter nō fecerūt mētionē in capl'is ḡnalibꝰ de [illegible]plaͭiōe loci:ſꝫ dāte deo de hmōi emplis iferiꝰ fiet capl'm ſpāle:ligatura āt in ħ loco dꝫ fieri vt ħ qđ reductū eſt firmū teneat̄ i loco:ne iteꝝ ex qlibet leui cā de pixide egrediat̄:⁊ iteꝝ deſcēdat ⁊ diſlocet̄. ¶ Et dꝫ fieri. dixit. A. q2 i ipſa ē ſecuritas ab apate.i.ꝙ nō eueniat i loco nō cū ligatura ſit ſm mēſurā ſuo loco dicēda:ipa.n. ꝓhibet ne deſcēdāt ſuꝑfluitates ad locū q poſſent apare locum ſeu mēbrū:⁊ ſi nō eſt in totū ſecuritas de apate:ē tñ dixit Aui. adiutoriū ne apet̄.ſ.apate magno multū leſiuo de q ſit curādū:ꝑꝑ qle nō erit deſiſtēdum a ligatura:niſi ſi accideret apa notabil'r magnū i q ligatura nō dꝫ fieri:⁊ ſi fcā foret dꝫ tolli vt ſupra dcm̄ fuit:qm̄ dixit. A. neceſſitas ad ꝓhibendum apa laborioſū eſt maior q̄ꝫ ſit neceſſitas firmādi mēbrū reductū:⁊ iō in tali apate nō dꝫ fieri. Fit ēt ligatura ꝑꝑ ꝯtinere empl'a ⁊ alia medicamīa in loco:ſicut ſuo caͦ dicet̄. ¶ Et q2 qdā ſtolidoꝝ poſt reductionē diſlocatiōis añ ligationem:⁊ poſtea ſupra ligaturā apponebat pānos calefactos ſuꝑ loco qđ poterat eſſe cā apationis loci:iō hoc facere ꝓhibuit. Raſ. 15. ꝯti. ⁊ ait. pāni ſicci carētes epithimate. ⁊ nō infuſi. ſupple. ⁊ calefacti ſuppoſiti loco calefaciūt mēbrū cui ſuper ponunt̄ admodū ignis:vñ augebūt caltatē:⁊ iflāmabunt illud:⁊ fiēt in cām ad adducēdū māꝫ ad illū:qm̄ cū iflāmatiōe illa trahūt māꝫ:⁊ apiūt eis vias:⁊ hec maior cā ad inducēdū apa. Et. A. dixit. fcā reductiōe nō debēt ſupponi pāni calefacti:imo ꝓhibet̄:qm̄ calefaciēdo addūt in apa:⁊ iō oꝫ vt ſint ifuſi i ceroto.ſ.fcō ex oleo ro. vel alio ſili ⁊ cera:⁊ hoc maxie in eſtate:vel i vino pōtico:⁊ hoc ꝓꝑe i hyeme:⁊ vtrūqꝫ dꝫ eē ifrigidatū. q2 dꝫ fridū ſuꝑ pōi:ſꝫ tñ plꝰ i eſtate: ⁊ dicta pānoꝝ ſuppoſitio iō fit vt mēbrū ꝯfortet̄ ꝑ eos: ⁊ nō ſuſcipiat fluētē māꝫ:ſꝫ magis iā fluxā repellat ⁊ trāſmutet : ⁊ ad dcm̄ finē. dixit. A. ꝙ i iceptiōe.ſ.curatiōis. vel i iceptiōe fluxꝰ māe ad locū idiget̄ embrocis. aut epithimatibꝰ ꝯfortātibꝰ:⁊ dixit meliꝰ ē vt admiſtrent̄ hmōi ſtiptica ꝯfortantia ſuꝑ ſtricturā ꝓculdubio.i. in loco in qͦ ligatura ſit magis arcta vel ſuꝑ ſtricturā.i.i loco q magis qrit̄ ꝯſtrigi. ⁊ eſt locus oſſis reducti q vltra p̄dicta iuuamēta adiuuat ad ꝯfortationē eiꝰ i loco ſuo. dn̄t. hāc embrocationē itellexit. A. debere fieri pꝰ ligaturā:niſi q2 velit ipaꝫ ſolui nō debere: qm̄ i ſol'one eiꝰ exiſtit timor iteratiōis diſlocatiōis:ſꝫ ſupra ipſaꝫ ligaturā q tādiu fieri dꝫ ꝙ penetret vſqꝫ ad ipm mēbrū:⁊ ħ maxie dꝫ fieri ſi ſub ligatura nō fuerit poſitū empl'm ſtipticū ꝯfortatiuū:aut ⁊ ſi poſitū fuerit foret exiccatū:vel vt dn̄t qdā ſuꝑ ſtricturā i mēbro ſupiꝰ v̄ſus corpꝰ a ꝑte a q poſſent

fluere mãe ſup ſtricturã.i.ꝑtẽ ſtrictã ⁊ ligatã.ſ.⁊ nõ ſup eaꝫ. Et oẽs iſte expõnes ſũt ad eũdẽ finẽ: vltia tñ ẽ melior: ⁊ qdã in eſtate embrocãt vel epithimãt cũ aq̃ frida: ⁊ in hyeme cũ vino põtico tepido. ꝑt ẽt fieri loco embrocatiõis inũctio cũ aliq̃ ex oleis ſtipticis. ⁊ dix. A. ꝙ eodẽ mõ ⁊ oibꝰ ſuꝑdic. cañ. curatio curat̃: ⁊ decl̃at̃ oſſis: ſiue tortura: ſiue diſtortura.

Alguatui võ curet̃. dixit Raſ. 15. ɔti. cũ ligatura eleuãte illud os ad locũ ſuũ ⁊ eget̃ ꝙ impellat illud in locũ ſuũ: cũ.n. alguatui os diſſolutũ ſit ĩ ſitu ſuo nãli non egetur extenſione membri: aut expreſſiõe que ĩpingat ipſum ad ſitum ſuum naturalẽ: ſꝫ ſolũ eget̃ ꝙ ĩpellat illð in locũ ſuũ.ſ.in pixidẽ: ſiue fiat h̃ ab ĩferiori ɔpingẽdo ipm ad ſupiꝰ: ⁊ ĩpellẽdo in pixidẽ: ſiue fiat ligãdo ipꝫ ab inferiori ⁊ trahẽdo ſupiꝰ v̾ſus pixidẽ: Et fcã reductiõe. dixit Raſ. curet̃ cũ rebꝰ ſtipticis cũ calitate: qm̃ eſiccãt mãm q̃ fecit relationẽ. ¶ Et dixit. A. oꝫ vt reducat̃ os mollificatũ.i.ꝑ mollificationẽ elõgatũ: ⁊ egreſſũ ſepatũ: ⁊ poſt reductionẽ eius empl̃et̃ cũ empl̃is ĩ qbꝰ eſt v̾tꝰ ſtiptica ɔmixtis cũ eis q̃ hñt v̾tutẽ calefactiuã: ſicut ſimiſceãt̃ galla: balauſtia: ⁊ acatia cũ aliquãtulo caſtorei croci ⁊ vſnee: ⁊ iteꝝ ſufficiat ad empl̃andũ ꝙ ẽ ſicut nux cypſſi: ⁊ iunipus ⁊ reliq̃ q̃ cadũt in empl̃is rupture.ſ.ſiphac. deinde dixit. A. ſtringat̃ ſic̃ caput.ſ. cũ ligatura tenẽte empl̃m: ⁊ os in locũ reductiõis firmũ: ne reſiliat: ꝙ ſi nõ ſupradicta cura pl̃ies iterata ɔtulerit: ſꝫ diſlocat̃ mẽbrũ ex oĩ motu. ⁊ quotiẽs redit iteꝝ diſlocat̃: ⁊ tũc dixit A. indiget cauterio: verũ qꝛ alguatui vt patuit pluries accidit adiutorio ⁊ coxe: ideo ĩ capitulis eoꝝ de cauterio q̃rat̃.

De dieta.

Et quãuis auctores ſub breuitate locuti ſũt de cura diſlocationũ ꝑinſtr̃a diete ⁊ potiõis: ipſa tñ nec̃ia ſũt in ea. Dieta eniꝫ ɔſiderari oꝫ in oĩ diſlocatiõe ⁊ ſil̃r potio: ⁊ maxĩe in alguatui. In diſlocatõe.n. ⁊ ɔtorſione oꝫ vt in ꝑ̃nᵒ eger ſubtil̃r dietet̃ cũ ꝓhibitiõe carnis: ⁊ vini: ⁊ oiuꝫ replẽtiũ corpꝰ nutrimẽto pl̃ð q̃ꝫtũ fuerit pol̃e: ⁊ ɔcedãt̃ ei cibaria ſubtilia: ⁊ pauci nutrimenti: ⁊ añ reductioneꝫ: ⁊ pꝰ q̊uſqꝫ ſecuritas fuerit de apãte: aut q̊uſqꝫ ſedatuꝫ fuerit apã ſi ꝑ̃fuerit: ⁊ fcã ſecuratõe ð apãte: tũc ẽ groſſioribꝰ dietãdus: ⁊ maxĩe ex eis cibis ⁊ potibꝰ ĩ qbꝰ ſit ſtipticitas: vt generet̃ ex eis nutrimẽtũ ſolidũ ɔferẽs in retẽtiõe ⁊ firmatiõe oſſis reducti. Et de dieta in hoc tp̃e loquẽs Aui. dixit. oꝫ vt ſit cibatio diſlocatiõis: ſeu in diſlocatis cũ eo qð ɔfortat cũ ſua ſtipticitate: nã illud eſt qð ɔfortat iũcturã: ⁊ ligat eã ꝫm firmitudinẽ nec̃itatis: ⁊ ĩ ſũma eſt ɔſil̃is diete dicẽde ĩ capl̃o fracture oſſiũ: ⁊ in alguatui oꝫ vt dieta tota v̾tat̃ ad ſubtiliationẽ ⁊ ꝓprie ſic̃ dcm̃ ẽ ĩ ꝫmõe 3ᵒ. in capitulo de paralyſi. ¶ Et potio ſil̃r hꝫ ɔſiderationẽ: ⁊ maxĩe ꝫꝫ q̈ttuor itẽtiões q̃ꝝ pꝛia ẽ ad euãndũ. 2ª võ ad diuertẽdũ. 3ª ad alterãdũ. ⁊ 4ª ad corrigẽdũ accidẽtia. ¶ Et ꝑ̃ª qdẽ itẽtio ĩ diſlocatiõe ⁊ torſiõe ɔplet̃ flõmia: ⁊ maxime ſi cã inducẽs eã fuerit fortis: et eger repletꝰ fuerit. ¶ Qꝫ ſi flõmia fieri nõ potuerit fiat ſcarificatio vel ſanguiſugaꝝ appoſitio: ⁊ totũ hoc fiat ꝫꝫ canones iteratos de fiẽda flõmia. Qꝫ ſi nec̃ia fuerit pꝰ flõmiam: alia euõ ꝑfarmaciã fiat. ¶ Et qdã dixer̃t. flõmiã fieri debere añq̃ꝫ reductio fiat: ſꝫ nõ ẽ hoc nec̃ariũ niſi in magnis caſibus: ⁊ cũ medicꝰ hꝫ inducias ad reducẽdũ: in alguatui vero fiat euõ hũiditatis remolliẽtis: ⁊ ꝓꝑ̃e ſicut dcm̃ ẽ in tractatu ꝑ̃cedẽte in cura ſciatice. ¶ Diuerſio võ cõplet̃ vbi nec̃ia fuerit cũ his q̃ in dicto tractatu dcã ſũt ⁊ ɔueniũt maxime clyſteria leuia: ⁊ ẽt acuta q̃ maxĩe nec̃ia ſũt ĩ alguatui. ¶ De alteratõe võ ꝑ localia vt dcm̃ ẽ: ⁊ dicet̃ in ꝑticularibꝰ capl̃is. ¶ De correctõe võ accidẽtiũ ẽ ſciẽdũ ꝙ aliqñ accidit in diſlocatõe dolor fortis: ⁊ oꝫ ꝙ mitiget̃ cũ eis q̃ dcã ſunt lenire dolorẽ iũcturaꝝ in dcõ tractatu ꝑ̃cedẽte: ⁊. 15. ɔti. ꝙ ad articulos ſepatos: ⁊ incidẽdũ dolorẽ accidẽtẽ in eis cepe narciſci miſceat̃ cũ melle: ⁊ ſupponat̃ ⁊ ꝙ terant̃ radices cãnaꝝ ⁊ folia eaꝝ: ⁊ miſceant̃ cũ ol̃o ſiſamĩo modico ⁊ ſupponãt̃: ⁊ cũ in diſlocatõe fuerit ɔtuſio: tũc tere carnẽ ɔculaꝝ: ⁊ oſſa eaꝝ: ⁊ ſuppõe ɔtuſiõi: ⁊ magnũ erit iuuamẽtũ eaꝝ: ⁊ piguedo vrſi ɔuenit valde diſlocatiõi: ⁊ torture: ⁊ nodul̃ diuturnis: ⁊ ɔtuſiõi neruoꝝ ⁊ ſubtiliat valde groſſitiẽ eoꝝ: ⁊ cũ ea fiat fricatio in ſole moderata ad leniẽdũ oſſa cũ ſit in vltima linitiõe: ⁊ dixit Gal. vt ibidẽ põit̃: ɔuẽit torture articuloꝝ: ⁊ ɔtuſioni lana ſuccida infuſa in oleo ſi ſuppõat̃ ei: aut ſi inũctio fiat cũ gera ⁊ oleo ro. ⁊ epithima fiat cũ aq̃ dulci tepida dũ mitiget̃ dolor ꝑ fricationẽ ⁊ ɔꝑ̃ſſionẽ. ¶ Et aliqñ remanet pꝰ ſanationẽ diſlocatiõis vel torſiõis groſſitudo iũcture ꝓhibẽs mẽbrũ ab ipſiꝰ extẽſiõe: ⁊ reflexiõe. de cꝰ cura dixit Raſ. 15. ɔti. ego ꝓcedo in ea ſic̃ eſt in capᵒ ſcliros.ſ. leniẽdo: ⁊ lenitiua ſũt hec. vꝫ. bdelliũ: armoniacũ ſigia: medulla vacce: piguedo thauri galbanũ: oleũ alkãne: oleũ lininũ: oppoponacũ pinguedo lane: cera citrina ɔtecirops mucilagines ſicut fenugreci: ⁊ ſe. lini ſub̃a ablutõi: ſub̃a granoꝝ pẽtadactali: ⁊ cauda.ſ. arietis: ⁊ pinguedo caude eiꝰ. Abũdãs aũt epithima cũ aq̃ calida: ⁊ oleo tepido: ⁊ motꝰ frequẽs mẽbri calefaciũt ꝑfecte: ⁊ extẽdũt neruũ. Et dixit. ſi vitiũ fuerit cronicũ fiat cura cũ marchaſita calefacta: ⁊ extincta cũ aceto: cꝰ fumigiũ ad locũ recipiat̃: ⁊ fiat linitio cũ linitiuis: qm̃ hec ẽ vltima cura eiꝰ. ¶ Dixit Alb. in capl̃o diſlocatiõis hũeri. ſi accidit pꝰ ſanationẽ grauitas in mẽbro ⁊ tarditas motꝰ eiꝰ vtat̃ tũc infirmꝰ balneo multotiẽs: dõec leniat̃ illa grauitas ⁊ redeat ad nãꝫ eiꝰ ꝑ̃mã: ⁊ Aui. dixit. qñ remanet poſt reditionẽ diſlocatiõi: aut ſepatiõi.i. torſiõi durities: ⁊ q̈ſi apã adminiſtra embrocas: ⁊ epithimata lenificãtia. ¶ Et qñ remanet mẽbꝝ ĩfridatũ: tũc dixit Raſ. vbi. ſ̈. ſuppõe ei ſerapinũ galbanũ: ⁊ caſtoreũ: qm̃ calefaciũt mẽbꝝ: ⁊ extẽdũt neruos.

¶ De diſlocatione mandibule. Cap. viij.

Auctores ꝑ̃cedẽtes ꝑticul̃r ĩ reſtauratione diſlocationũ inceperũt a iũcturis ſupioribꝰ: ⁊ eaꝝ ꝑ̃ª ⁊ ſupior eſt iunctura mãdibulaꝝ inferioꝝ de q̃ ſciẽdũ. vt. ſ̈. patuit ꝙ iũctura mãdibulaꝝ ẽ duplex: vna ẽ ſeratilis ⁊ ẽ ɔiũctio mãdibule dextre cũ ſiniſtra: ⁊ ecõuerſo in mẽto: ſiue in loco barbe: ⁊ in tali iũctura nõ ɔtingit eã diſlocari poſſe: ⁊ de tali iũctura itellexit Aui. cũ narrauit iũcturã mãdibularũ iter eas q̃ nõ pñt diſlocari: alia ẽ notabil̃ ꝫꝫ quã mãdibulaꝝ tã dextra q̃ꝫ ſiniſtra ɔiũgit̃ oſſi petroſo: ⁊ in hac iũctura ɔtingit mãdibulas diſlocari: ⁊ eiꝰ diſlocatio aut ẽ vniꝰ mãdibule tm̃.ſ. dextre vl̃ ſiniſtre: ⁊ qñqꝫ eſt ambaꝝ ſil̃: vñ Raſ. 15. ɔti. ait in diſlocatiõe qñqꝫ diſlocat̃ barba vna: ⁊ qñqꝫ diſlocat̃ vtraqꝫ. ⁊ tã in vna tm̃ q̃ꝫ in ambabꝰ ſil̃ raro ɔtingit diſlocationẽ euenire. Inqt eni Haly. ꝑ̃ctice 9ᵒ. raro accidit hec iũctura diſlocari: ⁊ rõ ẽ: qꝛ ſupioꝝ ꝑs illiꝰ ɔprimit capita: ⁊ ꝫm pl̃m: ſiue vna: ſiue ãbo diſlocent̃ diſlocatio eaꝝ ꝫm pl̃m erit nõ integra. ait.n. Haly. vbi. ſ̈. euulſio.i. integra diſlocatio paꝝ accidit: ⁊ ſiue in vna: ſiue in ãbabꝰ: ⁊ ſiue integre: ſiue nõ integre ɔtingat diſlocationẽ fieri ipſã: aut erit v̾ſus exteriꝰ ſiue añriꝰ: aut erit v̾ſus interiꝰ ſiue poſterius: auctores tñ de diſlocatiõe mãdibule loquẽtes ſolũ locuti ſunt de ea q̃ eſt ad interiꝰ ſiue exteriꝰ: qm̃ ipſa eſt q̃ ꝫm pl̃m accidit: ⁊ qꝛ eueniens ad interiora ſiue poſteriora raro valde ɔtingit: ꝓp qð ĩpediũt̃ ab oſſe petroſo oſſa mãdibulaꝝ ire v̾ſꝰ poſteriꝰ ið ð ea nõ fecer̃t mẽtionẽ: qdã tñ modernoꝝ de ea dixer̃t: vñ ait Aui. aliqñ diſlocat̃ ad interiora: ⁊ aliqñ ad exteriora ꝓ his dixit A. qñ cadit diſlocatio in latere vno: qð põt ɔtingere ꝓp cãm offendentem alteram mandibulaꝝ ꝑ̃ter alteraꝫ. ⁊ põt euenire qñqꝫ in dextra: ⁊ qñqꝫ in ſiniſtra. ſupple. ⁊ qñqꝫ põt euenire in vtraqꝫ: ⁊ dixit. accidit mãdibule inferiori: vt diſlocet̃ ab ordine ſuo.ſ.a ſuo loco ⁊ ſitu nãli.ſ. itegre q̃ꝫuis ſit illud de eis q̃ paꝝ fiũt: qꝛ raro ɔtingit mãdibulã diſlocari integre ꝓp qð forti nexu anodat̃ oſſi petroſo ẽt ꝑ ligamẽta: vt in anathomia eiꝰ patuit: ⁊ ꝓpea ẽt qꝛ mãdibula nõ mouet̃ ꝑ ſe motibꝰ violẽtis: nõ eniꝫ eſt motus eius: niſi ad maſticandum ⁊ loquendum ꝫm naturam ordinatus: ⁊ ſubdit Aui. et non accidit.ſ. diſlocatio mãdibule caſu completo.ſ. qñqꝫ. et in hoc innuit ꝙ quandoqꝫ non integre diſlocatur.

De potione quatuor hꝫ intẽtiones.

Et cāe dislocatiōis mādibule alie sūt extrīsece vt casus: ⁊ ꝑcussio: aut violēta distractio: ⁊ vehemēs oris aptio i oscitatiōe: ⁊ clamore: vel magni boli masticatiōe: ⁊ silibus: vt saltu sup pedes suos in q̊ ex vehemēti allisiōe peduꝫ ad terrā accidit: vt moueat̄ motu forti mādibule ossa: ⁊ dislocent̄. vn̄. A. dixit. ꝙ dislocatio accidit ei apud saltū. s. qn̄qꝫ: ⁊ silr̄ p̄t accidere apō scissionē violētā lapidū vel lignoꝝ cū violēter ꝑcutit̄ sup ea. ℭ Et alie cāe sūt intrinsece. s. relaxātes. s. hūiditates ligamta: ⁊ musculos: ⁊ neruos qb⁹ mādibula in suo nāli loco ꝯseruat̄. Intrinsecas āt et extrīsecas tāgēs sub breuitate Ras. 15. ꝯti. ait. dislocat̄ qn̄qꝫ ꝑfecte: et alia accidit ex lassitudine musculoꝝ penes masticationem abūdātē: aut penes aptionē oris. s. violētā: et vt plm̄ ꝓuēit a cā intrinseca. s. relaxāte ligamēta neruos et musculos hāc iūcturā ꝯstrigētes: q̄ mollificatio cū accidit facil̄r fit ei⁹ dislocatio. Ait. n. Haly. accidit hec dislocatio cā lacertoꝝ eaꝫ ꝯtinētiū mollitiei: cū eniꝫ accidit mollities ipsis lacertis facil̄r dislocat̄: et sic̄ facil̄r dislocat̄ ita facil̄r reducit̄. Ait. n. Ras. vbi supra ꝯuertit̄ ad dispōnē suā ꝑ seipsam absqꝫ cura alia: et subdit. dico. s. ꝙ si alia cura necessaria fuerit: tūc attrahatur barba. i. mentū ad p̄tē posteriorē: et cōstringat̄. s. ꝯpingendo ad p̄tē ꝯ̄riam declinationi eius: qm̄ restituetur.

De signis āt dislocatiōis alia sūt signa gn̄is. s. ipedimētū eueniēs in oꝑonib⁹: et maxīe in motu ei⁹: et ꝯcauitas apparēs: et. s. eminētia ꝫ ea q̄ dcā sūt in cap° gn̄ali signoꝝ. ℭ Et alia sr̄ signa sp̄ēr̄: ⁊ hoꝝ aliqn̄ signāt vtrāqꝫ mādibulā fore dislocatā: ⁊ aliqn̄ solū alterā. Et d̄ signis dislocatōis vtriusqꝫ. dixit Ras. 15. ꝯti. si dislocat̄ vtraqꝫ erit eminētia mādibule maior: ⁊ vehemētior: nec poterit patiēs apte claudere os ei⁹: sꝫ ibi erit vitiū magnū. s. si dislocatio itegra fuerit: sꝫ si n̄ fuerit itegra erit vitiū ꝑuū: qr ꝫ aliqd poterit claudē os suū: lꝫ nō itegre ⁊ dētes n̄ erūt oppositi. s. suꝑiores cū iferiorib⁹: ⁊ hoc i vtraqꝫ mādibula: sic̄ sr̄ i dislocatōe vni⁹ eaꝝ: qr qn̄qꝫ vna dislocat̄: lꝫ dētes illi⁹ lateris sibi opponūt̄. ℭ De his signi dix̄. A. remāet os aptū: ⁊ h̄ iō: qm̄ in dislocatiōe ista ossa egressa declināt ad an̄riora satis: vn̄ musculi tēdūt q h̄n̄t mādibulā ad suꝑi⁹ eleuare: q̄re nō p̄n̄t aliā ad suꝑi⁹ trahere q̊usqꝫ cū suꝑiori ꝯiūgat̄ ad clausionē oris. Et dixit. A. accidit i ea ista egressio. s. ossium mādibule ecōtrario ei⁹ ꝙ accidit apō mollificationē eius. s. ligamētoꝝ ⁊ lacertoꝝ ꝯtinētiū mādibulas: nā i mollificatiōe eoꝝ declinatio mādibulaꝝ nō fit ad an̄riora siue exteriora: sꝫ ad iferiora. ℭ Et ex his v̄bis accipit̄ distictio dislocatiōis ꝫ cās: nā qn̄ fuerit a cā itrinseca os remanet aptū cuꝫ declinatiōe mādibule iferioris ad iferiora: ⁊ vt appet ex p̄dictis ex reductiōe ei⁹ ad suꝑiora claudet̄ os: ⁊ fiet ei⁹ reductio facil̄r: sꝫ qn̄ fuerit cā extrinseca os remanet aptū cū declinatiōe mādibule iferioris ad an̄riora: neqꝫ erit ei⁹ reductio facilis: ⁊ q̄uis ꝯprimat̄ ad suꝑiora nō ꝑpea ꝯiūgit̄ mādibule suꝑiori. neqꝫ claudit̄ os: eteni dixit. A. applicatio vni⁹ ad alterā difficil̄: lꝫ nō ꝓuet̄. s. mandibula oino motu cū lacertis suis: q veniūt ei a posteriorib⁹ ꝑ q̊s aliq̄lit̄ adhuc ꝑticipat motu: lꝫ sit ꝓuata eo ex p̄te lacertoꝝ timporaliū. Et qdam putāt. ꝙ hoc sit signū torsiōis: siue dislocatiōis nō itegre in q̄ vt supra patuit in ca° signoꝝ dislocatiōis aliqs remāet motus: ⁊ dicūt. in torsiōe mādibule ē difficil̄ applicatio iferioris cū suꝑiori: sꝫ in dislocatiōe est ipossibil̄. ℭ Dixit Haly. euulsiōis ꝑfecte signū est: qm̄ videbis faucē inferiorē ad iferiora declinātē: ⁊ os ad posteriora declinat. s. q̄tū ad mādibulā suꝑiorē: nō qr ipsa ex̄n̄ter declinet ad posteriora cuꝫ sit imobilis: ⁊ nō possit moueri de loco suo: sꝫ solū apparenter ad posteriora declinat: qr cū iferior mandibula ad an̄riora declinet: ita ꝙ dētes ei⁹ an̄ponunt̄ dentib⁹ suꝑiorib⁹: ⁊ dentes suꝑiores postponunt̄ hinc ē ꝙ suꝑior mādibula appet ⁊ credit̄ ab aspiciētib⁹ ad posteriora declinasse: ⁊ dixit. videbis ossis extremū apparens in suꝑiori maxilla. i. videbis ꝙ cap̄ ossis mādibule dislocate appebit eminēs in suꝑiori maxilla. s. iuxta locū cui ꝯiūgit̄ in osse petroso: ⁊ erit ibi eminētia māifesta. Et vt dicūt qdā: ꝙ magis apparēter ꝯtingit in dislocatiōe mādibule ꝓueniēte a mollificatiōe ⁊ hoc iō ē: qr cū dislocat̄ ꝑꝑ mollificationē: vt dixit Alb. mādibula interior fit magis eminēs ad interiora. ⁊ magis descēdēs ad inferiora. Et cū sic fit accidit tūc ꝙ extremū ei⁹ suꝑi⁹ magis ꝓpellat ad exteriorē maxillā. i. carnē maxille suꝑior ē: ⁊ iō ibi maior appet eminētia. ℭ Dixit Albu. ⁊ currit saliua ex ore ei⁹: vt nō possit tenere eā. s. ⁊ fluit ꝑꝑ aptionē oris. Et dixit. iuoluit̄ ligua ei⁹ cū s̄mōe. i. nō recte ꝓfert s̄monē: ⁊ hoc iō: qr i eo labia ⁊ dētes q sūt duo de istr̄is faciētib⁹ ad rectā ꝓlationē s̄mōis sūt ex̄ locū suū nālē: ⁊ ipedita in motu ipsoꝝ: vn̄ nō p̄t vox bn̄ modulari. ℭ De signis āt dislocatiōis alterius mādibule soli⁹. dixit Ras. vbi. s̄. dētes ipsi⁹ p̄tis erunt torti: ⁊ eminebit mādibula ip̄a. Et. A. dixit. ꝙ for^a siue figura significās hāc dislocationē est declinatio. s. p̄tis mādibule dislocate ad anteriora cū trāsuersione. s. dentiū ipsi⁹ p̄tis a dētibus p̄tis alterius: ⁊ iō dixit Ra. eos esse tortos.

De cura dixit Ras. 5. ꝯti. fieri dꝫ velocior restō vtriusqꝫ barbe q̊tiēs dislocat̄: cū ip̄a fiat de leui melior. s. qn̄ cito fit: qm̄ si cū tarditate fit ex soliditate ⁊ robore iporū excitabit febres ꝯtinuas: ⁊ dolorē capitis ex violēta extēsiōe musculoꝝ. s. timporis: ex q̄. s. violēta extēsiōe dolor accidēs vehemēs: ad quē sequit̄ tract⁹ multaꝝ māeꝝ ad ipos musculos q ap̄abūt eos: ⁊ ide sequit̄ dolor capitis: ⁊ febris ꝯtinua: ⁊ subdit Ras. ⁊ qn̄qꝫ soluet̄ ei ex supfluitatib⁹ colericis absqꝫ aliq̄ ꝯmixtione fcā cū eis. s. ex alijs hūorib⁹: qm̄ ꝑꝑ dolorē ⁊ febrē ꝯtinuā exacuit̄ colera: ⁊ mouet̄: vn̄ furiose ⁊ smthomatice expellit̄: ⁊ subdit. ⁊ qn̄qꝫ patiēs morit̄ in decia die. ℭ Et. A. dcā v̄ba Ras. ponēs dixit. hec cura ē suma curaꝝ in qb⁹ est nece vt festinet̄: ⁊ si nō festinat̄ ad reducēdū eā p̄ducet ad egritudies ⁊ nocumēta: ⁊ cū hmōi reductio casus fiet praua. i. difficil̄: ⁊ magis dolorosa: egritudines āt ⁊ nocumenta ad q̄ ꝑducit sūt. dixit ipse. ꝙ indurat ⁊ ap̄at: ⁊ tēdit lacertos: ⁊ cōmouent̄ febres isepabiles: ⁊ dolor capitis st̄ās: ⁊ hic dolor erit ex cōitate ꝑꝑ illud qd̄ associat̄ ei de vehemētia tēsiōis lacertoꝝ: ⁊ subdit. ⁊ fortasse res praua fit dōec iterficiat in. 10^a die: aut an̄ illud: aut post illud paꝝ: qm̄ nā nō potuit tantā violētiā vlteri⁹ tolerare: ⁊ qn̄qꝫ fit vt soluat̄ ei vēter cū supfluitatib⁹ multis colericis puris: ⁊ ꝙ euomat sil̄es ei. ℭ Et Alb. dixit. ꝙ qn̄ dislocat̄ in hora aliq̄ ⁊ nō ꝯuertit̄ ad loca sua. s. festine tūc multotiēs accidūt inde febres: ⁊ soda assidua: ⁊ fortasse euomit colerā purā: cū g̊ vides tūc scias ꝙ est ꝑditio. s. mors futura i ꝓximo: ⁊ multotiēs morit̄ cui accidit istud in decē dieb⁹. Et nō intellexerūt p̄dicti de dislocatiōe ꝓueniēte a cā intrinseca mollificante: qm̄ in ista nō accidit dolor: aut pu⁹ valde: q non est cā attractionis: ⁊ ꝑ ꝯn̄s: nec egritudinū ⁊ nocumentoꝝ. Opꝫ g̊ dixit Auic. vt festinet̄ ad curā eius: nā facilior ei⁹ reductio est illa q̄ est velocior. ℭ Cura g̊ eius ꝫ Ras. vbi supra. ē ꝙ aliq seruiētes teneāt caput infirmi: ⁊ chyrurgicus imponat pollices manus sue ori ifirmi: ⁊ cōmoueat barbā ad partes oēs sinistrorsū: ⁊ dextrorsū remissa mādibula: ⁊ dimissa per horā: deinde extēdat̄ barba subito: ⁊ ꝯuertat̄ ad locū suuꝫ ipsa expulsa ad p̄tē posteriorē. ꝙ si solidat̄. i. idurat̄ loc⁹: ⁊ difficilis fit reductio ei⁹ calefactio fiat ei: ⁊ epithima cuꝫ aq̄ calida ⁊ oleo: ⁊ balneetur affluēter dū mollefiat: deinde sedeat chirurgic⁹ p⁹ patiētē: ⁊ attrahat mādibulā ad iferi⁹. ℭ Haly. addidit. ꝙ cū chirurgic⁹ iposuerit pollicē in ore infirmi iperet ei ꝙ maxillā laxet ⁊ ꝑmittat vt illā cōcutiat. Et silr̄. dixit Alb. p̄cipe ifirmo vt mollificet mādibulas suas: ⁊ absoluat eas ad ambulādū ad oēs p̄tes. ⁊ dixit. mittat pollicē manus vnius si dislocatio fuerit i duab⁹ p̄tibus vsqꝫ ad radiceꝫ mandibule: ⁊ reliq digiti sint extra os: qbus equet mādibulā. ℭ Dixit. de hac cura. A, teneat caput egri vnus mister: deīde itromittat vnus restaurator pollicē suū in os: ⁊ ꝯuenit ifirmo mollificare mādibulā suā ex oi mō: ⁊ nō dꝫ

Signa dislocatiōis mādibule fcē a cāis intrīsecis ⁊ extrinsecis.

Signa reductionis bone ⁊ ꝑfecte mandibule.

De mō reductionis mādibule ꝫ Brunū ⁊ Rogerium.

volūtarie ptinere eā: z hoc iō vt valeat restaurator: bñ z suf
ficiēter ducere mādibulā: dōec reducat in tali deductione z
pcussiōe z inferius tractiōe reducere capita mādibule dislo
cata ad situ suū. Q. ō facē nō posset si infirm⁹ volūtarie ꝯhe/
ret. nā dixit. A. ibi sūt lacerti q trāsuersati sūt z tēsi pp vehe
mētiā dislocatiōis: q̄re nō sinerēt siue ꝓhiberēt z difficulta
rēt reductionē capitū mādibule ad locū suū maxie si infir/
mus ēt volūtarie tēderet eos: oz ḡ vt relaxet eos: z iuuamē
tū pstet p hoc oponib⁹ restauratoris q oz mouere z ptine/
re mādibulā ad dextrā: z sinistrā: deinde cū p talē pmotio/
nē deducta fuerint capita mādibule ad situ suū. dixit. A. ex
tēdat eā subito. s. trahēdo eā inferi⁹: nā p talē tractionez si
dislocatio fuerit incōpleta: q₂ torsio solū: redibit mādibula
ad locū suū: z vt dicūt qdā z bñ li. deide. in dcō Raſ. z. A.
nō tenet ordinarie. sz copulatiue: q₂ sil' z semel oz fieri cōtu
sio mādibule ad ptes: z ad inferius tractio inq̄ztū possibile
fuerit. Qz si dislocatio fuerit integra: tūc dcā opo soluz fiat
ad deducēdū capita mādibule ad situ suū: z rectā oponē ad
loca q igredi debēt: z ē tūc nečia alia opo. s. reductio eorūz
in loca sua: z hoc fac̄ restaurator ipellēdo ipsa. Et hoc vo/
luit Alb. cū dixit. medic⁹ equet mādibulā. i. deducat capita
ossiū ad rectā oponē ad pixides suas: z ipellat eā. s. tūc do/
nec redeat ad locū suū: z in tali ipulsiōe: imo ēt z in equatio
ne nō declinet trahēdo v̄sus exteriora: aut ipellēdo ad exte/
riora: imo ad posteriora: vt dix̄ Raſ. Opz vt dixit Alb. fau/
cē interiorē ad posteriora repellere. Et. A. dixit. ꝙ ipsa non
intrat ad locū suū a q̊ sepata est: nisi retro. i. in posteri⁹ ppul
sa: q₂ posterior est pixis ei⁹: q̄re oz vt restaurator extendat
mādibulā: ita vt equet ſm illā ppationē. s. q̄ ē ad posteri⁹:
vt cū suū fuerit ingressa locū claudat: z exire nō pmittatur.

Signa reductionis bone z pfecte mandibule.

¶ Et signū reductiōis bōe z pfecte mādibule est. dixit. A.
equatio q̄druploꝝ. s. dētiū: z clausio oris: nā sicut in disloca
tiōe dētes nō equabant: sz supponebant: z os stabat aptū:
ita reducta mādibula dētes equant: z os claudit z p opo/
nē q̄druploꝝ nō intellexit absolutā z oīmodā: sz talē q̄lem
hēbat patiēs tpe sanitatis: qdā enim in sanitate sua dentes
hñt suppositos: nā z fcā reductione. dixit. A. sustentet cum
puluillis in ceroto z cera z oleo ro. infusis z linitis ligatu/
ra decēti: z dimitte eā: qm̄ sanabit q̄zcitius fuerit possibi/
le: cito eniz sanat vt in duob⁹ dieb⁹ vel tribus: c⁹ cite sana/
tionis cā est strictura pixidū in qb⁹ voluunt capita mādibu
le: p̄dictū cerotū pglutinat z pstringit māz z repcutit z re/
pellit z dolorē sedat. Et Haly. huic ceroto addidit aquā fri/
gidā: z hoc ad forti⁹ pstringēdū z repcutiēdū. ¶ Si vero.
dixit. A. nō festine fiat reductio mādibule: sz tardet: z iam
accidit durities in loco: tūc oz vt incipias z lenias duritiē
cū embrocis cū aq̄ calida: oleo in balneo embrocatiōe pli/
ma. supple. z si nō sufficit hoc facere vna die fiat duob⁹ vel
plib⁹: donec lenias duritiē q̄ lenita sedeat restaurator post
infirmū: z trahat mādibulā eius ad posteriora: donec decē
ter locet: z decenter locata stringat puluillis: z ligatura: q̄
vt dixit Alb. fiat cū facilitate z ligamēt mollib⁹. i. lenib⁹.
Et fcā ligatura oz vt infirm⁹ resupinet sup puluinar: c⁹ iple
tio sit leuis: z de pluma: z teneat vnus minister caput eius
firmū sup puluinar: vt nō moueat: dōec ipleat eius sanatio:
aut fiat sicut dixit Alb. sit somn⁹ infirmi sup dorsum suū: z
caput ei⁹ sit stās inter duo puluinaria: vt nō moueat ipz ad
dextrā: nec ad sinistrā: z nō conet masticare aliqd: imo po
nat cibus eius sorbilis lenis donec remoueant dolores: z
nodet. i. bñ firmet mādibula: z tūc cōedat qd vult: sz tñ ad
ministret illud cū facilitate: z nō laboret sup aptionez oris
sui apud comestionē z potū: z oscitationē. supple. z alia vt
cantū z clamorē z silia: donec donet mādibula z sanet zc.

De mō reductionis mādibule sz Brunū z Rogerium.

¶ Brunus aūt de mō reductiōis mādibule dixit. duo capi/
ta mādibulaꝝ auriculis capiant: si in vtraqz pte fuerit dis/
locatio: aut vnūz caput accipiat tm̄: si in vna pte tm̄ fuerit
dislocatio. s. caput ptis ipsi⁹ dislocate: z debēt capi manib⁹:
deinde cū facilitate ad exteri⁹ ducant: donec reditio pleat
ſm nām suā: z sic vr̄ dissonare a mō auctoꝝ. ¶ Rogeri⁹ q̊z
cōsil'r Bruno dixit. z subdit: tunc accipiat fascia z eleuetur
sursuz. s. ducat a mēto ad caput superius: z iteꝝ cuz alia fa
scia a mento liget ad collum: ita tñ ꝙ dentes vtriusqz mole
ſm consuetudinem proportionaliter se habeāt.

¶ De dislocatione furcule. Cap. ix.



Sfurcule vt patuit in anatomia ex pte q̄ iūgit pectori absqz iūctura
nodatili ei iūgit: vñ Gal. vt ponit. 15. ptiñ. ait.
furcula nō dislocat ab osse pectoris cū ptinuat
cū eo absqz aliq̊ articulo mediante: sz si pcussio
vehemēs sup ea fiat separabit a pectore: z eleuabit ab eo.
Sil'r z Haly. dixit. furcula ab interiori. al'r z melius. ab ife/
riori. s. vbi iūgit pectori nō euellit: qm̄ pectori ptinuat nō
disgregata: iōqz ab hoc nō mouet latere: si aūt ab exteriori/
bus grauis fiet pcussio nō euellit. dixit. A. furcula nō dislo
cat a latere inferiore: qm̄ ipsa est ptinuata cuz pectore non
separat ab eo. Sil'r Raſ. 15. pti. z Alb. dixerūt: z nō intelle
xerūt ꝙ sit ptinuata cū pectore vera ptinuatiōe: sz sic dixe/
rūt: pp firmā ptiguationē quā hz cū eo: nā vt patuit in ana
tomia eius ipsa situata est in q̄dā fouea: siue pcauitate q̄ est
in supremo osse thoracis: z ita est in ea firmiter collocata ꝙ
separari ab ea non pōt neqz dislocari. ¶ Et cura eius. dixit
Gal. ꝙ oz supponi ei pallotula pluriū inuolutionū z liga/
ri: z Haly. dixit. cura eius est ac si frāgat. Sz tñ dixit. A. ac
cidit ei de foris pcussio fortis: z stringat tunc ipsa equat z
curat curatiōe q̄ curat si frāgat. ¶ Dixit Alb. qñ dislocat
ad exteriora qd̄ declarat sensui pp eleuationē suā pingen/
tem carnē z cutē v̄sus exteriora: tūc restauratio eius est vt
iaceat infirmus sup dorsuz suū: z extēdat brachia sua: dein
de coarcta locū cū palma tua coartatiōe forti: nā ipsa redi/
bit: deinde pōe sup ipsaz empl'm z puluillos z stringe eam.
Et Raſ. dixit. sit empl'm pstrictiuū: z fiat ppressio sup liga/
turā semp. ¶ Extremitas aūt furcule q̄ piūgit ad hūeꝝ dis
locari pt sz tñ dixit Gal. z pōit vbi. s̈. nō sepabit abūdāter:
s. plies: imo raro accidit ei vt dislocet cū ꝓhibeat ad dislo/
cationē eius caput spatule: ac ēt muscul⁹ hñs duo capita: nā
iste muscul⁹ sicut patuit in anatomia ei⁹ vnū capitū suorum
ascēdit ex furcula ad caput hūeri: z sic firmiter tz alligataz
extremitatē furcule ad spatulā. Et sil'r dixit Haly. z addidit
ipsa ēt nō dislocat multū: q₂ furcula nō mouet motu graui.
¶ Dixit. A. extremitas eius q̄ sequit humeꝝ z separat ab
eo nō dislocat pl'm: z vr̄ ex mō loquendi eius: q₂ p ly. pl'm.
nō intellexit plies siue sepe: sz intellexit multū: sz tñ vtroqz
mō hz veritatē: z assignādo cām. A. dixit. qm̄ lacert⁹ q hz
duo capita ꝓhibet ab hoc: z ꝓhibet iteꝝ eā caput spatule:
z nō mouet iteꝝ furcula motu vehemēti: qm̄ ipsa nō est po
sita: nisi vt supet pectus: z amplificet ipm: z adiuuat ad hāc
ꝓhibitionē os puū vocatū rostrū corui qd̄ etiā ligat eaz: z
firmiter tz. ¶ Si tñ dislocat aliqñ eius dislocatio est ad ex
teriora z cura eius est silis p̄dicte. ¶ Dixit Gal. debēt sup/
poni pallotule grosse z pstringi cū ligatura. ¶ Dixit Aui.
si accidat ei dislocatio ex luctamine: vel alia re sili huic: ipā
equat z redit ad locū suū cū manu: aut cū puluillis plimis
q ponunt sup eā cū ligatura: q̄ nečia est. s. ad cōprimenduz
fortiter puluillos: vt sic cōpressa furcula descēdat ab eleua/
tione sua: z ingrediat locū suū. ¶ Dixit Albu. iaceat infir/
mus sup dorsuz: z extēdat sua brachia. s. quātū pōt: si tñ p
se nō posset sufficiēter extendere oz brachiū lateris disloca
ti vehemēter a ministro trahi: vt p bonā aptionē brachioꝝ
iūctura furcule cū osse spatule bñ apiat. Et hoc fcō. Dixit
Alb. circūcirca locū. s. furculā sepatā cū manu tua oz ergo
fieri ligatura talis z tāta: q̄lis z quāta est ad bonā ppressio
nē furcule necessaria: variāda est enim in plus z minus ſm
q̄ztitatē sepatiōis spatule: z ſm dispōnē corpoꝝ patientiuz:
nā in pua sepatiōe: z in corporibus mollib⁹ oz ligatura le/

Textus tñ Haly. dicit ab interiori.

De dislocatione furcule ex parte humeri.

uior fieri: ⁊ ecōtrario in magna sepatiōe: ⁊ in corpibus duris dz fieri fortior. ⁊ strictior. ¶ Dicūt ex dictis patere: ⁊ ex his q̄ dcā sunt in anatomia furcule: ꝙ qꝛ furcula non ꝯtiguat̃ spatule mediāte articulo ipsa nō v̾e dislocat̃: sz potius remouet̃ de loco suo nāli: attñ auctores hāc sepatiōnē dislocatiōnē vocauerūt large sumētes dislocationez. ¶ Dixit Gal. vt ponit̃. 15. ꝯti. os puū positū sup cap̄ cubiti vel hūeri siue adiutorij: ⁊ est furcula si sepat̃ a loco suo ⁊ extimat chirurgicꝰ nō exercitatꝰ ꝙ adiutoriū sit dislocatū: qm̄ videbit̃ tūc caput furcule esse acutiꝰ: ⁊ locꝰ q est inferior eo esse ꝯcauꝰ: ⁊ qꝛ ex ista falsa extimatiōe curaret ipz cura dislocatiōis adiutorij: ⁊ esset nō rectū. subdit Gal. ꝙ curari dz ad modū cure furcule cū pallotul̃ ⁊ stricturis ⁊ ligaturis stringētibꝰ. ¶ Et. A. hūc errorē recitās. dixit illud q̄ ligant̃ furcula ⁊ hūerꝰ est os cartilaginosū: ⁊ ipm ingrossat̃ in macilētis. i. appet magis grossū in eis ꝑꝑ paucitatē carnis in loco illo: in pinguibꝰ āt nō sic appet ꝑꝑ mltā carnē: ⁊ qñ hoc os. s. furcula. dixit. A. remouet̃ a loco suo extimat ille cui nō est experientia ꝙ caput adiutorij sepatū sit vt exierit de loco suo: ⁊ sic iudicat ꝙ dislocatio sit in hūero: cū nō sit nisi in furcula: ⁊ cā hꝰ male extimationis est in eo qd̄ cap̄ spatule vr̃ tūc acutiꝰ. i. oblōgū cū subtilitate stricta. ⁊ nō rotūdū: vt dz appere in sanitate: ⁊ locꝰ q est inferior capite spatule vr̃ ꝯcauꝰ: ⁊ iste est locꝰ ad quē ꝯtiguabat̃ furcula: q̄ ab ea remota apparet ibi ꝯcauitas. Acuitas aūt capitis spatule iō appet: qꝛ furcula sepata caput spatule declinat inferiꝰ vñ supior ps ipsiꝰ appet acutior: vt nō interueniat error predictus. dixit. A. oz vt distinguat̃ inter dislocationē. s. adiutorij ⁊ eā q̄ furcule cū significationibꝰ. s. duabꝰ p̄dictis. s. cuz acuitate ossis spatule: ⁊ ꝯcauitate loci iferioris: qm̄ ista duo sūt signa dislocatiōis furcule: ⁊ signa dislocatiōis adiutorij dicent̃ in sequēti caplo. ¶ Dixit Tabri. ⁊ pōit̃. 15. ꝯti. si subuertat̃ cap̄ furcule: ⁊ ex ꝑte iuuamēti ꝯstrigat̃: sz dz fieri cū strictura erecta: ⁊ intērio cū strictura erecta est ꝙ cōstringat̃ adiuuamētū ad costas: qm̄ ꝑꝑ hoc adderet id subuersum hñ: sz quotiēs incidit̃ ꝑ mediū nō sic dz ꝯstrigi: qm̄ hoc inducit ꝙ emineat magis: sz qꝛ primū dictū Tabri est erroneū: iō dixit Raf. ibi. deinde ego extimo: ꝙ erecta strictura sit ad pctm̄: qm̄ erectio eleuat caput furcule: ⁊ illud emittit: ⁊ per remotionem adiuuamenti de costis applanabatur furcula: ⁊ hec applanatio est que ꝯfert in restituēdo furculā in locū suū: hūc ēt errorē remouēs. A. dixit. de curatione eius bona: est vt nullo modo applicet̃ ad costas.

¶ De dislocatione humeri siue adiutorij. Cap. x.



Quāuis auctores in caplis de dislocatione hūeri abutant̃ his noibꝰ. s. spatula hūerus adiutorio: siue adiuuamēto vnū ꝓ alio ponētes ƀm plr̃in: tñ hec noia singulariter sumunt̃. s. spatula ꝓ osse hōplate ⁊ adiuuamētū pro osse adiutorij: cꝰ supior extremitas ꝑ suū vertebrū igredit̃ pixidē q̄ est in osse homoplate. ⁊ humerꝰ sumat̃ ꝓ ipsa iūctura ossis homoplate: cū osse adiutorij. Duo tñ alia ossa veluti suffragiū exhibētia huic iūcture ꝯcurrūt: vt anatomia mōstrauit. s. os furcule: ⁊ rostrū corui: ⁊ qꝛ de osse furcule iā dictū est in hoc caplo de alijs tribꝰ dicet̃. ¶ Est aūt ƀm ꝙ spatula sūpta ꝓ osse homoplate nō dz dici ꝓprie dislocari: qm̄ q̄zuis deueniat ad ꝯpositionē iuncture humeri: vt dcm̄ est aduenit ad ipsaz tāq̄z ꝯtinēs: ⁊ nō tāq̄z ꝯtentuz: sed os qd̄ ꝯtinet̃ ē illud cui aduenit vt dislocet̃ vt supra patuit: ⁊ sic ēt est de mente Gal. q dixit in exēplo loquens: vt ponit̃. 15. ꝯti. quotiens dr̃ ꝙ distracta est coxa notādū est. ꝙ dislocatū est caput adiuuamēti de pixide spatule: dislocatione tñ nō vera: homoplata in ꝑte eius posteriori i qua est eius notabilis latitudo ēt nullo mō dislocat̃: de qua ꝑte intelligens Aui. dixit. ꝙ est de illis quoꝝ casus. s. in dislocationē nō est: nō enim accidit ei vt dislocet̃: siue vere: siue nō vere: ⁊ hoc ꝓpter fortē alligationē suā: ⁊ firmā oppositionē eius inter musculos: q nō sinunt eā a ꝓprio suo nāli loco secedere. q̄ztū vero ad ꝑtē eius strictiorē in qua est pixis ꝑ quā venit ad cōpositionē iūcture humeri ꝯtingit eaz interdū dislocari nō vere: q nō vera dislocatio est aliqualis eius remotio a nāli suo loco eueniēs ꝑꝑ fortē ꝑcussionem seu obuiationē ad rē durā: ⁊ ista separatio eius pōt euenire ab adiutorio tm̄: ⁊ a furcula tm̄: ⁊ ēt ab ambobꝰ. Et ista separatio spatule nō fuit clare cognita apud antiquos: vñ Raf. 15. ꝯti. recitat qd̄ Hypo. dixit. ꝙ nō dislocat̃: ⁊ similiter Gal. dixit. vt Aui. inuit ꝓpterea Aui dixit. de eis ꝙ minuunt̃ vel mirant̃ ex eo tales q̄les fuerūt Hyp. ⁊ Gal. idest diminuti fuerūt i hoc ꝙ nō asseruerūt de firmo ꝙ dislocet̃: aut nō mō dicto. Raf. vero asseruit firmiter hāc dislocationē spatule. 15. ꝯti. vbi ⁊ posuit curā eius. ¶ Sequēdo aūt de vtraq̄z dislocatiōe est sciendū hāc iūcturā posse tripliciter dislocari: vno mō osse adiutorij egrediēte de pixide homoplate: homoplata remanēte i suo nāli loco. secūdo osse homoplate egrediēte vel recedēte adiutorio remanente in suo nāli loco. tertio vtroq̄z osse semoto a nāli loco eoꝝ: dislocatione q̄z vera adiutoriū qñq̄z dislocat̃ integre: ⁊ qñq̄z nō integre: ⁊ qñ dislocat̃ integre nō dislocat̃: nisi ad partē inferiorē: sed qñ dislocat̃ nō integre pōt dislocari ad partē inferiorē: ⁊ ad ꝑtē domesticā ⁊ siluestrē: ⁊ sic ad tres partes ꝯtingens est hāc iūcturā dislocari. ¶ Dixit Gale. ⁊ ponit̃. 15. ꝯti. caput adiutorij nō dislocat̃ ad superiꝰ: qm̄ eminentia homoplate ipm ꝓhibet: neq̄z cū dislocat̃ ad ꝑtē supiorem dislocat̃ ad interius: cū musculus hñs duo capita prohibeat: ⁊ caput humeri sil̃r: sed dislocat̃ ad ꝑtē sinistram: ⁊ ad ꝑtē siluestrē. modice tñ: qꝛ nō nisi incōplete: ⁊ nō itegre ⁊ dislocat̃ ad partē ascelle inferius abūdanter. i. integre ⁊ ꝯplete. ¶ Et Alb. dixit hūerus nō dislocat̃ nisi ƀz tres modos. quoꝝ vnus est vt dislocet̃ ad ꝑtē pectoris titilici ad inferiora. 2ꝰ est vt dislocetur ad ꝑtē pectoris. i. ad ꝑtē domesticā. ⁊ 3ꝰ ē ꝙ fortasse dislocat̃ ad supiorē ꝑtē vel exteriorē ꝑtē hūeri: ⁊ exponit̃ ad ꝑtē siluestrē: ⁊ si lr̃a dicat ad partē superiorē intellexit de nō v̾a dislocatiōe hōplate q̄ est ad superiora. ⁊ subdit istud fit raro. ⁊ dixit nō dislocat̃ ad posteriora ꝑꝑ spatulā: nec ad añriora ꝑꝑ neruos. ¶ Et Aui. loquēs de dislocatiōe hūeri integra. dixit. ꝙ dislocatio eiꝰ est res q̄ nō cadit in eo ꝙ scimꝰ nisi ƀm vnā ꝑtē eiꝰ. s. cꝰ apparēs. s. sit plimꝰ. ipa eni nō dislocat̃ ad supiora: qm̄ eminentia hūeri ꝓhibet ipaz: neq̄z ad posteriora qm̄ spatula ꝓhibet ipaz: neq̄z ad ꝑtē vētris. s. ad partē domesticā: qm̄ lacertus duo hñs capita ab añriori nō ꝑmittit eā cū ꝓhibitione capitis hūeri: qm̄ caput hūeri sil̃ cū illo lacerto ꝓhibet ipsam dislocari v̾sus partē pectoris vel vētris. ad latꝰ aūt inferius titilici egredit̃ exitu plimo: qm̄ nō est qd̄ ꝓhibeat adiutoriū descēdere sicut est qd̄ ꝓhibet ipm ascēdere ⁊ decliare ad posteriora ⁊ añriora. ¶ De dislocatiōe aūt non itegra hūeri. dixit. A. veꝝ nō dislocat̃. s. dislocatiōe nō itegra nisi ad latꝰ domesticū aut siluestre: ⁊ sepat̃ ad illud sepatōe parua: qꝛ nō itegra. qdā tñ dixerūt. ꝙ hec iūctura ad hec dicta duo latera itegre p̄t dislocari: veꝝ raro: ⁊ difficulter: ⁊ tūc est talis dislocatio praua valde: ⁊ de hac itellexit Gal. cū dix̃ vt. 15. ꝯti. ponit̃ articulꝰ hūeri: eo ꝙ firmatꝰ est cū ligamēto firmo. i. cū re ꝓhibēte ipm ab egressiōe: vt iā dictū ē. nō egredit̃ cito ad aliquā dictaꝝ ꝑtiū: ⁊ si egredit̃ nō egredit̃ velociter: ⁊ iteꝝ dixit. vt ibidē ponit̃. quotiēs articulꝰ mouet̃ dislocat̃. s. ad dcā latera dubitādū est de vehemēti violētia ⁊ difficultate. ¶ Et dislocatio qdē nō vera q̄ est hōplate ⁊ q̄ est humeri v̾a: sz nō integra q̄ est ad partez nō titilici nō fit sepe nec facil̃r seu a leui cā: imo nō nisi raro: ⁊ difficulter ⁊ a magna cā: q̄ v̾o dislocatio est ad partē titilici tā integra q̄z nō integra sepe facil̃r ⁊ a leui cā ꝯtingit. ¶ Dixit. n. Gal. 12. de vtilitate ꝑticulaꝝ. ⁊ pōit̃. 15. ꝯti. sic articulꝰ spatule. i. hūeri dislocat̃ magis q̄z alij articuli: cū pixis eiꝰ nō sit rotūda. s. ad interiꝰ ꝯcaua. qꝛ nō hz ꝯcauitatē ꝓfūdā: ⁊

ligaméta ei⁹ sunt tenuia ꝛ leuia: ꝛ fcā sūt ad istā formaȝ ad ornamētū motuū: q̄re vertebrū adiutoꝛij facil'r resilit a pixide: ꝛ ↄcauitate nō ꝓfūda. Et p̄cipue dixit Albuc. in illis q̄ꝝ carnes sūt pauce. ¶ Et Aui. dixit ꝓpe accidit ei⁹ exit⁹ plimus extremitatis in maciléti. in istis enim: dixit ipse cadit dislocatio adiutoꝛij: ꝛ ei⁹ reditio ꝑ quālibet cām: qm̄ sicut faciliter accidit in extenuatis egressio adiutoꝛij a loco suo: ita faciliter fit eius restitutio in ip̄m. qm̄ non est in eis caro que pꝛohibeat: sed in pinguibus: dixit ipse: vtraq₃ res s. exitus plurimum ꝛ reditio facilis sunt parue valde: propterea ꝙ caro multa impedit. inuenitur littera que dicit. sunt praue valde: ꝛ etiam est vera in cōparatione etiam ad maciléntos: maxime qn̄ ꝓueniret dislocatio a cā extrinseca: qm̄ multitudo carnis ꝓhibet cām extrinsecā peruenire ad iuncturā cū foꝛtitudine: q̄re nō impellit' ab ea plm̄: ꝛ coadiuuat vt exitus nō sit plimus: q2 multa caro multuȝ replet de loco ad quē fit exitus: sed tū q̄₃uis exitus nō sit plimus: eius tñ cōstrictio in loco ad quē exit ꝛ in via exitus est plurima: ꝛ ꝓpter hāc cām difficulter ꝛ praue reducitur in locum suū: qm̄ nec sic cedit extensioni ꝛ ipulsioni. Si tamen dislocatio accideret a cā intrinseca remolliente ligamenta foꝛtasse facilius in pinguibus fieret exitus: ꝛ reditio qm̄ haberet ligamenta magis leuia: ꝛ humiditatem plurimam qua magis sunt pꝛeparata remollitioni ꝛ lubꝛicationi.

Et cause dislocatiōis tā intrinsece q̄₃ extrinsece sūt vel esse pñt q̄ dicte sunt sup. in. c. de causis dislocationis in gñali. veꝝ in sp̄ali ↄtingit hāc iūcturā: ꝛ sil'r iūcturā scie dislocari in ꝑtu difficili: aut ēt post partū t̄pe infantie: de quo loquit' Gal. 15. ↄti. vbi dixit. si dislocat' adiuuamētū penes ꝑtū: aut in t̄pe augmēti coꝛpoꝛis: ꝛ nō restituit' nō erit adiuuamētū longū vt d₃ s₃ bꝛeue. i. nullo adhibito ip̄edimēto in ipsius oponē: ꝛ subtiliabit' cubitus: ꝛ sil'r si dislocat' coxa mō dicto nō erit pes lōgus: vt o₃. ¶ Et dixit Aui. qñq₃ aduenit adiutoꝛio dislocatio in hoꝛa ꝑtus difficilis apud sectionē ad embꝛionē. s. in embꝛione nō in pariēte: ꝛ sil'r accidit vt dislocet' coxa eius qñq₃. n. ꝑtus fit difficilis ꝑꝑ exitū inālē fetus: aliqñ pꝛius exeūte manu aliqñ pede: q̄re o₃ vt obstetrix laboꝛet i reducēdo mēbꝛa illa ad interius: ꝛ qñq₃ i attrahēdo ea. Cū ergo fit hoꝝ mēbroꝝ violēta attractio: tūc ↄtingēs est adiutoꝛiū vel coxā dislocari ꝛ si nō reducit' velocit': s₃ tardat' ei⁹ additio: tūc dixit. Aui. nō crescit post illud in longitudine. s. adiutoꝛiū vel coxa: sed remanet cubitus: aut pes ꝑuus: q̄₃uis rectificet'. i. reducat' dislocatū. s. post lōgū t̄ps: qm̄. s. multū debilitata fuerint adiutoꝛiū vel coxa: ꝛ cā nō crescētie est opilatio viaruȝ nutrimēti ꝓcedēs ab osse: ꝛ alijs ꝑtibus q̄ sunt extra locuȝ suū: ꝛ opilat: q̄re nō pōt trāsire nutrimentū qđ sufficiat ad augmētū: ꝛ de causis ēt nō crescētie est debilitas v̄tutis nutritiue in ipsis mēbꝛis ꝓcedēs ex resolōne caloꝛis nālis sequēte ad doloꝛē loci: ꝛ ex suffocatione eius sub materijs q̄ ad illa mēbꝛa trāsmittunt' ꝛ fluūt ꝛ subdit Aui. ꝛ qñq₃ nō recipit ꝓculdubio in q̄busdā eoꝝ. s. ista dislocatio reductionē: imo remanet. s. puer bꝛeuis: cōminutus. i. bꝛeue ꝛ tenue hñs illud mēbꝛū: ꝛ hoc erit in eis in q̄bus pixis lōgitudie t̄pis replet'. ꝛ applanat': ꝛ in q̄bus ꝑtes ille inflant' ꝛ indurant'. Et subdit. in plibus ēt eoꝝ recipit reductionē. s. i eis in q̄bus nō erūt p̄dicte cāe ip̄ediētes reductionē: ꝛ fit hōe dispōnis in plibus eoꝝ. s. ad motus iūcture h⁹: s₃ tñ erit h₃ dispositioneȝ bꝛeue simile pedi mustelle. s. in bꝛeuitate sua.

Signoꝝ aūt q̄dā significāt dislocationē nō verā ossis spatule: ꝛ q̄dā significāt dislocationē adiutoꝛij ad inferioꝛa: ꝛ q̄dā significāt dislocationē rostri coꝛui: ꝛ q̄dā significant dislocationē a cā intrinseca ꝓueniētē: ꝛ q̄dā dislocationē integrā ꝛ q̄dā nō integrā. Dixit tñ. A. ꝙ in dislocatiōe spatule ambigit'. ꝛ hoc iō q2 nō sunt signa v̄e distiguētia it' dislocationē spatule: ꝛ dislocationē adiutoꝛij. dicūt tñ ꝙ signū ꝓpꝛiū dislocatiōis nō v̄e spatule pꝛeter ꝙ adiutoꝛiū sit dislocatū est ꝙ spatula eleuat' ꝛ v' fieri magis extra ꝛ magis supꝛa. ꝛ hoc significauit Aui. cū dixit. ꝙ magnificat'. apparet. n. magnificari: q2 eius eleuatio est maioꝛ ꝛ minoꝛ: ēt eius exitus est v̄sus exterius. supplēt: ꝛ sil'r ambigit' in dislocatione adiutoꝛij. ꝛ h̄ ambiguitas est in hoc q2 nō cito scit' certe q̄ ꝑs sit extra locū suū: an spatula: an adiutoꝛiū: an rostrū coꝛui. ꝛ hoc iō q2 q̄dā signoꝝ sunt cōia dislocationibus: q̄ cū apparent reddūt medicum dubiū in iudicādo qđ illoꝝ ossiū sit extra locū suū: ꝛ iō nō d₃ ꝑ illa statim certā ꝛ firmā sñiam ferre: s₃ d₃ sñiaȝ tenere suspensam donec ꝓpꝛia ꝑquirat signa ꝑ q̄ possit affirmare qđ illoꝝ ossiū dislocatū est. ꝛ Raſ. dixit. 15. ↄti. ꝙ medici rōnales pñt hoc signū cōp̄hendere celeriter: qm̄ ea celeriter capiunt ex nā eoꝝ neq₃ indigent extimatione sub dubio. ¶ Pꝛimū de signis cōibus ponit' ↄcauitas inuēta in hūero: de qua dixit Gal. p̄ catrion. vt ponit' loco dicto. ꝙ infirmitas ꝛ cōcauitas fcā in amphoꝛa spatule dat significationem dislocationis adiutoꝛij ꝛ vitu ossis parui qđ appellat' spatule: ꝛ ip̄m est rostrū coꝛui. ¶ Dixit Aui. q̄re v' ↄcauitas apud caput humeri p̄ter solitū ꝛ infirmatio est signum dislocationis humeri alia l'ra h₃ infirmatio. i. debilitas ad mot⁹. sed pꝛia l'ra est melioꝛ: ꝛ ↄcoꝛdat cū l'ra Gal. dcā. ꝛ de debilitate ad motus ponet' in alio signo. Et subdit. A. hoc signū nō est ꝓpꝛiū illi dislocationi: imo est iteꝝ ꝑ ↄuersionē. i. sep̄ationē de loco suo capitis spatule. i. rostri in vtriusq₃. n. sep̄atione de loco suo apparet ↄcauitas: q2 loc⁹ a quo secessit os remanet vacu⁹. Et q̄dā hoc signū extēdūt ēt ad dislocationē veꝝ ossis spatule. nā qñ eleuat' supi⁹ remanet sub eo vacuitas ꝛ ↄcauitas. Et foꝛtasse hoc ēt significauit Aui. cuȝ dixit. imo est etiā ꝓpter conuersionē capitis spatule. ¶ 2^m signū cōe est. dixit. Gal. ꝙ tu debes inspicere i capite spatule sane. ꝛ cognoscere modum eleuationis ipsius: deinde rōcinare modū membꝛi dolentis. i. dislocati: iuxta modū illius. s. spatule sane. ꝛ si inuenitur. s. spatula egra extra modum naturalem: ꝙ. s. sit magis depꝛessa q̄₃ sana. humerus enim sanus semꝑ est eminentioꝛ dislocato. per hoc tunc cognitio habet' suꝑ dislocationē: sed per ip̄m non fit certitudo: an sit dislocatio adiutoꝛij: an rostrum coꝛui: qm̄ in vtraq₃ ap̄pet eminentia in sano maioꝛ: ꝛ hoc h₃ veritatē si nō fuerit lesio in vtroq₃ humero: sed si fuerit aliter v̄e ꝛ nō solū apparēter sanus. ꝛ hoc signo dixit Auic. dicitur extremitas humeri alteri⁹. s. non dissoluti altioꝛ hac extremitate: ꝛ hoc si nō acciderit ei iterū separatio in seipso scil₃ adiutoꝛio eius: aut in osse qđ est caput eius. s. rostri coꝛui per offensionem. i. obuiationē ad aliqđ durū: aut per aliū vt per percussionem. ꝛ sic oēs auctoꝛes volunt ꝙ non solum in dislocatione huius iuncture: sed ēt in qualibet alia: qñ fit cōparatio dislocate ad aliā op₃ ꝙ illa alia sit sana nō dislocata: nec qūolibet aliter male cōpositionis siue figure. Et docuit Aui. in hoc euitare erroꝛē qui posset cōtingere: ꝛ est ꝙ qñ in humero qui apparet sanus est dislocatuȝ rostrū coꝛui: ꝛ qñ medicus q̄rit humeꝝ istū ꝓcedit cū manu cōpꝛimēdo. ꝛ qñq₃ sedat' cū curatiōe, i. cū cōp̄ssiōe ista q̄ est curatio eius lesio oci rostri coꝛui extimat medicinas per illud qđ non sit ibi lesio cum tñ sit: ꝛ ꝑ hoc male iudicat de humero dislocato vel alt'r: ꝛ melius. Aui. voluit ondere qđ aliqñ fit dislocatio rostri coꝛui simul cum adiutoꝛij dislocatione: vel sine illa ꝛ non perpenditur aliqñ a medico: ꝛ hoc ideo: q2 sedatur cum compꝛessione facta a medico cuȝ querit inuenire dislocationem. nam illa compꝛessio reducit rostrum coꝛui ad locum suum. ¶ Signū aūt ꝓpꝛium dislocationis adiutoꝛij integre est dixit. G. cuȝ caput adiutoꝛij efficiet' subiacens ascelle. maioꝛ. n. significatio ꝛ leuioꝛ suꝑ dislocationē adiutoꝛij habet' ꝑ cognitionē ꝛ inuentionem eminentie rotunde solide in ascella: qm̄ impossile est ꝙ illa fiat absq₃ dislocatione capitis adiutoꝛij ꝛ descēsione ei⁹ facta ad locū ascelle. Et notāter dixit ꝙ eminētia d₃ esse rotū

Facilius fit dislocatio hūeri in macilētis ꝙ ipiguib⁹ ecōuerso ipiguibus.

Iūctu[ra] humer[i] pt trip[li]citer [dis]locari.

Signum ꝓpriū dislocatiōis adiutoꝛij integre.

da solida.i.dura ꝛ firma:qm̄ qn̄qꝫ fit eminētia apatū i ascel
la:sꝫ aut nō erit rotūda:aut nō erit solida dura:ꝛ scrophula
nō erit firma.de hoc signo dixit.A.vr̄ capitis adiutorij dis/
locatio eminētia plīma in pte ascelle:ꝛ iō statiꝫ qn̄ medicus
suspicat̄ de dislocatōe adiutorij dꝫ ipōere digitos suos sub
titilico ꝛ q̄rere an iueniat eminētiā ibi mō dcō an nō. naꝫ si
dislocatū fuerit repiet ad tactū ibi eminētiā in magnitudie
parue pile vel oui ad iferiora descēdētē.ꝛ hoc qdē ē signuꝫ
qō sepat dislocationē a dislocatōe ossis spatule rostri corui.

Signa cōmunia dislocationi itegre ꝛ nō integre.

¶ Signoꝝ āt cōiū dislocatōi adiutorij integre ꝛ nō itegre.
Primū dixit Gal.vbi.s.ꝙ nō pōt ad iuuamētū appropinq̄
re costis:nisi cū dolore vehemēti.¶ Dixit hal.h⁹ man⁹ dis
locate cubit⁹ a costis remotus est:vt cū illū costis appropi/
quare volueris nō possis nisi cū difficultate ꝛ graui patien
tis dolore.Et.A.dixit.vr̄ caput adiutorij nō bn̄ ānexū late
ri.s.suo bonitate ānexionis man⁹ sane.i.sicut ānectit̄ man⁹
sana ad lat⁹ suū.¶ 2m signū cōe dislocatiōis adiutorij itegre
ꝛ nō integre.dixit Gal.est ꝙ nō poterit man⁹ eleuari ad ca/
put fꝫ rectitudinē ad ptē auris:nec tāgere eā sicut pōt cum
manu sana:ꝛ reddēs cām dixit.ꝙ qn̄ nos leuam⁹ man⁹ ad
caput egredit̄ caput adiuuamenti ex toto a pixide spatule.
Cū ḡ est egressū ab eo siue integre siue nō itegre:nō pt rein/
gredi nisi reducat̄ ꝑus:ꝛ iō man⁹ nō pt eleuari ad superi⁹.
Dixit.A.si desiderat eleuare manū suā ad supiora:ꝛ tāge/
re aurē suā nō ꝑpat̄ ei.¶ 3m signū cōe eis ambabus est dixit
Gal.ꝙ nō pt euenire adiuuamētū in oib⁹ eis motib⁹ cōsue/
tis.ꝛ.A.dixit.ꝙ oēs alij mot⁹ adiutorio ꝯsueti fiūt:ꝛ diffi/
ciles.¶ Uerūtn̄ in trib⁹ dictis signis nō est ꝯfidenduꝫ:ꝛ ꝑ

Significatio ex motu est fallax in cognitione dislocationis.

ea nō iudicet̄ de dislocatiōe adiutorij integra vel nō integra
qm̄ pn̄t ex alijs causis ꝓuenire:ꝛ nō ex dislocatiōe. Ait.n.
Gal.vbi supra.minor significatio h⁹ dislocatiōis sup. ꝛ nō
solū h⁹:sꝫ cuiuscūqꝫ alteri⁹ iūcture est illa q̄ inuenit̄ in mo/
tib⁹.s.in potētia vl̄ debilitate ipsoꝝ motuū:qm̄ accidit hoi
ꝙ nō pt eleuare adiutoriū ad caput sursuꝫ.sup. neqꝫ costis
adherere illud:neqꝫ alios mot⁹ ꝯsuetos exercere quotiens
accidit musculo q est ibi.s.hn̄ti mouere iūcturā hūeri:quo/
quo motu distēso:aut tetan⁹:aut apā:ꝛ quotiēs ꝯterit̄ aut
incidit̄ in fūdo musculi aliq̄ pticula neruosa ꝯtenta in eo:ꝛ
Alb.fortasse accidit qbusdā hoib⁹ ꝑcussio:aut casus:ꝛ apa
tur humer⁹ apate calido:ꝛ putat̄ ꝑꝑ illud ꝙ dislocatus sit
s.qr nō pōt in solitos mot⁹.ꝛ.A.dixit.ista signa iterū qn̄qꝫ
accidūt ꝑꝑ torsionē:aut apā:aut ꝑcussionē: quaꝑꝑ oꝫ vt me
dicus cū viderit p̄dicta signa:vt dixit Alb.expiat̄ ꝛ ingrat
diligēter doec stet sup certitudinē:an illud sit ꝑꝑ dislocatio/
nē:an ꝑꝑ apā.sup.an ꝑꝑ aliū morbū:ꝛ nō subito ꝑ illa iudi/
cet:ꝙ hec ē dislocatio sic icauti medici iudicāt.¶ Et ꝑ hec
ēt signa qn̄ ꝓcedūt ex dislocatōe adiutorij:ꝛ n̄ ex alijs mor
bis distiguit̄ dislocatio ipi⁹ a dislocatōe ossis spatule ꝛ ro/
stri corui:qm̄ dixit Gal.i eo i q̄ ē dislocatū os spatule aut ca
put ei⁹.s.rostrū corui remouebit̄ adiuuamētū ei⁹ a costis:
nꝫ difficil̄ erit eleuatio man⁹ ei⁹ ad caput. ꝛ circuitio ipsius
fm alios mot⁹.oia.tn̄ p̄dcā signa in dislocatōe adiutorii ad
īferi⁹ nō itegra erūt miora:qr cū miori difficultate adhēbit
adiuuam costis:ꝛ man⁹ eleuabit̄:ꝛ alios mot⁹ faciet.minor
ēt erit ꝯcauitas i hūero:ꝛ mior erit ei⁹ difficultas ab hūero
sano:ꝛ minor eminētia iueniet̄ in subascella:ꝛ min⁹ ad ife/

Signa dislocatiōis hūeri ad latera.

riora descēdēs.¶ De signis āt dislocatiōis ad latera itegre
vel nō integre.Dixit Alb.si dislocat̄ v̄sus pect⁹ aut sursū.s.
q̄tū ad os spatule sup.aut ad ptē siluestrē:tūc tu iuenis ma
nifestū tactū.s.inuenis eā māifestet̄ ꝑ tactū:ꝛ nō occultat̄
tāgēti.Et.A.dixit.eger nō pt sine labore vehemēti adherē
manū egrā ad sanā sicut pt tpe sanitatis. ꝛ si dislocatio fue/
rit ꝯpleta nō poterit manū egrā ad sanā adherere q̄tūcūqꝫ
laboret.ꝛ hoc dislocatio cū fuerit integra nō forte possibile
est in īfantib⁹ vt equet̄ caput adiutorij eoꝝ.s.restituat̄ sine
magna difficultate nō integra:aut in infantib⁹:ꝛ ēt in alijs:
dūmō recēs sit:vt dicūt qdā.reducit̄ celerit̄:ꝛ sine labore.si
gnū āt ꝙ dislocatio adiutorij ꝓcesserit a cā intriseca remol/
liēte ligam̄ta ē.dixit.Harō.vt pōit̄.15.ꝯti.si nō dolet iuua/
mētū dislocatū q̄tiēs tāgit̄.s.dolore notabili:ꝛ inuenit̄ lene
ꝛ molle:ꝛ ampli⁹ hūiditas in eo erit q̄ remolliuit: ꝛ fec̄ ipꝫ
egredi de loco suo:ꝛ ꝯfirmat̄ ista significatio si nō p̄cesserit
dislocationē aliq̄ cā ꝑmitiua:ꝛ tale adiuuamētū erit facilis
restōnis:sꝫ nō diu morat̄:qn ēt egrediat̄ ꝛ disloceт̄. Si v̄o
dixit Harō.adiuuamētū fuerit siccū duꝝ:ꝛ solidū difficilis
restōnis erit sup.sꝫ tn̄ restitutū nō postea egrediet̄ a suo lo/
co nisi a magna cā.¶ Pro ꝯsideratiōe dcōꝝ signoꝝ notādū

Primus modus reductionis humeri.

est exēplū:qō adduxit Ras.15.ꝯti.inqt cog̃sco viꝝ in q̄ se/
paratū ē os spatule de loco suo.deinde p⁹ tps lōgū disloca/
tū ē fm accidēs adiuuamētū ei⁹ de māu altera ipsi⁹.cūqꝫ vi
deret illū chirurgic⁹ in vtraqꝫ amphora vtriusqꝫ spatule eē
eq̄lē iudicauit ꝙ articul⁹ iuuamēti nullū vitiū ē secut⁹:sꝫ ꝙ
illud accn̄s erat ex ꝯtusiōe:ꝛ eo ꝙ dolor erat vngebat in eo
mēbrū cū oleo abūdāti ponēdo cū pila ꝛ p⁹ exitū ponebat
sup illud lanā infusā in ceroto liq̃do faciēdo eū iacere ꝛ vti
ocio.q̊ pacto cū dormisset vocat⁹ ad eū vidi locū eleuatiorē
eē in spatula ei⁹ q̄ dolebat:ꝛ vidi locū spatule in q̊ fcā erat i
spatula patiēte:ꝛ vid ꝙ iflatio spatule patientis augebat̄:
tūc inq̃siui spatulā quā extimabāt eē sanā cū studio magno
ꝛ vidi ꝙ os spatule ipsi⁹ sepatū fuerit ad supi⁹ ꝛ auxiliū su/
scepi de eo ꝙ pauca erat vtilitas in cura fcā ei ꝛ imponēdo
digitos ascelle ipsi⁹ spatule inflate tetigi ꝙ caput adiutorij
erat māifestū in ea:ꝛ ita toto studio posui digitos alteri as/
celle:ꝛ nō iueni ibi eminētiā.s.illi q̄ inuēta erat in illa:ꝛ di/
xi tūc ꝙ adiuuamētū erat dislocatū.ipe v̄o chirurgic⁹ qr ne
sciebat ꝙ cap̄ spatule erat sepatū d̄ māu alia mēsurabat spa
tulā dolētē admodū illi⁹ q̄ extimabat̄ eē sana:vn̄ dixi ei iter
roga iā patiētē si i p̄terito tpe ꝯtusionē sup cap̄ spatule ma/
n⁹ alti⁹ hūit:ꝛ ꝯfess⁹ ē p⁹ recordationē ꝙ ipe ceciderat d̄ iu
uamēto sup ipꝫ locū:ꝛ mitigat⁹ fuit ei dolor ꝑ lanā ifusā i olo

Cura dislocationis humeri.

Circa curā dislocatiōis hūeri siue integre siue nō:oꝫ ꝯsi
derare ꝑ̊ an ipa sit recēs an antiq̄.ꝛ 2° an sit in cor
porib⁹ lenib⁹ sic infantib⁹ pueris ꝛ mulierib⁹ ꝛ eunuchis:
ꝛ silib⁹:an corporib⁹ duris ꝛ si silr̄:an sit in macilētis:an in
pinguib⁹.nā q̄ fuerit recēs in qbuscūqꝫ corpib⁹: ꝛ q̄ fuerit
in corpib⁹ mollib⁹ aut in macilētis ē facil̄ reductiōis.q̄ v̄o ē
antiq̄ ꝛ in corporib⁹ mollib⁹ difficilis ē cū latitudie magna
in q̄ vna difficilioris curatiōis ē altera fm potētiā causarū
difficultātiū reductionē ossis dislocati.¶ Dixit Gal. vt po
nit̄.15.ꝯti.si accidat hmōi dislocatio in pueris:aut infātib⁹
ꝑuulis ꝛ hūidi corpis:ꝛ extēsis adiuuamētū ei⁹ occupādo
ascellā ei⁹ cū aliq̄ instr̄o:aut cū manu ꝯstrictis ꝛ occupatis
ipsi⁹ man⁹ digitis in pugnū ꝛ ipellis ꝑ articulū mem medij
digiti ipsi⁹ man⁹ ad modū ꝑcussiōis cū eo ingenio igrediet̄
articulus.s.adiutoriū ad locū suū: ꝛ iste mod⁹ reductionis
pōt.vt posuit.A.fieri duplr.vno mō cū duab⁹ manib⁹:cuꝫ
q̄rū vna medic⁹ eleuet brachiū ad supiora:deide manū aliā
iponat ascelle:ꝛ ipellat cū ea cap̄ adiutorij supi⁹ ad locū suū
ꝛ dū cū hac manu ipellit ip̄ m cū altera māu q̄ brachiū ere

Secūdus modus.

xit trahat adiutoriū inferi⁹ sic enim cū vna manu trahēdo
adiutoriū inferi⁹:ꝛ cū altera ipellēdo cap̄ adiutorii de sub
ascella ad supi⁹ redibit facile ad suū locū:ꝛ cū hūc modū sic
tetigit.A.extēdat̄ cū manu ꝛ intromittat̄ sub titilico apō
ꝓpinq̄tatē capitis adiutorij:deīde teneat illā ꝓpinq̄tatē:ꝛ
ipellat eū ad supiora:ꝛ man⁹ alt̄a extēdat adiutoriū ad ife/
riora.alio mō pt fieri cū vna sola māu:sꝫ tn̄ n̄ facile adiplet̄
nisi fortasse i infātib⁹ ꝛ valde mollib⁹ fortasse.n.dixit.A.ē

Tertius modus.

possibile i ifātib⁹ vt equet̄ cap̄ adiutorij cū digito medio.s.
vni⁹ man⁹ posito subascella ipigēdo cū cuspide ipsi⁹ medij
digiti adiutorij cap̄ ad supi⁹ ꝛ extēdēdo.s.adiutoriū ad infe
ri⁹ cū illa eadē māu:q̄ extēsio fit mediātib⁹ pollice ꝛ indice.
¶ Alb.q̄ꝫ tetigit aliū modū q fit mediāte adiutorio mini/
stri:ꝛ ait.reductio ei⁹ ē vt euellat.i.eleuet minister manū in
firmi ad supiora:deinde pōe tu pollices tuos sub titilico ei⁹

⁊ eleua iũcturã.i.adiutoꝛiũ cũ foꝛtitudie ad sursũ ad locũ eiꝰ ⁊ tũc mīster euellat ⁊ extẽdat manũ eiꝰ ad sursũ: ⁊ deide extẽdat ⁊ põat eã iferius: qm̃ sic redit facilr̃ velocit̃. Et coꝛrñdẽt hi tres mõi reductõis tribꝰ g̃dibꝰ reductõis focilr̃. nã p̃tiꝰ modꝰ ↄpetit ei q̃ iter faciles ẽ minꝰ facilr̃. ⁊ 2ꝰ ↄpetit ei q̃ ẽ facilioꝛ ceteris. ⁊ p̄mꝰ ↄpetit ei q̃ iter p̄dictas ẽ meª. Et silr̃ reductiõi hꝰ iũcture difficili penes diũsos gradꝰ siue difficultatis diũsi modi curationis seu reductionis ipsi coꝛrñdent.

Primus modus reductionis humeri.

¶ Et p̄mꝰ ⁊ facilioꝛ eoꝝ ẽ vt ↄsideret̃ an talis dislocatio sit recẽs: an cronica: ⁊ si qdẽ cronica fuerit vt ex q̃ accidit dislocatio sint dies multi: sicut dixit Alb. tũc dixit Gal. ⁊ põit̃. vbi supꝛa. balneatõe vtat̃ patiẽs: ⁊ embꝛocatõe abũdãti cũ aq̃ calida: aut decoctiõis radicis altee fenugreci: mellilotí: vt dixit Alb. ⁊ qdã apponũt pꝰ embꝛocationẽ emplr̃m mollificatiuũ sup eo. si v̄o nõ fuerit cronica: ꝫ recens difficilr̃ tñ ꝓp duritiẽ: aut piguedinẽ coꝛpis in q̃ ẽ tũc nõ eget̃ balneatiõe: ⁊ mollificatõe p̄dcã: ꝫ fcã mollificatiõe i cronica: ⁊ i recẽti q̃ p̄dcã si iudicauerit eã foꝛe nec̃iã rõnabilr̃ medicus: aut nõ fcã si nõ fuerit nec̃ia: tũc dixit Ga. iaceat ifirmus sup pedẽ suũ: ⁊ supponat medicꝰ ascelle eiꝰ dislocate pallotulã siue pilã de lana plenã bñ: vt bñ sit solida ⁊ dura vt nõ cedat cõpꝛessiõi sup eã fiẽde ⁊ sit coopta lana eius coꝛio aut pãno. ⁊ dixit Ga. sit eq̃lis modi vel in q̃litate: qꝛ lenis nõ aspa: ⁊ i q̃ꝫtitate: qꝛ neq̃ꝫ nimis magna neq̃ꝫ nimis ꝑua: ꝫ tãta vt decẽter coꝛrñdeat q̃ꝫtitati ascelle cui suppõit̃. dꝫ ẽt eẽ mediũ modi in duritie: ⁊ mollitie: vt dixit Alb. Et dixit. A. ista sit pila sicca si nõ fuerit i ascella ap̄a: ⁊ inũcta si fuerit i loco ap̄a: nõ intelligẽs de ap̄ate magno: ⁊ vehementer doloꝛoso: qd̃ diuerteret ad securã. nã si tale ap̄a fuerit ↄiũctũ cũ dislocatiõe reductio eius nõ dꝫ fieri nisi illo ap̄ate p̄us sedato: vt supꝛa patuit: ꝫ intellexit de ap̄ate ꝑuo pauci doloꝛis: siue de q̃dã inflatõe loci cũ q̃dã mala ↄplr̃one: q̃ frequẽter in dislocationibꝰ euenire solet: dꝫ inũctio pile fieri cũ aliq̃ ceroto adipe oleo illi ap̄ati cõueniẽti: pila tñ sicca magis adheret ⁊ firmius tenet̃ i n loco q̃ꝫ inũcta si tñ ibi esset ap̄a lederet locum aspitate sua ⁊ doloꝛẽ inferret: et pila iposita dixit Ga. sedeat chirurgicus coꝛã eo et declinet aliq̃lr̃ ad ꝑtẽ dolẽtẽ ponendo calcaneũ ipsius sup pollotulã: et extendat manibus suis adiuuamẽtũ dolẽs ad eũ: ⁊ ad ꝑtẽ pedis. s. egri: ⁊ ↄstringat calcaneũ cũ ascella: pꝛiꝰ tñ q̃ꝫ ↄstrīgat calcaneũ sedeat aliqs minister secꝰ cap̄ patiẽtis ad ipellẽdũ cap̄ ad ꝑtẽ diuersaꝫ. i. v̄sus ꝑtẽ sanã ne declinet cap̄ ad ꝑtẽ ad quã extẽdit chyrurgicus. teneat eniꝫ dixit Albu. cap̄ egri firmũ vt nõ moueat̃ ad iferioꝛa: qꝛ si moueret̃ ipediret̃ debita ↄpꝛessio calcanei: ⁊ nõ rediret adiutoꝛiũ ad locũ suũ. Et dixit. A. ꝙ restauratoꝛ foꝛtit̃ trahat manũ ifirmi: ac si vellet eradicare eã ex spatula: ⁊ in trahẽdo declinet manũ aliqualr̃ ad interioꝛa siue ad añrioꝛa v̄sus pectꝰ. nãq̃ꝫ sic faciẽdo adiutoꝛiũ redit statim in locũ suũ. voluit ẽt. A. ꝙ hic modꝰ reductiõis ẽt possit fieri aliqñ solo calcaneo iposito sub ascella absq̃ꝫ pila. ⁊ h̄ h̄ret locũ qñ reductio nõ esset multũ difficilr̃.

Cura dislocationis humeri.

Secundus modus.

¶ Oꝛ si ꝑ p̄mũ modũ dictũ adiutoꝛiũ nõ redeat in locũ suũ tũc deueniẽduꝫ est ad 2ᵐ aut ẽ ab h̄ 2º mõ icipiẽdũ si coguerit medicꝰ a p̄nº difficultatẽ reductiõis magnã foꝛe. Et iste scõs modus ꝫm Haly. ⁊. A. est vt q̃rat̃ vir foꝛtis lõgꝰ lõgioꝛ ifirmo q̃ ↄnuẽto fiat vt ipse itromittat hũeꝝ suũ sub ascella ifirmi dislocata: ⁊ eleuet infirmũ a terra suspẽsũ ab hũero suo: ⁊ iã extendat manũ egrã ad vẽtrẽ ipsius: vt i tali suspẽsione ex grauitate coꝛpis ifirmi supꝛa hũeꝝ viri illiꝰ hũeris eiꝰ ipiget adiutoriũ egri in locũ suũ. ꝙ si ifirmꝰ fuerit leuis põderis cꝰ coꝛpꝰ nõ grauet sup manũ. i. hũeꝝ eius viri tũc dixit. A. suspẽdat̃ egro ꝙ grauet ip̄m cũ eo: qꝛ si nõ grauaret nõ posset hũerꝰ illius ipigere adiutoꝛiũ in locũ suũ.

Tertius modus.

¶ 3ꝰ modꝰ est silis p̄dcõ: ⁊ silr̃ ↄferẽs: ⁊ nõ differt a 2º nisi ꝙ vbi in 2º mõ accipit̃ vir in isto mõ accipit̃ ligͫ tãte lõgitudis ꝙ suspẽdat ifirmũ a terra: ⁊ põit̃ ab Alb. ⁊. A. ⁊ dixert. figat̃ ligͫ in terra lõgũ: cꝰ cap̄ sit rotũdũ in figura sic mãicha moꝛtariȷ̃. i. sicut pistellũ qd̃ nõ sit grossũ neq̃ꝫ subtile deinde põat̃ hoc ligͫ sub infirmo. s. sub ascella dislocata: ⁊ hoc postq̃ꝫ ponũt̃ sup caput ligni pãni lenes vt nõ ledat ligͫ carnẽ ascelle infirmi: ⁊ inferius sit stãs. s. erectꝰ ꝫ lõgitudinẽ ligni: ⁊ suspẽdat̃ ifirmꝰ cũ eo a terra: vt stet i oꝑone loco viri lõgioꝛis: ⁊ cũ suspẽsus fuerit extẽdat̃ manꝰ eius ad iferioꝛa a ꝑte altera: ⁊ extẽdat̃ coꝛpꝰ eiꝰ ab altera ꝑte cũ foꝛtitudie. Et dixit. A. grauet medicus viꝝ. s. ifirͫ si nec̃iũ erit ei cũ põdere aliq̃. nã sic agẽdo iũctura ad locũ suũ redibit cũ velocitate.

Quartus modus.

¶ Quartꝰ aũt modus ponit̃ ab Alb. ⁊. A. ⁊ est ↄueniẽs qñ p̄dicti modi non sufficiũt ꝓp maioꝛẽ difficultatẽ in reductiõe dislocatiõis. vñ dixit. A. ꝙ qñ fit ꝑauũ. i. difficile valde reducere eã: ⁊ ꝓlõgat̃ tp̄s. s. in appꝛoximatiõe p̄moꝝ modoꝝ: ⁊ nõ ↄtulerũt: vel ꝓlõgatũ. s. ꝓlõgatũ ẽ tp̄s. s. q̃ fuit fcã dislocatio: ⁊ ꝓp diuturnitatẽ eis fit difficile: vt dcm̃ ẽ reducere ip̄aꝫ supple: aut ꝑ alias cãs difficultãtes reductionẽ: ⁊ maxie ꝓp multã carnẽ: ⁊ piguedinẽ tũc foꝛtasse dixit ipse idiges eo ꝙ ẽ foꝛtiꝰ. s. q̃ꝫ ea q̃ dcã sũt in tribꝰ modis p̄dictis: q̃ vtẽdũ ẽ pꝰ embꝛocatiões: ⁊ balneatiões. s. remolliẽtes duritiẽ i loco acq̄sitã aut ex lõga moꝛa adiutoꝛiȷ̃ ex̃ locũ suũ: ⁊ lõga fixione eiꝰ i loco nõ suo icuneatȷ̃ ↄdẽsatȷ̃ ⁊ iduratis. Et dixit. A. foꝛtasse ex q̃dã suo mõ loquẽdi ⁊ nõ vt inuat dubitationẽ: qm̃ i dcis casibus hoc sempꝫ ẽ nec̃iũ ⁊ modꝰ iste ẽ: qm̃ nec̃iũ ẽ istr̃ ꝫ silr̃ manubꝛio sarculi: ⁊ ẽ v̄ga bꝛeuis: cꝰ lõgitudo sit lõgitudo adiutoꝛiȷ̃: aut plꝰ: aut minꝰ: vt dixit Haly. ⁊ Alb. dꝫ eẽ lignũ: cꝰ lõgitudo sit duoꝝ bꝛachioꝝ ⁊ eiꝰ latitudo q̃ꝫtitas q̃ttuoꝛ digitoꝝ: cui sit cap̄ rotũdũ vt alleuiet̃ itroitꝰ eiꝰ i ꝓfũdũ titilici deide liget̃ sup cap̄ eiꝰ pãni lenes vt nõ ledat lignũ ifirmũ A. dixit. ꝙ sit sp̄a siue pila sup cap̄ eiꝰ: tõbẽt g̃ illi pãni reduci i modũ pile. deide ponat̃ sub titilico ifirmi: ⁊ extẽdat̃ manus aut bꝛachiũ sup lignũ vsq̃ꝫ ad iferioꝛa. ⁊ dixit. A. ipleat̃ cũ eo sp̄a. i. pila posita sub ascella: ⁊ cũ volũtas ẽ vt fiat reductio: tũc dꝫ vt ãnectat̃. s. illi ligno vir foꝛtis. s. vnꝰ aut duo: si nõ fuerit p̄ñs foꝛtȷ̃ vir: ⁊ ipellat siue extẽdat ip̄m ad supꝛioꝛa: ⁊ dꝫ ista ipulsio ad supꝛioꝛa ita eẽ violẽta dõec resistat restauratoꝛi extẽdẽti manũ eiꝰ. s. trahẽti eã ad iferioꝛa q̃ꝫtũ põt: ⁊ tũc qñ reductio fit ꝑ ipulsionẽ ligni a viro foꝛti: ⁊ ꝑ tractionẽ manꝰ ad iferioꝛa ꝑ medicũ restaurãtẽ dꝫ ꝙ teneat vir aliꝰ hũeꝝ ifirmi alteꝝ firmit̃ ↄpꝛimẽdo ad iferiꝰ vt nõ sepet̃ subito. s. eger p̄ doloꝛe: vt ñ possit fieri ex sepatiõe foꝛtis ipulsio: ⁊ cũ hac ẽt retẽtiõe humeri ⁊ ipulsiõe ad iferioꝛa iuuat̃ vir foꝛtis ad ipellẽdũ lignũ ad supꝛioꝛa: iuuat̃ ẽt ꝑ h̄ restauratoꝛ q trahit manũ ad iferioꝛa: qm̃ dꝫ trahẽ eã tã foꝛtit̃ ⁊ violẽter: ac si de volũtate eiꝰ sit vt separet eã a spatula eradicãdo. q. d. dꝫ trahere eã iferiꝰ cũ q̃ꝫta violẽtia p̄t: ⁊ ista tractio manꝰ ad iferioꝛa dꝫ parũꝑ d̃cliare ad añrioꝛa: v̄sus ventrẽ: sic fuit dcm̃ 2º mõ. ⁊ h̄ iõ qꝛ sitꝰ nãlr̃ adiutoꝛiȷ̃ ẽ parũꝑ declinãs plꝰ ad añterioꝛa q̃ꝫ ad posterioꝛa sic. n. faciẽdo adiutoꝛiũ cadit in iũcturã suã. ¶ Oꝛ si nõ h̄eat̃ vir foꝛtis ipellẽs tũc fiat: sic dixit Alb. s. vt fcã extẽsiõe bꝛachiȷ̃ sup ligno liget̃ lignũ sup adiutoꝛio. i. bꝛachio: ⁊ extremitate manꝰ: ⁊ sic in tribꝰ locis: deide põat̃ bꝛachiũ sic ligatũ cũ ligno sup gradũ scale ꝑ latitudinẽ ⁊ extẽdat̃ manꝰ ad iferioꝛa: ⁊ dimittat̃ reliquũ coꝛpꝰ suspẽsuꝫ a ꝑte altera ꝑ eretcionẽ scale. iũctura. n. tũc igredit̃ stati. Hũc ẽt modũ vel silẽꝫ reductiõis adiutoꝛiȷ̃ cũ scala. tetigit. A. ⁊ dixit. cũ qñq̃ꝫ medicat̃ cum scala ita vt põat̃ cap̄ adiutoꝛiȷ̃. s. qd̃ descendit sub titilico sup g̃dũ scale postq̃ꝫ g̃dꝰ iste lenificatꝰ ẽ ⁊ p̄paratꝰ cũ iuolutiõibꝰ. s. pãnorũ vel cooptoꝛioꝝ leuiũ vt nõ aspet g̃dꝰ ifirmũ: ⁊ fiat talis p̄paratio g̃dꝰ ꝫ foꝛmã ↄueniẽtẽ: qꝛ sic ꝙ remaneat gradꝰ mere rotũdꝰ ⁊ posito capite adiutoꝛiȷ̃ sup gradũ scale p̄paratũ ex vno latẽ scale suspẽdat̃ vir. s. ip̄e eger ꝑ erectionẽ scale: ita ꝙ nõ attigat adt̃ rã: ⁊ ex aº latẽ trahat̃ manꝰ ad iferiora cũ foꝛtitudie: qm̃ itrahit adiutoꝛiũ in locũ suũ: veꝝ tñ dixit. A. dꝫ ꝙ sit suspẽsio ⁊ g̃dus scale ꝓpe cap̄ adiutoꝛiȷ̃ imo directe sub eo q̃ꝫtũ poẽ fuerit: ⁊ h̄ vt ꝑ g̃dũ bõa fiat ipulsio eius ⁊ nõ frãgat̃ adiutoꝛiũ in suspẽsiõe. ⁊ tractiõe manus si

ꝫ aliã ꝑtẽ eius ꝗꝫ ꝫ caput fuerit positũ ſuꝑ gͣdũ: et fortaſſe
ꝑꝑ hãc cãm Alb. docuit ligare brachiũ ad ligᵐ: vt patuit in
ꝑcedẽti mõ. A. ãt ad euitãdũ hoc ꝙ nõ frãgatᷣ. dixit fortaſſe
poſitũ ẽ loco gradꝰ ſcale i loco vbi dꝫ põi ſb capite adiutorij
i. põi ⁊ ligari res glomerata ſpica. ſ. pila fcã de lana pãno vlᷣ
corio: vt. s. dcm̃ ẽ. ꝗ pila ſit firmitᷣ ligata ⁊ nõ moueatᷣ de lo
co ſuo qð iõ põitᷣ vt ea mediãte fiat ĩpulſio a gradu ſcale: ⁊
vt nõ imediate gradꝰ ſcale: lꝫ ꝑꝑatꝰ ſit attigat ad cap̃ adiuto
rij: ⁊ ꝫ hũc modũ fit ꝓhibitio ꝙ adiutoriũ nõ poſſit frãgi
ꝫ aliqͣ ꝑtẽ a gradu ſcale. ¶ Alij v̾o dicũt. A. inuiſſe ꝙ locꝰ
gradꝰ ſcale in ꝗ dꝫ ſituari titilicꝰ ſiue cap̃ adiutorij dꝫ dimit/
ti ꝑꝑatꝰ i meͦ gradꝰ: ⁊ extra illũ locũ ab ea ꝑte dꝫ annecti: ⁊
alligari res glomerate pẽdẽs. ſ. circularitᷣ ĩpi gradui vt ꝑ ta
lẽ rẽ ãbe ꝑtes gradꝰ ſint eleuatiores ꝑte eiꝰ i ꝗ dꝫ ſituari cap̃
adiutorij: ⁊ dꝫ res illa glomerata eẽ lenis vt nõ ledat ĩfirmũ
nã ꝑ hãc ꝑꝑationẽ gradꝰ ꝓhibetᷣ adiutoriũ moueri ad locũ
ſuũ. ſ. ipſiꝰ rei glomerate ab eo. ſ. loco i ꝗ erat poſitũ. nã cuꝫ
fit ſuſpẽſio poſſet facilᷣr moueri de loco ſuo ſi ñ fuerit ꝓhi/
bẽs i ꝗ remotõe poſſꝫ ꝯtigẽ adiutorio fractura. Et dixit. A.
ꝙ ẽt curatᷣ. i. curari ꝑt alijs mõis d̾riuatis ex iſtis ꝗͦs ꝑ-te po
tes ꝯſiderare. ¶ Et dixit. A. ꝙ melior modoꝝ dcõꝝ ẽ modꝰ
ꝓmꝰ: ⁊ ẽ rectior ⁊ leuior: rectior ẽ: qꝛ nõ ꝑt ex eo ꝓueĩre ĩfir/
mo icõmodũ magᵐ ſic ex alijs modis: ⁊ maxie de fractura ad
iutorij: ⁊ ẽ leuior: ⁊ apð medicũ ⁊ apð ĩfirmũ: apud medicũ:
qꝛ cito ⁊ facilᷣr ⁊ ſiñ mlᷣta exqͥſitõe ꝑt ꝫ modũ illũ oꝑari: apð
ĩfirmũ v̾o qꝛ cũ minori labore ⁊ dolore toleratᷣ ꝑt: ⁊ maxie qꝛ

De diſlo/
catione ad
latera.

eo iacẽte reſupio nõ ſic reſoluitᷣ nec ꝓſternitᷣ v̾tꝰ eiꝰ ſicut in
alijs modis. ¶ Diſlocatio ãt hũeri nõ ĩtegra v̾ſus aſcellã re
ducitᷣ facilᷣr ꝫm alteꝝ modoꝝ reductiõis facilis. ¶ Que v̾o
diſlocatio ẽ ad latera ſi ẽ integra eſt difficilᷣ valde: ⁊ ſi nõ eſt
integra reducitᷣ facilᷣr: ⁊ modꝰ reductionis eiꝰ. dixit Gal. vt
ponitᷣ. 15. ꝯti. eſt vt ꝯſideretᷣ ſi declinatio eiꝰ fuerit ad añriꝰ
firmetᷣ manꝰ ſuꝑ faciẽ eiꝰ ⁊ ſi ad poſteriꝰ firmetᷣ ſuꝑ dorſuꝫ
ipſiꝰ ſuꝑ ꝑ l e a medico: ⁊ ĩpellat cũ ea adiutoriũ ad ꝑtẽ op/
poſitã ei ad quã declinauit: ⁊ extẽdatᷣ ad iuuamẽtũ: ⁊ hũerꝰ
ex vtraqꝫ ꝑte diuerſa. ſ. ꝑ duos miſtros: quoꝝ vnus trahat
adiutoriũ ⁊ ſubleuet hũeꝝ ad ſupiꝰ ꝗꝫtũ ꝑñt dõec eleuetᷣ os:
deinde intromittatᷣ a medico manibꝰ ſuis equante: ⁊ cõpri/
mẽte. dixit. n. Jpo. ꝙ ſi extẽdatᷣ hũerꝰ ⁊ ad iuuamẽtũ vehe/
mẽter redibit os ad ꝓpriũ locũ ſuũ. ¶ Et Alb. dixit diſlo/

De diſlo/
catione ro
ſtri corui.

catiõis ꝗ fit v̾ſꝰ pectꝰ ⁊ mamillã aut ad poſteriora reductio
fit cũ ĩpulſiõe ⁊ extẽſiõe cũ mãibꝰ dõec redeat. Et dixit Alb.
ꝙ extremitas hũeri. ſ. oſſis ſpatule qñ ſeꝑatᷣ a loco ſuo redu
citᷣ: tñ cũ ꝑꝑatiõe ꝗ reducitᷣ furcula. ¶ Et ſilᷣr curatᷣ: ⁊ redu
citᷣ roſtrũ corui cũ egreditᷣ a loco ſuo de cꝰ reductiõe. dixit.
A. nõ dꝫ vt extẽdatᷣ tẽſiõe forti alᷣs. tẽſiõe fracti. i. ea tẽſione
ꝗ extẽditᷣ os fractũ cũ reſtauratiõe ſuꝑ. ſed valde minori: ⁊
coartetᷣ ⁊ ꝯſtringatᷣ cũ digitis: ⁊ inclinetᷣ ad locũ ſuũ: deide
ſtringatᷣ ſicut ſtringitᷣ furcula cũ puluillis. nã ipſa ligatura
ẽt qñqꝫ facit ĩpm redire in locũ ſuũ violenter: ⁊ nõ curatᷣ de
illo qð eſt de vehemẽtia illiꝰ ligature ⁊ ꝯſeruatiõe eiꝰ i eo:
ſicut curatᷣ de eo in furcula. q. d. nõ eſt nec̃ia in hoc ligatura
iſta ſtricta: neqꝫ tãto tꝑe ſeruata ſicut in furcula: in ꝗ opꝫ ꝙ
fiat ſtrictior ⁊ diu ſeruetᷣ. ¶ Et Ga. dixit. ⁊ ponitᷣ. 15. ꝯti. li/
gatura eiꝰ dꝫ fieri ꝙ ſupponatᷣ ei aſcella. ſ. fcã ꝫm formã lo/
ci: ⁊ ꝯſtringatᷣ dũ adhereat ⁊ nulla cura alia erit vtilis. i. ne
ceſſaria ei. i. neqꝫ ſtrictura ꝑter iſtũ modũ: ſꝫ eiꝰ ligatura fiat
ſuꝑ os. ſ. roſtri corui occupãs ſub cubito cũ vna ligatõe: ita
ꝙ mẽbrũ adherẽs ſit cũ latere: ⁊ ſi vis circuire potes euꝫ li/
gare vſqꝫ ad inferiorẽ ꝑtẽ alterius aſcelle: ⁊ ligatura fiat fir/
mior: ⁊ quotiẽs ligatura hec ſoluitᷣ dꝫ chirurgicꝰ ſuppone
re manũ ſuã ſuꝑ caput ſuũ ꝫirkã roſtri corui in loco in quo
ꝯtinuatᷣ extremitas eiꝰ cũ hũero: qm̃ niſi hoc inſtrm̃ fuerit

De regi/
mine poſt
reductio/
nẽ adiuto
rij in locũ
ſuum.

timẽdũ eſt ne excidat os: qm̃ ex ſtrictura non adherebit ad/
huc ⁊ eleuari poterit. Et dixit Gal. ꝙ hec ꝯditio erit obſer/
uãda in ꝗlitate ligature. ¶ Diſlocatio aũt hũeri ꝗ ꝓcedit
a cã intrinſeca remolliẽte ligamẽta eiꝰ curatᷣ ſicut i cura diſ/
locatiõis anche a ſili cã ꝓueniẽtis dicetᷣ. ¶ Dixit Alb. cuꝫ
ꝯpletᷣ introitꝰ adiutorij in locũ ſuũ ꝫ quẽcũqꝫ modũ: tunc
dꝫ vt ponatᷣ ſub titilico ſpera. i. pila eꝗlis ꝗꝫtitatis ex lana
fcã. ¶ Et. A. dixit. ⁊ ãnectatᷣ ſub titilico annexiõe forti. i. fir
miter ligetᷣ ſuſtẽtãdo caput adiutorij ad ſupiora: ⁊ hoc iõ
vt ꝓhibeat ne poſt reductionẽ iteꝝ egrediatᷣ aditoriũ de lo
co ſuo: ⁊ diſlocetᷣ: qm̃ vt patuit facilis diſlocatiõis ẽ: ⁊ ma/
xime eſt hoc nec̃iũ facere in mollitiõe ligamẽtoꝝ. Deinde di
xit Alb. põe deſuꝑ emplm̃ ꝑꝑaratũ ex puluere molẽdini oli
bano: ⁊ albumie oui: vel alið ſilᷣe: qð teneat ſuꝑ hũeꝝ totuꝫ
ſicut reuoluitᷣ deſuꝑ: deide ſtrige ſub titilico ſtrictura decẽti
⁊ reuoluatᷣ. ſ. ligatura ſuꝑ emplm̃ deſuꝑ. ¶ Dixit. A. melior
ligatura eſt vt ligetᷣ pila cũ hũero ligatura fcã cũ vittis latis
ꝓhibẽtibꝰ ſeꝑationẽ eiꝰ qð redijt. i. adiutorij reducti ⁊ qdã
dicũt. ꝙ iſta ligatura dꝫ venire ad modũ crucis ſuꝑ hũero:
⁊ ſuꝑ pila ad hũeꝝ aliũ. nã dꝫ dixit A. vt penetret vitta ſuꝑ
ipſaꝫ. ſ. humeꝝ: aut vitta alia: deſuꝑ ꝫm moduꝫ crucis vſqꝫ
ad hũeꝝ aliũ: ⁊ qñqꝫ cadit crux ſuꝑ humeꝝ ĩfirmũ: ⁊ dꝫ fie
ri ligatura hñs ꝯditiões ꝗ dicentᷣ in cap̃ gñali de ligatura.
⁊ cũ illis ꝯditiõibꝰ in hoc loco nõ dꝫ eẽ ligatura nimis mol
lis neqꝫ nimis ſtricta: ſꝫ mediocris ⁊ ꝯueniẽtis ſtature: vt te
neat oſſa reducta tenaciter firma. dixit. n. Jpo. vt ponitᷣ. 15.
ꝯti. ligatura mollis eſt vehemẽter mala ⁊ nulliꝰ vtilitatis:
ſꝫ ſi iflãmantᷣ ꝑtes vltie digitoꝝ modice ⁊ ſentitᷣ modicꝰ do
lor ꝑꝑ ligaturã. nã tũc ligatura erit moderata ⁊ bõa: ꝙ niſi
inflectᷣ vola manꝰ penitus noſcas ꝙ ligatura ẽ mollis: ⁊ nõ
ꝯfert. vñ diſſoluatᷣ ⁊ ſtringatᷣ plꝰ modice: tm̃ tñ ꝗꝫtũ ſuffice
re debeat ⁊ hꝰ ſtrictura ⁊ firmitudo ligature dꝫ fieri i ꝓnͦ te
nacior: ⁊ vſqꝫ ad 7ᵐ vel pꝰ paꝝ ex eo ꝙ iũctura nouitᷣ redu/
cta ſi nõ tenaciter ligaretᷣ ⁊ firmaretᷣ poſſet iterato diſlocari
⁊ ex eo ẽt ꝙ in ꝓnͦ iã mãe aliꝗ ad locũ fluxerũt: ⁊ aliꝗ iteꝝ
ſũt ꝑate fluere: ꝗꝑꝑ tunc firma ⁊ tenax ligatnra eſt nec̃ia: vt
fluxã repellat mãm: ⁊ fluẽtẽ ⁊ paratã fluere ꝯpeſcat. ¶ Fcã
itaqꝫ ꝯueniẽti ligatura. Dixit. Alb. annectatᷣ manus eiꝰ ad
collũ ipſiꝰ. Dixit. A. ligatᷣ adiutoriũ cũ latere. i. iuxta latus:
qꝛ hic ſitꝰ eſt ei magis nãlis: ⁊ ꝓ tãto minꝰ doloroſus ad in
feriora: ⁊ ligatᷣ cubitꝰ ⁊ extremitas manꝰ ad ſupiora: ex ꝑte
colli. ſ. cũ faſcia lata: aut caput purgio ꝯprehẽdẽte cubituꝫ
⁊ totã manũ ⁊ cubitus ſic ligatᷣ vt adiutoriũ: ſuſtentetᷣ: ⁊ ex
tremitas manꝰ. ſ. totũ qð ẽ a cubito vſqꝫ ad digitos: ⁊ ſic li
gatᷣ vt ſua grauedine nõ deſcẽdat: ⁊ trahat ſecũ adiutorium
inferiꝰ ne ex illa tractione iterato diſlocetᷣ. De iſta ſuſpẽſio
ne manus ad collũ. ¶ Dixit Gal. nõ dꝫ eſſe expãſa. ſ. nimis
v̾ſus mediũ pectoris: neqꝫ infima nimis. ſ. v̾ſus vẽtrẽ ne de

Cura diſ/
locationis
ad ante/
riora.

clinẽt ad eã mãe: neqꝫ eleuata valde ad thoracẽ: ne iõ doleat
ſꝫ aptetᷣ ꝯueniẽter vt declinet ad ꝯueniẽtẽ locum. ¶ Dixit
Alb. fcã ligatura: ⁊ aptatiõe manꝰ ad pectꝰ dimittatᷣ ſic nec
moueatᷣ manꝰ eius nec ſoluatᷣ. vij. diebꝰ ſupple: aut parum
plus: aut parũ minꝰ. ſ. ꝙ nꝫ manꝰ moueatᷣ neqꝫ ligatura ſol
uatᷣ: ⁊ rõ eſt: qꝛ nõ dꝫ ſolui niſi in tãto tꝑe in ꝗꝫto aliꝗlis cõ/
firmatio oſſis diſlocati reducti poſſit fieri: ꝙ ꝗꝫuis in diuer
ſis ſit diuerſũ ꝑꝑ diuerſitatẽ diſpõnum corpoꝝ: ⁊ diſlocatio
nũ: tñ cõiter extimauerũt auctores in ſeptẽ diebꝰ aliꝗlẽ ꝯfir
mationẽ oſſis adiutorij diſlocati factã fore: ⁊ iõ hic terminꝰ
nõ ẽ pũctualis: ſꝫ variatᷣ variatiõibꝰ ꝑdictis: ⁊ maxie ꝫm ꝙ
varia ẽ totalis ꝯfirmatio diſlocatiõis iſtiꝰ. De ꝗ dixit Gal.
vt ponitᷣ. 15. ꝯti. hũerꝰ refirmatᷣ in. 7. aut. 15. diebꝰ: aut forte
refirmabitᷣ in. 28. diebꝰ. iuxta modũ diuerſũ corpoꝝ. nã quo
tiẽs v̾tꝰ i corpe fuerit fortis: ⁊ ſãguis groſſus refirmatio eiꝰ
erit velocior: ⁊ tardꝰ erit in infantibꝰ ⁊ ſeneſcẽtibꝰ. Jn ſene/
ſcẽtibꝰ ex paucitate ſãguis eoꝝ: ⁊ in ĩfantibꝰ: eo ꝙ penetrat
ſuꝑabũdãter nutrimẽtũ in augmẽtũ ipſoꝝ. igitᷣ in qbꝰ refir
matio oſſiũ eſt breuis dꝫ ligatura dimitti paꝝ minꝰ ſeptem
diebꝰ: ⁊ in qbꝰ ẽ mediocris ſeptẽ diebꝰ. ¶ Dixit Alb. ſolu
ta ligatura in dcõ tꝑe ſi nõ mollificatᷣ ⁊ nõ deſcendit adiuto
riũ: tũc iam ſanatᷣ: ⁊ poſt dictũ tꝑs ꝯuenit vt paulatim liga
ture tenacitas minuatᷣ. ⁊ ſimiliter poſt tẽpus refirmationis

eius assuescat iũctura hec potui paulatĩ paulatĩ. ¶ Dixit Aaron. vidi puellã in qua remãsit chorda eius extensa post fracturã ⁊ nõ reflectebatᷣ cubitꝰ eiꝰ cui ꝑcepi vt suspenderet manũ eius in collo alicuiꝰ restringẽdo suspẽsionẽ paulatĩ paulatim donec restringatᷣ bñ: qm̃ si restringeretᷣ in primis ⁊ subito suspẽso efficeretur exinde dolor vehementior.

¶ De dislocatione cubiti. Cap. xj.


Rasis dixit. 15. ꝯti. aucte Gal. ꝙ articulꝰ cubiti difficilˀ dislocatiõis ⁊ difficilˀ restõnis est ex violẽta strictura ligamentoꝝ: ⁊ breuitate ipsoꝝ ⁊ pixidis ꝓfũditate. ⁊ Hal. dixit hꝰ exitꝰ tardꝰ ẽ ⁊ restauratio difficilˀ ꝑꝑ ꝯpositoꝝ spissitudinẽ. Et dixit Gal. iã dislocatᷣ modꝰ. i. ñ itegre ⁊ dislocatᷣ ꝑfecte: ⁊ h̃ ad oẽs ꝑtes. Et Albu. dixit ꝑcipue ad añriorẽ ⁊ posteriorẽ. ¶ Et Haly. dixit. in hoc nõ vnq̃ȝ totꝰ egreditur: acciditq̃ȝ illi sub plibꝰ figuris maxie q̃ ad añriora ẽ ⁊ posteriora. ¶ Dixit. A. plurima dislocatio cubiti nõ accidit nisi in focili inferiori: ⁊ ẽ turpior ⁊ fedior ꝑꝑ illud qð accidit de declinatiõe. alˀs de reditiõe. focili ãt sũpiori paruȝ accidit: ⁊ nõ est cũ feditate dislocatiõis focilis iferioris: qm̃ ipm ẽ vehemẽtioris ꝯtinuitatis cũ vola. s. manꝰ: ⁊ est lõginquus ad hoc vt moueatᷣ. ⁊ dixit nõ est possibile vt dislocetᷣ vnũ duorum focilũ nisi elongetur a secundo elõgatione aliqua.

De signis dixit Gal. noticia dislocatiõis eiꝰ leuis erit eo ꝙ attrahitᷣ vna ꝑtiũ: ⁊ ꝯcaua ꝑs residue mãifeste eẽt valde. Et Alb. dixit. ꝙ eiꝰ dislocatio nõ occultatᷣ: qm̃ ẽ cadẽs sub visu ⁊ sub tactu ƒȝ quãcũq̃ȝ figurã dislocetᷣ: ⁊ qñ ꝯiũgis cubitũ dislocatũ cũ sano declaratᷣ tibi illud manifeste. ꝯcauatᷣ enim iũctura: ⁊ nõ ꝑt duplicare brachium neq̃ȝ tangere cum eo humerum suum. ¶ Dixit Gal. cognoscitur per tactum ⁊ per eminentiam vbi esse non cõsueuit: ⁊ per prohibitionem motus illi iuncture cõsueti.

De cura dixit Gale. ꝙ oȝ curari statim añq̃ȝ accidat ei apa calˀm: qm̃ tũc si extenderetᷣ inde accideret vitiũ ꝑiculosũ ⁊ carebit sanatiõe. ⁊ Alb. dixit oȝ vt operes ⁊ reducas dislocationẽ statĩ añq̃ȝ accidat ei apa calidũ. nã si accidat ei difficilˀ fit eiꝰ reditio: ⁊ fortasse nõ sanatᷣ oino. ꝑcipue qñ est ad posteriora. ipa. n. deterior ẽ oibꝰ spẽbꝰ dislocatiõis eiꝰ ⁊ vehemẽtioris doloris: ⁊ multotiẽs descẽdit cũ ea mors: ⁊ est hoc veꝝ siue dislocatio ad posteriora sit integra siue nõ itegra ceteris ꝑibꝰ. Et dixit iteꝝ Alb. dislocatiõis cubiti ad posteriora curatio erit laboriosa: ⁊ i minori ꝑte fiet cũ ibi sint nerui: ⁊ vene ⁊ cartilagies: tũc accidũt ex declinatiõe ossis i eis vitia mlˀta. ¶ Dixit. A. si eiꝰ dislocatio ẽ ad añriora ẽ ei regimẽ vnũ: ⁊ si ẽ ad posteriora ẽ ei regimẽ aliõ. ¶ De regimie ad añriora. dixerˀt Haly. ⁊ Alb. ꝙ si sepatio cubiti fuerit modica extẽdi oȝ brachiũ modice: qm̃ puꝰ recessꝰ pua curatᷣ extẽsiõe. si võ integra sepatio ad añriora: tũc dixit Alb. extẽdatᷣ manꝰ. i. brachiũ totũ duabꝰ mãibꝰ. s. manu mistri trahẽtis adiutoriũ ad supiꝰ ⁊ mãu trahẽtis brachiũ ad iferiꝰ: ⁊ brachiũ sit expãsũ: ⁊ manꝰ medici sint vna sup cubitũ: ⁊ altera sub eo: ⁊ ipellat iũcturã ad locũ suũ cuȝ pollicibꝰ mãuũ suaꝝ silˀ: aut cũ radice palme sue dõec redeat ad locũ suũ. nã si dislocatio ẽ ad añriora: tũc redit ita vt duplicet manũ eiꝰ. s. egrã cũ mãu sua. s. sana dõec ꝑcutiat cũ radice palme sue hũeꝝ q ẽ i latere suo opposito. Et. A. dixit. illa q̃ ẽ ad añriora redit ad locũ suũ cũ ꝑcutiat vola suũ hũeꝝ q oppõitᷣ ei ꝑcussionibꝰ aliq̃bꝰ mãu iã ꝑpata. ⁊ adiuuatᷣ manu altera ⁊ igreditᷣ. ¶ Dixerˀt Brunꝰ ⁊ ep̃s cremensis, oȝ vt brachiũ a duobꝰ mistris extẽdatᷣ: deide duplicetᷣ manꝰ cuȝ mãu dõec hũerꝰ ꝑcutiatᷣ cũ palma. sic. n. eq̃bitᷣ statĩ. Idẽ ẽt ep̃s ⁊ Rolãdꝰ posuerˀt aliũ modũ: ⁊ ẽ: ꝙ medicꝰ sup plicaturã brachij fasciã vel vittã iponat: ⁊ ex ea tãq̃ȝ stafã pẽdẽtẽ faciat i quã pedẽ mittat: ⁊ ad iferiora trahat cũ pede duobus mistris brachiũ extẽdẽtibꝰ ⁊ medicꝰ cũ palma restauret: ⁊ manũ ⁊ brachiũ ad hũeꝝ eleuet: ⁊ sic os ad ꝓpriũ locũ reducat. Guil. q̃ȝ posuit aliũ modũ vtilẽ: ⁊ ẽ vt accipiat restaurator brachiũ egri circa rascetã cũ mãu dextra: ⁊ cũ sinistra regat: ⁊ ꝯphẽdat acuitatẽ cubiti h̃ fcõ moueat brachiũ qð tȝ cũ manu dextra añ ⁊ retro extẽdẽdo ipm: ⁊ plicãdo suauitᷣ: ⁊ hoc tãdiu ꝙ locatio eiꝰ fiat ꝯpleta.

Cura dislocatiõis ad anteriora.

¶ De regimie võ dislocatiõis cubiti ad posteriora. dixit. A. oȝ vt extẽdatᷣ brachiũ extẽsiõe vehemẽti: deide ꝑcutiat eã. i. ꝯꝑmat eã a posteriori ad añriꝰ: ⁊ si nõ obedit illõ teneãt adiutoriũ ⁊ brachiũ duo fortes viri: ⁊ liniat restaurator manũ suã cũ oleo: ⁊ incipiat abstergẽdo inũgẽ cubitũ cũ vehemẽtia dõec igrediatᷣ. ¶ Et Hal. retulit qð Ipo. dixit. ꝙ q̃ ẽ ad posteriora euulsio cũ forti extẽsiõe reducitᷣ: ⁊ graui q̃lˀr in fracto imperat Ipo. mẽbro. Alb. võ vr̃ inuere ꝙ q̃ritᷣ eiꝰ reductio sicut fit in dislocatõe adiutorij ad añriora: ⁊ ꝙ si nõ obedit ista aut illa dislocatio ꝑ illũ modũ ad reductionẽ: tũc dixit ipe admistra extẽsionẽ vehemẽtẽ fortẽ valde: ita vt extẽdãt duo mistri brachiũ ⁊ teneãt ipm. s. egrũ duo mistri ẽt vt nõ remoueatᷣ a loco suo apõ extẽsionẽ: deinde reuoluatᷣ brachiũ ad oẽm ꝑteȝ postq̃ȝ inuoluitᷣ sup manꝰ eiꝰ pãnꝰ duplicatꝰ lõgꝰ aut ligatũ latũ ⁊ qñ tãgit medicꝰ manu sua iũcturã ipaȝ cũ aliq̃ oleo vt sit illud ex eis q̃ adiuuãt in lubricitate iũcture cũ facilitate: deinde ipellat iũcturã ipulsiõe vehemẽti donec redeat. ¶ Et Rolãdꝰ i dislocatõe difficili posuit aliũ modũ: ⁊ dix̃. extẽdatᷣ brachiũ sup planã terrã: ⁊ cũ calcaneo iux̃ lesionẽ posito ꝑmo apphensa a medico manu reducatᷣ iunctura ad locum.

Cura dislocatiõis ad posteriora.

¶ Post reductionẽ eiꝰ. dixit Alb. oȝ põatᷣ sup ipm emplm in q̃ sit stipticitas ⁊ exiccatio. ⁊ Gui. docuit ponẽ s̃b emplis ꝯstrictiuis petiã ifusã in oleo ros. tepido: ⁊ sup emplm faldellas de stuppis plies: vt bñ ꝯphẽdãt locũ: deinde ligetᷣ ⁊ stringatᷣ strictura decẽti ⁊ suspẽdatᷣ brachiũ collo ifirmi de hac suspẽsiõe dixit Aui. põatᷣ brachio suspẽsoriũ dimittens cubitũ angulatũ ƒm q̃ȝtitatẽ quã tolerabit in pria hora: deinde nõ cesset ꝯstrigere suspẽsoriũ paulatim dõec ꝯstringatᷣ angulꝰ. His ꝯpletis dimittatᷣ ꝑ dies aliquos. s. quattuor aut q̃nq̃ȝ: deinde soluatᷣ. Si g̃ firmatᷣ. i. firmata ẽ iũctura in loco suo solue ligaturã ab ea: ⁊ dimitte ipam: ⁊ si vides iũcturã nõ bñ strigi: tũc itera ẽplˀȝ ⁊ ligaturã: ⁊ dimitte dõec strigatᷣ: deide solue ipsaȝ. ¶ Dixit Alb. si accidat ei grauitas pꝰ reductionẽ iũcture ⁊ dispõ grauitatis eiꝰ sit i motu: tũc administra hũectationẽ in balneo. s. i stuffa ⁊ fricationẽ subtilẽ: ⁊ ꝯpssionẽ dõec leniatᷣ: aut põe sup iũcturã pinguedinẽ illorũ arietis: ⁊ liga: ⁊ dimitte eã die ac nocte: deide aufer eã: ⁊ intromitte eũ in balneo. Cũ g̃ sudat tũc frica iũcturã fricatiõe ꝑpata: deide itera appõnẽ pinguedis vice alia vna ⁊ 2ª ⁊ 3ª cũ itroitu balnei ⁊ sit illud vaccinũ hũidũ. i. recẽs calefactũ cũ butyro: ⁊ strige sup ipȝ: ⁊ fac illud aliquotiẽs. iũctura nãq̃ȝ linitᷣ ⁊ redit ad dispõnẽ suã nãlẽ. ¶ Gui. docuit iũgẽ eaȝ cũ vngᵒ õ bdellio: ⁊ ẽ bonũ valõ si affuerit ibi signa frnitatꝫ.

Regimẽ post reductionem.

¶ De dislocatione rascete manus. Cap. xij.


Dislocatio rascete qñq̃ȝ accidit i ossibꝰ q̃ ꝯiũgũtᷣ ex brachio ad duo ossa de ossibꝰ rascete: ⁊ qñq̃ȝ accidit in ossibꝰ q̃ ꝯiũguntᷣ ad q̃ttuor ossa pectinis manꝰ: ⁊ hãc iũcturã vocat Alb. mahasã. i. almahesen. ⁊ dixit mahesen manꝰ multotiẽs dislocatᷣ: ⁊ reductio dislocatiõis eiꝰ ẽ facilˀ. Et Brunꝰ silˀr dixit: iũcture manꝰ dislocatio: ⁊ eiꝰ reductio facilˀ ẽ. ⁊ dixit Hal. ꝙ euulsiõis hoꝝ modoꝝ reductio ñ ẽ facilˀ. A. ãt dixit. ꝙ iũctura rascete ẽ facilˀ dislocatiõis: sȝ ẽ difficilis curationis. Et silˀr Guil. dixit. dislocatio rascete fit faciliter a q̃libet leui cã: sed cũ difficultate restauratᷣ: ⁊ hoc est ꝓpter ossa minuta rascete q̃ a medico tractari non pñt: ⁊ ẽt q: capita focilũ multum subtiliter ꝯtiguantᷣ cuȝ ossibus rascete: ⁊ cũ ossibus pectinis manus ego aũt puto ꝙ dislocatio focilium ab ossibus rascete sit facilis ⁊ reductio difficilis. ¶ Et vt videatᷣ q̃uo intellexerunt auctores. cum dixerunt. ꝙ iunctura rascete facilˀr dislocatᷣ. nota ꝙ dixit Gal. cõparãs inter hãc iũcturã: ⁊ iũcturã cubiti in facilitate dislocatiõis Dixit. n. 2º de vtilitate ꝑticulaꝝ. vt põitᷣ. 15. ꝯti. arti/

culꝰ rascete est fortiū ligamētoꝝ: ⁊ fortꝭ locatiōis. Et tñ his duobꝰ fit violēta dñatio cuiuslibet articuli: ⁊ iō accidit dis/ locatio in articulo cubiti magis. qm̄ articulus cubiti caret his duabꝰ ꝯditiōibꝰ. s. firma locatiōe: ⁊ soliditate fortiū li/ gamētoꝝ: ⁊ in rasceta minꝰ accidit: eo ꝙ sit firmioris crea/ tiōis: ⁊ iō nō dislocat̄ in maiori parte. i. nō dislocat̄ sepe ⁊c. ¶ Dixit Albu. oꝫ vt velocitas sit in reductiōe eius in hora in q̄ dislocat̄ anq̄ȝ apēt locꝰ aut accidat in eo apā calīm. Et A. dixit. eiꝰ bucellatio est praua: qm̄ qđ ꝯtinet ipaȝ de apati bus corpibꝰ apat̄: q̄re ꝓhibet bonitatem vnitionis eius.

De mōre ductiōis focilis dislocati.

¶ De reductiōe focilis dislocati. dixit Gal. vt pōit̄ ibi sup̄. eleuet̄ brachiū ꝑ viꝝ robustū ad attrahēdū ipm ad supio/ ra: ⁊ attrahat cyrurgicꝰ manū s̄m rectictudinē: deinde ele/ uet focile donec rectificet̄: deinde supponantur ei astelle: ⁊ empl̄a ꝯstrictiua: deinde extēdat digitos ipsiꝰ manꝰ vnū pꝰ aliū incipiēdo a pollice. Dixit tñ Haly. ꝙ oꝫ illa mēbra sine molestia extēdi ⁊ in sua reduci loca. dōec ipoꝝ reformetur figura. ¶ Et Aui. dixit. ꝙ modus curationis eius est vt ex tēdat vir fortis focile ad posteriora: ⁊ extendat restaurator volā manus ad ꝯ̄riū illius ptis: imo ad interiora: ⁊ extēdat vnūquēq̄ȝ digitū: ⁊ incipiat a pollice: ⁊ ꝑueniat ad minimū nā eq̄tur ꝑ illud ꝯplete. ¶ Dixit Guil. hēat medicus mini/ strū q̄ teneat manū infirmi firmā ꝯprehēdēdo pectinē ma/ nus: ⁊ digitos firmiter: ⁊ aliū ministrū hēat: q̄ teneat bra/ chiū: ⁊ postea medicꝰ equet totū ꝯprimēdo ptes eminētes: ⁊ hoc sine dolore. ¶ Et Rolādꝰ dixit. si iūctura manus exie rit a ꝓprio loco brachiū cū vna manu: ⁊ cū alia medicꝰ ma nū infirmi accipiat: ⁊ leuiter ac suauiter ad ꝓpriū locuȝ os tanq̄ȝ a ꝯ̄rio loco reducat. hoc tñ facere esset difficile sine ad iutorio ministri vniꝰ: vt dixerūt Gal. ⁊ Auicē. vel duoꝝ: vt dixit Guil. nisi in torsione seu in dislocatione non integra.

De mōre ductionis ossium pectis manꝰ

¶ De reductiōe aūt ossiū pectinis manꝰ. dixit Alb. ponat̄ mahasen manꝰ infirme sup tabulā. s. planā ⁊ politā: ⁊ extē/ dat medicus manū eius ⁊ ponat palmā suā. s. radicē palme sue sup eminētiā iūcture: ⁊ impellat eā donec redeat: ꝯside/ ret̄ ergo ⁊ si recessit iūctura ad vētrē manus. s. v̄sus palmā tūc ponat dorsuȝ manus sup tabulā: ⁊ si dislocatio est ꝓce/ dēs ad dorsum manus: tūc fit positio ptis manꝰ intrinsece. s. vole sup tabulā vt cadat manꝰ apud reductionē sup emi/ nentiā iūcture. Cū ergo iā redit. dixit Albu. tūc pone super ipsaȝ empl̄ȝ ꝯstrictiuū dictū: ⁊ ꝯstringat̄: ⁊ dimittat̄ ⁊ exer citet̄ manus: puto tñ ꝙ meliꝰ sit iterare empl̄m ⁊ ligaturā. ¶ Gui. dixit. sub empl̄o pōatur petia infusa in oleo roſ. ⁊ post empl̄m faldelle in aq̄ infuse ⁊ exp̄sse ⁊ liget̄ cū ligatu/ ra: cuiꝰ lōgitudo sit triū digitoꝝ: ⁊ firmet̄ bñ cū acu: ⁊ filo. ¶ De hac aūt dislocatione. dixit. Aui. opꝫ vt in ea fiat qđ possibile est de eq̄tione ⁊ impulsione ōis declinatiōis: ⁊ emi nētie ad ꝯ̄riū ptiū illius ⁊ positione astellaꝝ ⁊ strictura eaꝝ desup: ⁊ vt dimittat loco astellaꝝ. s. qñ remoueret̄ plūbum sup eā eq̄tū sicut loco ꝯuenit ⁊ ꝯseruet locū cū grauitate sua veꝝ oꝫ vt anq̄ȝ ponat̄ desup astella vel plūbū empl̄es locuȝ

Correctio accidētiū post reductionem.

cū empl̄o ꝯfortatiuo ⁊ nō moueat̄. ¶ Dixit Albu. si ꝑ mo/ dū dictū nō redit ⁊ supuenit ei apa: tūc ipsam cuȝ empl̄o se/ dāte apa empl̄a ⁊ nō reiteres reductionem si nō tolerat nisi postq̄ȝ p̄terierint ei dies. ¶ Et dixit. si facta reductiōe ꝓuat̄ aut debilitat̄ motꝰ eiꝰ: ⁊ accidit in ea aliqđ grauitatis: tunc leni eā cū aq̄ calefcā: ⁊ cū fricatiōe aliquotiēs donec sanet̄. Et dixit cū iūctura remouet. s. tortuositatē suā: ⁊ non nocet infirmo aliqđ: q̄r. s. nō infert ei dolorē: sȝ mollificatur manꝰ ⁊ nō pñt stringere aliqđ: tunc scias ꝙ nerui sunt abscisi aut attriti: ⁊ nō est ingeniū in ea: nisi vt succurrat̄ cū cauterio ꝓ pe casuȝ eiꝰ fortasse nō ꝯfert illud aliqđ. s. qñ nerui sunt ab/ scisi. ¶ Dixit Ga. vt pōit̄ vbi supra. q̄dā restaurator habuit dislocationē rasete: ⁊ ifra. 15. dies apparuit tortuosa: vnde Ga. dixit. chirurgico qđ leniret eaȝ ꝑ dies: ⁊ lenitio fiebat ꝑ dactilū: ⁊ oleū sisaminū: ⁊ lenitiōe facta in ptedeclinationis eius postea facta fuit strictura cū astellis sup eā cū ꝯdomi/ nabili ligatura: dū declinatio facta fuit ad aliā partē. ⁊ resti tuta fuit forma eius ad venustatē remota turpitudie ipsius.

¶ De dislocatione digitorum manus. Ca. xiij.



Digiti manus dixit Ga. ⁊ ponit̄. 15. ꝯtinē. quotiēs dislocāt̄ in iteriorē ptē ma/ nus ingrediunt̄: qm̄ nō dislocant̄ ad supficieȝ manus: sȝ videbit capita ipsoꝝ i iteriori pte ma nus ⁊ ꝯcauitas erit i supficie ipsiꝰ: ⁊ sil̄r dixit. A. ꝙ qñ dislocant̄ digiti ad añriora appet eminētia in ite/ rioribus manus: ⁊ ꝯcauitas in dorso eius Albu. v̄o dixit. ꝙ qñq̄ȝ dislocant̄ ad oēm ptē. s. intrinsecā: ⁊ extrīsecā: ⁊ ad latera. Et dixit Gal. digiti parui quotiens ad partem inte/ riorem vole manus declinabunt breuiores fient. ¶ De re/ ductiōe āt dixit Gal. restō eaꝝ erit difficilis: ⁊ optia erit i eis violētia. ⁊. A. dixit. ꝙ i reductiōe eoꝝ est difficultas q̄dam. ¶ Dixit Gal. i reductiōe nō oꝫ fieri extēsio ꝑ rectitudinē: sȝ capiat̄ ⁊ eleuet̄ cū digito. 2° polici. s. cū modico q̄ erit sub ea qñ capit̄ quā si eleuent̄ de loco suo ad supiꝰ: qm̄ igredient̄ i locū ipsoꝝ cū voce ifirma ⁊ sonitu puo. ⁊ Aui. sil̄r dixit. nō oꝫ vt extēdant̄ digiti extēsiōe eq̄li: imo opꝫ vt expectes sup os: ⁊ eleues idicē in manu tua sub q̄ cadit radix eiꝰ. s. eminē tia dislocatiōis qñ strigis sup eā ad supiora. ac si tu eradices ipaȝ ex loco suo. q. d. cū fortitudie eleua ipam vt reducat̄: ⁊ tūc videbitis dislocationē. i. os dislocatū iā itrasse i locū suū ⁊ clamasse. i. sonū fecisse i igressiōe eiꝰ. ¶ Albu. āt dixit. qñ dislocat̄ digitꝰ ad dorsū palme ad vētrē eiꝰ: alia l̄ra hȝ a dor so palme ad vētrē eiꝰ: q̄ q̄ȝuis sit bōa nō tñ implet itētioneȝ eiꝰ: qm̄ vt patuit dixit. digitos posse dislocari ad dorsum. ⁊ ad vētrē tūc dixit ipse extēde digitū: ⁊ ipelle dislocationem digitis tuis dōec redeat. ⁊ sil̄r fac qñ dislocat̄ ad alias ptes. Deide dixit Albu. sustēta caput digiti. ⁊ suspēde ipm v̄sus ptē ad quā dislocat̄. ⁊ dimitte ipȝ duobꝰ diebꝰ. deide solue ipȝ ⁊ extēde eū dōec eq̄tur rectꝰ i ista die. cū ḡ fuerit vox li/ ga ipm s̄m narrationē dictā nō cesses ipȝ soluere die. ⁊ nō exercere cū motu. ⁊ iteꝝ ligare ipȝ i nocte: ⁊ sic fac diebꝰ ali quot donec strigat̄. ¶ Dixit Ga. vt pōit̄. 15. ꝯtiñ. ꝙ ipe p̄ce pit ꝙ nulla fiat extēsio i manibꝰ ⁊ pedibꝰ: neq̄ȝ restituat̄ ar ticulꝰ dislocatiōis ad locū eiꝰ vt ad 3m ⁊ 4m diē: ⁊ nō assigna uit al̄r rōnē: neq̄ȝ ego scio eā. ait Raſ. 15. ꝯti. dico erat i digi to cuiusdā amici mei i vltia pte articl̄i eiꝰ: ita ꝙ qñ volebat eū reflectere difficile erat sup eū postea ipsiꝰ extēsio: sȝ opus erat ei ꝙ ꝑ aliā manū eū extēderet cū sonitu ⁊ stridore in oi bus articulis oiumq̄ȝ digitoꝝ: sȝ ipe erat ꝯpl̄onis hūide ⁊ frige. tñ i articulis nulla grossitudo erat penitꝰ apparēs. vñ extimaui ꝙ empl̄m sinapis oꝫ ꝯferre huic vitio final̄r. sed oꝫ fieri lenitio loci añ illđ cū empl̄o violēte lenitiōis ad mo dū armoniaci bdellij sigie olei lilij piguedis tauri ⁊ leonis ꝙ nisi ꝯtulerit vtēdū est sinapi: ⁊ stercore colūbino. qm̄ ista pñt trahere illā humiditatē de profundo articuli.

Pronostica.

¶ De dislocatione spondilium. Cap. xiiij.



Spōdilibus accidit dislocatio qñq̄ȝ vni qñq̄ȝ plibꝰ ⁊ qñq̄ȝ su perioribꝰ sicut colli vel dorsi. ⁊ qñq̄ȝ iferioribꝰ sic renū ⁊ alhosos. ⁊ siue supioribꝰ siue iferioribꝰ accidat: siue vni siue plibꝰ: qñq̄ȝ dislocatio ē cō pleta. ⁊ qñq̄ȝ nō ⁊ q̄ ē ꝯpleta. q̄dā ē pua: ⁊ q̄dā est multa.

Et q̄cūq̄ȝ eaꝝ sit aut hȝ cām itrinsecā: aut extrīsecaȝ. ⁊ itrinseca q̄dē ē ōis cā dicta ifra in capl̄o gibbositatis. ⁊ cā extrīseca est ꝑcussio casus siue obuiatio. ⁊ p̄t fieri dislocatio spōdiliū ad q̄ttuor ptes scȝ ad dextrā vl̄ si nistrā: antrorsuȝ siue ab anteriꝰ ⁊ extrorsū siue ad posteriꝰ.

plumis vt non ſupercaleſiat in eo ſanguis. Expedit tñ vt dū patiens dormit ſemꝑ ei aſſiſtat q ſanguini ꝓuideat fluenti: ⁊ ne ſuꝑ locum vulneratum patiens reuoluat̄ dum dormit. ¶ Et euitet oēs cibos ſanguis gñatiuos oua ſorbilia ⁊ vinū: ⁊ ſilia: niſi virtus valde ꝓſtrata fuerit. Sꝫ vtat̄ cibis īfrigidātibꝰ ⁊ ſanguinē īgroſſantibꝰ ſicut lactuca ſcariola endiuia portulaca faba fracta amidū ⁊ riſuꝫ kiſt ordei lentis lac acetoſū cucurbita melō citrullꝰ ⁊ cucumer caſeus recēs ſine ſale. Et qdā ꝯcedūt cibaria de paſta cū caſeo pigui paꝝ ſalis hñte. Et ꝯcedūt extrema aīaliū roſtra ⁊ pedes ⁊ vētres ēt. Et ex fructibꝰ cōcedunt pira mala citonia ſorba neſpila corna granatū arācia limones berberin. i. pruna cereſa mora ꝑſica prunella: ⁊ his ſilia. ¶ Et potꝰ eoꝝ ſit aq̄ frigida acetū lymphatū vinū granatoꝝ aq̄ ordei iulep roſaꝝ vel violaruꝫ vel nenufarinū: aut de ribes vel limonū: ⁊ ſilia. ¶ Et ſi v̄tus incipit debilitari ꝯcedunt̄ piſces ꝑui ſquāmoſi de bōis aqs ſūpti cū agreſta ꝯditi: ⁊ ꝯcedunt̄ in caſu v̄tutis carnes auiū ſilueſtriū ſicut faſianoꝝ ꝑdicū turtuꝝ alaudaꝝ: ⁊ aliaꝝ laudabiliū auiculaꝝ ꝑuaꝝ ⁊ ale: ⁊ extrema pulloꝝ: ⁊ tūc ꝯdiūt̄ carnes iſte cū agreſta vl' alio ſucco ſtiptico frigido ⁊ ſumach cū eis decoctū eſt vtile: ⁊ ſm hūanā cōmoditatē ꝯcedūt̄ carnes edine ⁊ annualis agni ⁊ vitule lactātis: ⁊ ſiliū: ⁊ aq̄ cuꝫ qua extinguit̄ ferrū multotiēs ꝯuenit eis ad decoquēdū cibaria eoꝝ ꝯcedit̄ tūc vinū ſtipticū aromaticū. ꝯuenit enim tale vinū ſtipticū aromaticū emoroſagiā paſſiꝫ magnā: ⁊ oꝫ vt eiꝰ cibi ⁊ potꝰ exhibeant̄ actu frigidi: ⁊ oꝫ vt ſit q̄ꝫtitas ciboꝝ pauca vt bñ valeāt digeri. eoꝝ. n. q̄ꝫtitas mēſurāda eſt ſm robur v̄tutis: additio tñ in nūero cibationū melior ē q̄ꝫ in q̄ꝫtitate ipſoꝝ. ¶ Et oꝫ vt patiens fluxū ſanguis a coytu abſtineat ſic̄ ab inimico. ¶ Omni die ſuꝑfluitates ciboꝝ expurgent̄: ⁊ oꝫ vt totū regimē vertat̄ ad infrigidādū ⁊ igroſſandū plꝰ ⁊ minꝰ ſm diuerſitatē cāꝝ fluxꝰ: etenim ſi cā eius fuerit multa ſanguis ſubtilitas: aut eius acuitas: regimē oꝫ eſſe vltime infrigidatiuū ⁊ ingroſſatiuū: ⁊ ſilr oꝫ vt q̄ꝫtitas cibi diuerſificet̄ ſm diuerſitatē cāꝝ eiꝰ. Etenim cā ſi fuerit multa repletio q̄ꝫtitas cibi: in vltimo ſubtilitatis ſiue diminutionis poni oꝫ. Et ſcias ꝙ poſt ſanguis ſedationē reſtaurāda eſt virtꝰ cibo ſm q̄ꝫtitatē ſue ꝓſtratiōis: ⁊ ſm potētiā virtutis eius digeſtiue: nā nutrimētū nō reſtaurat v̄tutē niſi digerat̄. ¶ Dixit Gal. in lib. affo. ⁊ ponit̄ ſic. 13. ꝯti. quotiens de corpore ſanguiꝫ emittit̄ ſuꝑabūdāꝫ in dādo ei nutrimēto cautela adhibēda eſt. tēperate etenim dādū eſt: donec reſtituat̄ ei virtꝰ digeſtiua vt oꝫ: ⁊ deinde nutrimētū det̄ ei in q̄ꝫtitate cōſueta: qm̄ ſi det̄ ei nutrimētū: in primis vltra debitū añ ſanationē eius ꝑfecte leniet̄ nā eius ex debilitate caliditatis innate ⁊ corrūpetur eius digeſtio. ¶ Amplius in ſermone tertio de cura fluxus ſanguinis nariū de dieta patientiuꝫ fluxū ſanguinis dictū eſt ad quas curas recurrere oportet.

Cura per potionē.

¶ De cura aūt fluxus ſanguis per potionē ſciendum eſt ꝙ de ꝓueniēte a venis intrinſecis: ⁊ ſine manifeſto vulnere extrinſeco in ſermonibꝰ p̄cedētibꝰ ſufficiēter dictuꝫ eſt. Reſtat ergo in hoc ſermone de ꝓueniēte a venis extrinſecis ſermo fiat: ⁊ huiꝰ cura ꝑ potionē: alia eſt gñalis ꝯueniens oibꝰ ſpeciebꝰ eius: ⁊ alia eſt ſpālis diuerſificata ſm ſpēs eiꝰ diſtictas diſtinctiōe cauſaꝝ ⁊ q̄ꝫtitatis fluxus ⁊ membri a quo fluit. Pro his ꝯſequēdis in ſpāli dixit Gal. 5. de inge. ſani. ſemꝑ. ſ. ante aciē mētis tue paſſiōis cognitionē habeas: oꝫ enim te q̄ꝫtitatē fluxꝰ cōſiderare: ⁊ totā paſſionē ingrere. ſ. ſm cās ⁊ mēbra a qbus fluit: naꝫ ſi fluxꝰ ſit ex fiſſura magne vene neceſſe eſt vt curet̄ medicinis ſtipticis fortibꝰ: ſi v̄o de ꝑua ſufficiūt debiles. Et cura qdē gñalis fluxꝰ ſanguis p̄fert̄ eius cure ſpāli. ¶ De gñali aūt cura Gal. 5. de inge. ſani. loquēs tribus intētionibꝰ eā īpleri dixit. ait. n. ſanguis retinet̄ ſi ingeniabimꝰ qualiter crepatura ⁊ vene aꝑtio opilet̄: ⁊ qualr extrema. i. labia vulneris ꝯiūgāt̄: ⁊ q̄liter ſanguis ab eo ad loca alia ꝯuertit̄. Silr alij auctores ⁊ Auicē. curā ad has tres intētiones gñales reduxerunt: ⁊ prima qdē que eſt opilatio aꝑtionis vene ꝯplet̄ ꝑ cās quaſcūq̄ꝫ opilātes. Opilatio aūt in loco triplr pōt fieri. ſ. aut coartatione q̄ fit cū q̄cūq̄ꝫ re vulnus vel apertionē vene claudēte: aut attenuatorie ſicut cum clauditur ligatura: aut manu: aut digito: vel ſtuello vel plumaceolo: aut carnoſe: ſicut cū gñatione carnis ſupra locum apertū: aut inductione eſcare. Et opilatio qdē carnoſa q̄ ꝓprie ex carne regñata fit: a Gal. reducit̄ ad opilationē coartatoriā. Dixit. n. vbi. s̈. claudit̄ fiſſura de opilatione coartatoria q̄ fit per rem cadentē in medio vulneris: q̄ res ī medio cadens: aut eſt de ſanguine ipſo fluēte q coagulat̄ ī loco: aut eſt caro ibi gñata: aut medicina ſtiptica vel glutinoſa: vñ dixit Gal. opilat̄ fiſſura aut de re iteriori: ſicut ſanguine in ore eius coagulato: aut exteriori: ſic̄ vellere leporino licinio ſpōgia vel corticibꝰ ſuꝑ loco exiſtētibꝰ: aut medicina viſcoſa ⁊ glutinatiua: ⁊ aliqñ opilat̄ ex parte ſui mēbri. ſ. q̄ regeneratur. ¶ Et de opilatōe attenuatoria. Dixit Gal. fiſſura opilat̄ aut ꝑ ſe cū ꝑtes eiꝰ ꝯſtringunt̄ cadente vna ſuꝑ aliā egreſſo de vulnere multo ſanguine ⁊ vacuitate in eo cāta decidunt ꝑtes ꝑ ſeipſas: ⁊ fiſſura corrugat̄ ⁊ coadunat̄. ſup. ſi ꝑ ſe hoc nō fit: imo meliꝰ eſt nō expectare: dōec ꝑ ſe fiat: tūc fiat iſta attenuatoria opilatio extrema vulneris ꝯiūgēdo ſine medio: ita ꝙ ꝑ ſeipſa nō remaneat ſpaciū ꝑ qō poſſit fluere ſanguis qō qdeꝫ fit: aut ligatura: aut ſutura; ⁊ ligatura fit aliqñ ſuꝑ toto mēbro: ⁊ aliqñ in ſolo loco fiſſure: aut opilat̄ attenuatorie. Dixit Gal. a re īfrigidāte loco ſuppoſita cōdēſante ſua frigiditate ⁊ corrugāte ꝑtes inuicē: q̄ꝫuis illa frida iuuent: ⁊ inq̄ꝫtū vias claudūt ⁊ ſanguinē igroſſant: ⁊ a motu ꝓhibēt. ¶ Et ſcias ꝓ p̄dictis opilatiōibꝰ adimplēdis ꝙ opilatio attenuatoria maxime ꝯuenit vulneri ſine deꝑditiōe ſbe. In tali. n. vulnere q̄ꝫcitiꝰ fieri p̄t labia īuicē adducant̄: ⁊ adducta teneant̄ cū ligatura ⁊ ſutura ſi nec̈ia fuerit: ⁊ opilatio coartatoria maxime ꝯuenit in vulnere cū quo eſt ſbe deꝑditio: in tali. n. vulnere ſtuellū cū ꝯueniēti medicamine ē apponēdū: deīde ad gñationē carnis eſt ſtudēdū ⁊ ꝯſolidādum: ⁊ qñq̄ꝫ nec̈ia ē vtraq̄ꝫ opilatio coartatoria ⁊ attenuatoria. ¶ De facientibꝰ aūt p̄dictas opilatiōes ſūt: ſicut dixit Gal. vbi. s̈. Uulnus eniꝫ opilat̄ cū groſſo ſanguie dū in eo coagulat̄ ꝑ qōlibet ſuꝑ orificiū appoſitū vel inductū: ſicut eſt caro q̄ ē ſub cute ⁊ cutis ⁊ liciniū ⁊ medicina groſſa viſcoſa: ⁊ iteꝝ ingeniādū eſt vt eſcare in vulnere fiāt: aut cū itētiōe ignis: aut cū aliq̊ eiuſdē v̄tutis: vt cū medicamine cauſtico. ¶ Et. A. de eis dixit. cā retinēs ſanguinē in loco eſt cā opilāꝫ locū exitꝰ: ſiue opilet eū ex ligatura: ſiue cū repulſiōe: q̄ repulſio: aut fit cuꝫ bucellatiōe: aut ſine bucellatiōe: aut cū eſcara fcā a cauterio: ſiue medicīa cauterīzāte: aut opilet cū ꝯgelatiōe rei retente: aut cū iuiſcatiōe: aut cū exiccatiōe. i. ſtipticitate: aut incarnatiōe: aut opilet coartatiōe carnis circūſtātis venā fractā: q̄re opilat ipſam ⁊ claudit opilatiōe vehemēti. In qbꝰ v̄bis. A. vr̄ reducere cām retinētē ſanguinē ad nouē cās: quaꝝ qnq̄ꝫ ſūt vere opilatiue. ſ. īpletio orificij cū bucellatiōe: īpletio eiꝰ ſine bucellatiōe: īpletio eiꝰ ꝑ ꝯgelationē ſanguis: īpletio eius ꝑ carnē circūdātē ⁊ īductio eſcare: ⁊ alie q̄tuor nō ſunt ſic v̄e cāe opilatiue q̄ꝫuis ad opilationē attenuatoriā reducant̄: ⁊ ſūt ligatura. ſ. ⁊ ſutura iuiſcatio ⁊ exiccatio: ſiue ſtipticatio ⁊ īcarnatio ſiue ꝯſolidatio. ¶ Pro debita aūt approximatione dictaꝝ cauſaꝝ: ⁊ ꝓ ſcia cui fluxui q̄ cā ꝯueniat oꝫ ꝯſiderare q̄ vena ſit: vtrū pulſiua vel nō pulſiua. Et q̄ꝫta ſit vtrū magna vel ꝑua q̄ꝫtū eiꝰ orificiū ſit: an magnū: an ꝑuū: ⁊ an vena ſit ſuꝑficialis: an ꝓfunda. ¶ Eteniꝫ ſi vena fuerit nō pulſiua ⁊ nō fuerit magna valde: ⁊ orificiū vulneris eiꝰ nō latū valde: ⁊ nō fuerit poſita in ꝓfūdo: tūc maxie valet: vt dixit Gal. vbi. s̈. ſ. ꝙ digitꝰ p̄mo in loco fiſſure pōat̄: deīde paulatim vena digitꝫ ꝯſtrigat̄: ita tñ vt nihil doloris īferat̄. Dixit Auer. 7. colliget. digito vena opilet̄. ſup. ſi ꝑua fuerit. Ait auctor ꝯpēdij. ſi fuerit fluxꝰ ſanguis ꝑꝑ pūctionē vel flegmonē fuerit. ſ. ſit orificiū vene ꝑuū priꝰ leuiter ponēdus eſt digitꝰ ſuꝑ foramē ⁊ paulatim: ⁊ ſuauiter illud digito p̄mēdū ē: hoc. n.

Digitꝰ appoſitꝰ ſuꝑ orificium vulneris qñ ꝯferat: ⁊ qñ nō: ⁊ quō ⁊c.

duplr̄ iuuat: vno mō qꝛ sanguinē fluere ꝓhibet ⁊ sanguinis fluxu ꝓhibito sanies coadunat̄ i loco: neqꝫ vt⁹ īfirmi ōficit: alio mō: qꝛ forsitā ɔtigit ꝙ aliq̄ gutta sanguis supra foramē ei⁹ coagulat̄ q̄ sanguinē fluere ꝓhibet: multotiēs.n. hoc euenit cū foramē est angustū: ⁊ nō fuerit in arteria: nā i foramine arterie rarissime ɔtigit sāguinē coagulari ꝑꝑ cal'atē ⁊ subtilitatē ei⁹: ⁊ motū sui ⁊ arterie: nisi arteria illa fuerit de minimis: in qbus fortasse ꝑ appositionē digiti coagulabit̄ sanguis. Et hic mod⁹ cure ꝑ impositionē digiti reducit̄ ad decimū. al's. q̄rtū modū opilatiōis ſm Aui. dixit eniꝫ ꝙ ipletio cure cū refrenatiuis ꝓuenit cū strictura iplēte. s. orificiū vulneris cū digito: dʒ eniꝫ digit⁹ totū coopire vuln⁹: ⁊ fiat. dixit Aui. cū digito alteri⁹ manuū nō cessante retinere. s. imponēte digitū donec ɔgelet̄ sanguis ⁊ fiat ipletio. s. intētionis ꝑdicte q̄ est ꝙ ɔgelet̄ sanguis ⁊ ipleat̄ vuln⁹ eo ɔgelato: ⁊ ꝓhibeat̄ fluere: ⁊ hoc fit cōiter in spacio hore vni⁹: in q̊ spacio nō dʒ digit⁹ a loco amoueri: postq̄ꝫ aūt ɔphēdit̄ ꝙ sanguis sit ɔgelat⁹: tūc digit⁹ suauiter amoueat̄ ⁊ dimittat̄ sanguis ɔgelat⁹ in loco tā diu stare donec cadat ꝑ seipsuꝫ. Et scias ꝙ opilatio cū digito nō ɔuenit nisi qn̄ solū vna vena fuerit apta. Si aūt pl'es fuerint apte: tūc opilatio cū digito nō ē sufficiēs eas opilare: q̄re ad alios modos curatiōis recurrēduꝫ est. ¶ Qꝫ si ꝑdicta curatio nō suffecerit: aut fuerit arteria siue vena: ⁊ orificiū mai⁹ q̄ꝫ qđ cū digito possit opilari: aut fuerit posita in ꝓfundo: tūc opilatio fieri dʒ cū medicina sāguinē ɔstringēte q̄ apud medicū: vt Gal. ꝑcepit semꝑ dʒ eē parata: ⁊ talis medicina ē: q̄ est glutinatiua aut stiptica exiccatiua ⁊ carnis ḡnatiua ⁊ ɔsolidatiua: ⁊ tal' medicīa ſꝫ Auic. vulneri apponi p̄t duob⁹ modis: vno mō bucellatiōe, ⁊ iste mod⁹ est qn̄ medicia dcā iter foramē vene imittit̄ ꝑ se, vel cū licinio ea iuoluto, vel aspso q mod⁹ dixit Aui. nō ē possibil', nisi in arterijs. sup. ⁊ venis magnis in qb⁹ orificiū fcm̄ ē magnū: ita ꝙ itra ipm pōt pōi liciniū siue stuelluꝫ, sicut bucella q̄dā. Dixit Aui. fine bucellatiōe, ⁊ iste mod⁹ dixit ipse qn̄ illa res, ⁊ illa medicia, siue ꝑ se, siue cū licinio i vulnere ponit̄ ꝑter qđ velut bucella mittat̄ intra orificiuꝫ vene vel arterie ⁊ sicut stuellū vel liciniū apponēdū intra orificiū vene vel arterie, ita ꝙ illud possit itrare: ⁊ tn̄ totū opilet orificiū: ita medicamē apponēdum sine bucellatiōe dʒ eē ſm q̄ꝫtitatē vulneris: vt totū vulnus opilet: ⁊ hoc itellexit Gal. cuꝫ loco dicto dixit. ꝙ dʒ esse multe q̄ꝫtitatis: qꝛ. s. q̄ꝫtitatis opilātis totuꝫ vulnus: siue magnū fuerit: siue ꝑuū: ⁊ sicut in vulnē magno magna de eo exigit̄ q̄ꝫtitas: ⁊ in ꝑuo ꝑua: vt dixit. Aui. q̄rta q̄rti. de flōmia. dʒ itaqꝫ hoc medicamē intus in vulnere pōi: dūmō vulnus tm̄ sit ꝙ itus imitti possit. Si aūt esset vuln⁹ tam ꝑuū ꝙ medicamē itus poni nō valeret: tūc dixit Gal. ꝙ dʒ apponi supra vuln⁹: ⁊ tā in paruo q̄ꝫ in magno vulnere medicamē capere dʒ ēt ꝑtes in circuitu eius. ¶ Qꝫ si medicus ad īfirmū vocatus viderit ꝑꝑ emorrosagiā magnā virtutem dissolui: ilico dixit. A. dʒ digit⁹ vnius manuuꝫ intra vulnus mittere: ⁊ cū alia manu medicamē parare: ⁊ statim digito extracto cū alia manu medicamen apponere: pōt ēt hoc fieri ꝑ astātē. Et loquēs Aui. de hoc in exēplo exituraꝝ in fracturā guideꝫ venaꝝ colli. dixit. strige. i. opila vulnus cū digitis vni⁹ duaꝝ manuū ante. s. se. i. qm̄ ɔtrahit̄ ꝑ talē opilationē: sꝫ sanguis: nisi ɔtrahat̄ sup se apud principiū suū: qđ principiū: qꝛ est ifra fracturā guideꝫ: qꝛ eius pricipiuꝫ est epar. Jō Aui. dixit an̄ se: qꝛ ex ꝑte epatis sicut ecōuerso oporteret fieri post se. i. supra locū vulneris versus epar: qm̄ cōtrahit̄. i. retrahit̄ sanguis ad suū pricipiū: vbi. i. postq̄ꝫ coartat̄ digitus vt dcm̄ est: ⁊ deinde admistrantur medicine ei ⁊ puluilli apud orificiū eius cū manu altera. ¶ Et in hora appositionis medicamis dicti dixit. vbi supra. dʒ vt festines ad dictā medicinā supponēdū: scꝫ vulneri sicut stolidi medici faciūt: hi enim sanguine adhuc fortiter fluēte medicamē suꝑimponunt: ⁊ tūc sanguis exiēs delet medicamē de loco ⁊ impellit ipm: vt nō possit labijs adherere: ⁊ humectat ipm medicamen ⁊ liquidū reddit faciens ipm labere: ⁊ eius ꝓhibēs iuiscationē: sed dixit Gal. primitus digito vulneri imisso cōprimat̄: ⁊ aliqualiter stringat̄: vt supra dcm̄ est: digito mediāte aliqd sanguis i loco coaguletur: ⁊ tunc medicamē paratum habitū remoto digito ilico superponat̄. ¶ Et iposito medicamie vulneri. dixit Gal. liga medicamē qđ icipit superius: ⁊ tēdit iferius vsqꝫ ad locum foramis illud ducēs. Et Aui. dixit i dicto capl'o de flōia. ꝙ medicamen dʒ ligari ligatura firma ⁊ tenaci: vt non labat̄ medicamen a vulnere: ⁊ vt per ligaturā fluxus sanguis refrenet̄. Et ob hāc dixit Gal. ꝙ fascia dʒ quater vel quinquies circūuolui: ⁊ dʒ ligatura supra orificium vulneris hr̄e pricipium: ⁊ ibi dʒ esse magis stricta ⁊ dʒ ide ꝓcedere versus pricipiū vene semꝑ gradatim min⁹ stringendo: nam talis est ligatura q̄ vt patebit iferi⁹ suo capitulo: medicamē firmum in loco retineat: ⁊ fluxū humorū ad locū vulneris ꝓhibeat. Cū ergo dixit Gal. liga a superiori descēdens versus iferius: ⁊ nō ecōuerso ab iferiori versus superius: itellexit qn̄ vulnus fuerit in vena ascēdēte ⁊ clausa methodo ꝑ corpus: ⁊ qn̄ vulnus est in ꝑte vene supioris: naꝫ in tali casu opꝫ vt ligatura ꝓcedat a supiori ad iferius: qꝛ sic ligādo ꝓcedit̄ versus ꝑncipiū vene: v̄sus qđ dʒ duci: vt ꝓhibeat̄ fluxus sanguis: q' ab iferiori vulneris. s. a ꝑncipio vene ad superius. s. ad ipm vulnus curret. ¶ Dixit Gal. fiat ligatura a supiori ad iferius ⁊ nō ecōuerso. sicut facimus in manibus ⁊ pedibus. s. qn̄ ligauimus manus ⁊ pedes ligatura dolorosa gr̄a diuertēdi a cētro corporis ad extrema: qm̄ tūc icipimus ligare manus ab humeris: ⁊ pedes ab anchis descēdēdo versus eoꝝ extremitates: vel expone: vt dicūt qdā: ⁊ ēt bn̄ fiat ligatura a superiori ad iferius. s. in vulnere vene supioris: ⁊ nō ecōuerso. s. ab iferiori ad superi⁹ facim⁹ ligaturam in manib⁹ ⁊ pedibus. i. in vulnere venaꝝ manuū ⁊ pedū. sup. ⁊ venis oibus alijs que sub ꝑncipio suo sūt: in qb⁹ ad hoc vt ligatura ꝓcedat versus ꝑncipiū vene icipimus ligare ab iferiori ⁊ tēdimus ad superius. Et dixit Gal. ꝙ ꝑdicta ligatura pōt fieri in oī mēbro ꝑter q̄ꝫ in panniculis cerebri: ⁊ cā est: qꝛ ꝑꝑ craneū nō attigat ad ipsos strictura ligature caput ēt nō hꝫ lōgitudinē quā illa ligatura reqrit. Dicūt. ⁊ ꝓpter nō attingere ad mēbrū vulneratū stricturā ligature. ipsa ēt fieri nequit in venis mēbroꝝ itrinsecoꝝ spūaliū obstātibus costis ⁊ thorace. ¶ Et de predicto mō curationis. dixit. A. q̄rti q̄rta opꝫ vt hec medicia ligatura retineat̄ cuꝫ puluillis appositis: ⁊ ꝓprie factis de spōgia: ⁊ cū vittis fortis stricture strigētibus ipm. s. ꝑter hoc ꝙ strictura sit talis ⁊ tāta: ꝙ iō sit de attrahētibus humores ad locū: imo sicut dixit Aui. cū ɔuersione eius q̄ est attrahēs. i. facto conuerso mō illi. nā ista dʒ esse ꝓhibēs hūorē ad locū fluere. fiat ergo strictura talis vt sit ꝓpe orificiū. sup. ⁊ sup orificio. i. stricta. deide inuoluat̄ vadēs retro. i. versus ꝑncipiū ⁊ locuꝫ vnde fluit sanguis: siue vadat versus supiora siue versus iferiora: ⁊ solue. i. relaxa siue minora stricturā gradatim. dʒ enim ligatura sup orificio ⁊ ꝓpe ipm esse stricta: ⁊ quāto magis ꝓcedit in elōgādo se ab orificio tāto dʒ esse min⁹ stricta. ¶ Et q̄ꝫuis ligatura debeat esse mō dicto stricta: nō tn̄ dʒ esse dolorosa. Jdeo dixit Aui. nō opꝫ vt ꝑueniat̄ cū strictura dolorosa: imo ꝓhibitio flux⁹ fiat cū strictura q̄ sit ifra dolorē: ⁊ hoc dixit ipse fiat nisi illud. s. facere stricturā dolorosaꝫ sit necīuꝫ facere in ꝑmis. i. in ꝑncipio. hoc aūt necīū foret qn̄ flux⁹ sanguinis esset vehemēs: in quo casu eēt necessaria strictura fortis vt fortiter faciat adherere aut labia vulneris aut medicamen appositū: ⁊ non curat̄ tūc de aliq̄li dolore. verūtn̄ talis strictura nō esset ɔtinuāda: qm̄ finaliter nocumētū eius esset maius iuuamēto ips̄i⁹: ideo cū ꝑ ipsaꝫ minoratus fuit flux⁹: tūc dʒ deduci ad stricturā ɔueniētē non dolorosam. Jō dixit Aui. deinde mollifica eā. i. fac eam magis laxam paulatim. ¶ Et qꝛ aliqn̄ vehemētia fluxus nō sufficit ligatura facta in ꝑncipio dolorosa: ideo dixit Aui. multotiens est necīa sutura fixure carnis: ⁊ vt colligas labia eius ⁊ vittis tegas. Et

Medicina sāguinis cōstrictiua q̄s cōditiōes hr̄e dʒ.

Digito apposito orificio vulneris paret̄ medicamen ⁊c.

Medicamē apponi dʒ orificio vulneris sedato aliq̄liter fluxu sanguis.

Ligatura vulneris q̄liter fieri dēat

Ligatura non dʒ esse dolorosa nisi forte in vehementi fluxu

fubdit.multotiēs sufficit collectio labioꝝ ⁊ positio puluillo
rū.s.absq̧ sutura vene ꝑue: ⁊ hoc dcm̄.A.pōt ⁊ dʒ reduci ꝓ
impletione scd̄e intētionis gn̄alis supradicte: de qua dicet̃.
¶ Cūq̧ ligaturā cōpleueris.dixit Gal.vbi.s̈. mēbrū adeo
situetur vt vulnus semꝑ sit superius: ⁊ non decliue iferius:
ita tñ vt dolor nō generet̃ ex illo situ: qm̄ vt ait auctor cōpē
dij.nulla res nocibilior ⁊ sanguis ꝓuocatior est q̄ȝ dolor ⁊ in
clinatio mēbri. Et Aui.dixit.sit ꝑparatio tua quā facis mē-
bro ƀm ꝙ opʒ: ⁊ est vt sit orificiū eius magis ymū q̄ȝ princi
piū.s.vene: ita vt qñ est.v.g.in inferioribus intestinis vl̄ ma
trice ⁊ sīlibus: tunc sternat̃ stratum aliqđ qđ eleuet iferiora
⁊ deponat superiora: istud tñ fiat ƀm maiorē elongationē q̄
est ex dolore.i.fiat ita vt vel non doleat oīno vel remisse mul
tū: ⁊ hūc modū administra vsq̧quo eleuat̃.i.restrictꝰ sit san
guis. Almā.dixit.mēbrū sursuȝ.i.v̄sus ꝑncipiū vene est eri-
gēdū ⁊ taliter locādū ne in eo dolor sentiat̃. ¶ Et facta loca
tione mēbri ⁊ eius debita situatīōe supra ligaturā: vt dicūt.
manus ponēda est ⁊ leuiter supra vittas ꝑmēda ⁊ ɔ̄sideran
dum est an sanguinis fluxus ꝓsequat̃ an nō: ⁊ siquidē ꝓse-
quit̃ fluxus: ligatura soluēda ⁊ medicamē reapponēduȝ est
supra illud qđ erat ⁊ ī circuitu eius: deinde iteꝝ liga. Si v̄o
sanguinē fluere nō videris aut paruissimū qd: de quo nō sit
curādū ligaturā dimitte. Quidā aūt dicūt.manū apponen-
dā esse supra medicamē anteq̄ȝ ligatio fiat: ⁊ ɔ̄siderādū ē de
fluxu: ⁊ dicūt.si medicamen prius appositū ꝑꝑ sanguinē re-
mollitū sit ⁊ nō adheret neq̧ iuiscet̃ loco amouēdū est ⁊ ili-
co supra vulnꝰ digitus vel manꝰ apponēdus est donec aliud
medicamē paratū possit supponi. Cūq̧ videris fluxū restri-
ctū amoue manū ⁊ liga: vt dictū est. ¶ Dixit Gal.ibidem ꝙ
dimittat̃ fata ɔ̄ueniēs ligatura: ⁊ post tres dies soluat̃: qm̄
dʒ tandiu morari donec de carne tm̄ generet̃ ꝙ sufficiat ad
opilādū venā: ⁊ ideo ante tres dies non debet solui: qm̄ nō
putat̃ ante istud tempus nām fecisse sufficienteȝ generatio-
nem carnis neq̧ incarnationem in loco.post tres āt dies dʒ
solui, eo ꝙ aliquādo in tanto spatio medicamē appositum
iam exiccatur: ⁊ in quādam quasi crustam conuertitur que
quādoq̧ nimia ariditate in partes multas separat̃ ⁊ sepata
⁊ scissa in ꝑtes non cōuenienter opilat, ⁊ qñq̧ etiā ledit sua
siccitate. Soluta āt ligatura.dixit Gal.si medicamē videris
esse cōglutinatū.i.bene adherēs, nō amoueas etiā si tibi ap-
pareat exiccatū, sȝ de eodē medicamine supiduces supra pri
mū ⁊ in circuitū, qm̄ supinductū illud qđ ɔ̄glutinatū ē exic-
catū humefaciet. ¶ Dixit Aui.super cōgelatione stringe li-
gaturā strictura adherēte que non separet̃ donec incarnet̃.
¶ Et q̄ multis nō apparebat ꝙ vulnꝰ possit incarnari stā-
te stuello ⁊ medicamine intra ip̄m, ⁊ per ɔ̄ñs ꝙ ligatura dʒ
solui ⁊ stuellū cū medicamīe amoueri ad finē vt icarnet̃. A.
vidēs.ꝙ hoc nō est nec̄iū dedit modū ƀȝ quē vulnꝰ pōt ɔ̄so-
lidari nō soluta ligatura ⁊ nō amoto stuello, ⁊ modꝰ est, ꝙ ē
licinij nā regit in ex̄ctione ipsius paulatim ab iteriori incar-
nata, ita vt sicut gradatim ꝓcedit incarnatio, ita ⁊ gradatiȝ
ꝓcedit licinij ad exteriora expulsio, ⁊ sic cū totalis fuerit fcā
vene vel arterie īcarnatio silr̄ ⁊ licinij fcā erit total̃ expulsio.
Ait Raß.13.ɔ̄ti.dico ꝙ nō est nec̄iū iponere liciniū loco alte
rius ne ꝓhibeat glutiationē. qm̄ caro q̄ gn̄at̃ semꝑ expellit
liciniū paulatim paulatim: quotiēs gn̄at̃ ⁊ crescit: neq̧ hoc:
vt dicūt.est minꝰ possibile nāe q̄ȝ sit frusta ossiū: ⁊ alia silia:
ꝑ vulnꝰ ex̄ expelleret sic̄ multotiēs ip̄a facit. ¶ Si v̄o soluta
ligatura post tertiuȝ diem medicamē ꝑ seip̄m ceciderit.dixit
Gal.ingre tūc cū digito vtrū de medicamine intꝰ aliqd remā
serit. ⁊ si sic dimitte: attñ supra illud cuȝ eodem medicamine
adde. ¶ Dixit.A.stringe supra medicinas restrictiuas pul-
uerizatas raro: ita nō sepe: q̄ sepe ñ dʒ solui ligatura ⁊ amo
ueri medicina apposita: vt alia apponat̃. Uoluit ergo Gal. ⁊
silr̄ alij volūt.ꝙ siue ceciderit medicamē siue nō siue remāse
rit de eo siue nō tꝑe solōnis ligature: esse iteꝝ de medicamie
apponēdū ⁊ hoc tādiu faciēdū esse q̄ȝdiu caro gn̄et̃ tāta ꝙ

Situatio mēbri a q̄ fluit sanguis q̄lis ɔ̄ esse.

vulnꝰ vene vel arterie ea coopiat̃.post illud curādū ē vulnꝰ
carnis: vt cetera vulnera. ¶ Et medicine q̄dē sanguinē con
stringētes: q̄dā sūt simplices: ⁊ q̄dā ɔ̄posite. Et ex ɔ̄glutinā
tibus simplicibꝰ.dixit.A.q̄rti q̄rta est gipsuȝ ablutuȝ: de q̊
dixit Raß.13.ɔ̄ti.dico ꝙ gipsuȝ cū albumie oui adheret cor
pori: ita ꝙ nō pōt remoueri ab eo nisi cū lima. A.aūt subdit
⁊ glutinū decoctū.i.viscꝰ decoctꝰ vel glutē de corijs bonum
decoctū cū aq̄. Et subdit.A. ⁊ amilū ⁊ puluis molēdini siue
farina volatilis ⁊ gūme.s.gūmi arabicū ⁊ dragagātū ⁊ thꝰ
pingue ⁊ rasina ⁊ terra stremꝰ.i.terra stelle: pro qua ponit̃
gipsum. Et de ɔ̄ferētibꝰ valde est terra sigillata. glutinat.n.
⁊ fluētē sanguinē sistit. Et dixit Aui.ꝙ rane ƀm ꝙ dr̄ sūt hu
ius gn̄is.s.puluis eaꝝ exiccataꝝ. ¶ Et de medicinis exicca
tiuis q̄ ɔ̄ueniūt ēt in gn̄atiōe carnis ⁊ ɔ̄solidatiōe carnis.di
xit.A.sunt aloes ⁊ cortex thuris ⁊ grana passulaꝝ valde cō
trita ⁊ galle cū oleo cōbuste: ita ꝙ qñ ɔ̄plet̃ earū inflāmatio
extinguant̃ ⁊ papirꝰ adustꝰ resina.s.sicca ⁊ scoria ferri ⁊ ster
cus eq ⁊ stercꝰ asini adustū ⁊ cinis ossiū nō ablutoꝝ: qm̄ ab-
luta ꝓhibēt glutinationē.s.labioꝝ separatoꝝ ⁊ spōgia no-
ua submersa in oleo aut vino adusta ⁊ pili adusti dr̄.n.ꝙ pi
li vsti suppositi loco: de q̊ emittit̃ sanguis icidūt cuȝ oīno. ⁊
de ɔ̄ferētibꝰ vtilr̄ est cinis ossiū cruris bouis ɔ̄bustoꝝ: ⁊ ci-
nis ligni q̄rcus vel mirti: ⁊ cinabriū cū pilis leporis ⁊ albu-
mine oui: ⁊ galle incēse vt fiāt sic̄ carbo ⁊ in aceto extincte: ⁊
coriādrū torrefactū ⁊ vulneri suppositū est vtile. ¶ Medici
ne āt ɔ̄posite pn̄t mlt̄e fieri ex medicinis glutinatiuis ⁊ eaꝝ
silibꝰ. Et silr̄ pn̄t fieri multe ex dictis medicis exiccatiuis: ⁊
eaꝝ silibꝰ. ⁊ silr̄ ex medicis glutinatiuis ⁊ exiccatiuis sil̃ ad-
inuicē mixtis. De q̄bꝰ dixit Gal.5.de inge.sa.ꝙ laudabilior
eaꝝ.s.ɔ̄positaꝝ est illa quā ipse opabat̃ in restringēdo san-
guinē de pelliculis cerebri fluētē: ⁊ est thus alicuiꝰ pōderis
qđcūq̧ sit illud ⁊ aloes medij pōderis puluerizatꝰ ⁊ cū albu
mine oui tēperatꝰ donec ad mellis spissitudinē veniant: ⁊ in
vellere leporino.i.in pilis velleris inducta suꝑ vulnꝰ vene vl̄
arterie posita. Et dixit Gal.meliorē.n.medicinaꝝ hac nulla
tenus inuenire potui: ⁊ miror si meliorē aliqs iueniat q̄ȝ sit
illa. thus pinguosū in restrictione sanguis opat̃ duplr̄.s.sua
viscosa sb̄a orificiū vene obturante ⁊ sua moderata siccitate
aliq̄ȝtulū in vulnere carnē gn̄ante. aloes v̄o vno mō opat̃.s.
multa sua siccitate ꝑtes solutas incarnādo ⁊ soluēdo. multa
enim siccitate eget̃ ad incarnādū mēbra que nō sunt mollia
q̄lia sunt vene. Et q̄ thus duplr̄ ɔ̄uenit: iō de eo pōit̃ duplū
ad aloes qđ tm̄ vno mō ɔ̄uenit. Et fortasse ēt pōdꝰ aloes di-
midiat̃ ad pōdꝰ thuris ne fortasse sua nimia siccitate carnis
impediret gn̄ationē: ⁊ sub his pōderibꝰ auctor ɔ̄pēdij etiaȝ
hāc posuit medicinā Gal. cū subsequēter hac medicina sub
diuersis tꝑibꝰ medicauerit. Et ait.hāc medicinā diuersimo-
de facio. nā aliqñ pono duas ꝑtes thuris: ⁊ vnā aloes: vt di
ctum est: ⁊ aliqñ pono de eis equalr̄: ⁊ aliqñ pono de aloes
plus q̄ȝ de thure: ⁊ hec diuersitas ɔ̄pōnis eiꝰ pōt ɔ̄tingere ex
duobꝰ ꝑmo ex intētione sūpta a vulnere: ⁊ eius accn̄te.s.ip̄o
fluxu. nā si intētio fuerit magis ad ip̄m fluxū ɔ̄stringēdum:
tūc ponit̃ plus de thure. Et si intētio fuerit maior ad incar-
nādū tunc ponit̃ plus de aloe: ⁊ si intētiones ꝑdicte fuerint
eq̄les: tūc ponit̃ de eis equalr̄. Scd̄o ɔ̄tigit dicta diuersitas
ex diuersitate corpoꝝ vel mēbroꝝ in ɔ̄plōne ipsoꝝ. nā dixit
Gal.in corporibꝰ durioribus maior q̄ȝtitas aloes ponat̃. in
mollioribꝰ v̄o maior q̄ȝtitas thuris.sup. ⁊ in tēperatis pōat̃
de eis equalr̄. ⁊ pn̄t predicta duo diuersificātia adinuicē cō-
poni sicut si fuerit maior intētio ad incarnādū ⁊ fuerit corpꝰ
vel mēbrū siccū duꝝ: tunc adhuc amplꝰ dʒ apponi de aloe:
⁊ si fuerit ecōuerso amplius de thure. Et dixit Gal. aliqñ lo
co thuris pono puluerē eius.s. minutum ⁊ thus ⁊ cortices
eius: ⁊ hoc erat qñ intētio ad incarnādū erat fortis: ⁊ intē-
tio ad sistēdū fluxū debilis i corpore ⁊ mēbro duro: qm̄ pul-
uis ⁊ cortex durꝰ sicciores sūt potētiores ad incarnādū. Cuȝ
ergo vis medicamē viscosū ⁊ opilatiuū facē. dixit Gal. elige

Medicine simplices sāguinem ɔ̄stringentes.

Medicine ɔ̄posite sanguinē ɔ̄stringentes.

thus gũmosũ ⁊ albũ qđ nõ frãgit̃ cũ dẽtibus cuꝫ cõprimit̃ sed glutinari vr̃ sicut mastix. Almã.tñ in septimo p̃dicto medicamini addit sanguinẽ draconis:q sua viscositate incarnet vt aloes. Et dicunt.medicamen hoc Alm̃.est optimũ:⁊ qñ q̃rit̃:incarnatio plusq̃ꝫ ꝯglutinatio ẽ meli⁹ eo qđ posuit Ga. medicamen tñ Gal.est meli⁹ eo qñ amplior q̃rit̃ glutinatio. Et Raſ.in diuisionibus.p̃dicto medicamini Alm̃. addidit sarcocollã:q2 ꝯfert ꝯglutinãdo ⁊ incarnãdo. Quidã detrahunt ab hoc medicamine olibanũ. ℂ Et de vtilib⁹ i hoc casu est medicamẽ factuꝫ ex gũmi arabico ⁊ aloes.añ. ptẽ.i.⁊ thure pinguioso.p.ij.qm̃ ꝯstringit sanguinẽ fluẽtẽ.ẽt ex arteria incisa cũ puluerizant̃ subtilissime ⁊ supponunt̃. Et qdã affirmãt solũ puluerẽ gũmi arab.sãguinẽ ex arteria fluẽtẽ sistere. ℂ Dixit Raſ.vbi.s̃. ꝙ medicine dictoꝝ medicaminũ debent esse trite sicut puluis ⁊ subtilissime sicut terunt̃ q̃ ponunt̃ in alcohol:⁊ hoc vt meli⁹ adinuicẽ misceant̃ ⁊ melius hereãt vulneri.⁊ qdã eis vtunt̃ i ꝑmixtis albugini oui ⁊ suꝑ aspgẽtes eas. Alij aũt volũt. ꝙ debeãt cum albumine oui tẽperari vt melius ꝑ ipm̃ incorporent̃:⁊ iuuent̃ ad inuiscãdũ cũ glutinosa sũt:⁊ tũc debẽt tẽperari vt ad s̃bam mellis deueniant:qm̃ si nimis essent liquide añ t̃pus laberent̃ a vulnere ⁊ si nimis essent spisse nõ bñ adhererẽt ei:⁊ i tali medicamine dꝫ inuolui ꝓm Gal.stuellũ de pilis leporis.qm̃ pili leporis hñt quãdã viscositatẽ q̃ iuuãt in ꝯglutinãdo. ⁊ hñt siccitatẽ qua iuuãt in incarnãdo. Et Raſ.dixit.vbi.s̃.ꝙ sumant̃ pili leporis:aut gazel:aut tela aranea: aut vt dixit Alman.sumant̃ fila ex lino subtilia minutatim incisa ⁊ melior eis est rasura pãni linei vetustissimi. Et. A.dixit. ꝙ fiat liciniũ de pilis leporis:aut tela aranee:aut subtili coto: aut pãno lini veteri. Quidã dicũt.plus oib⁹ valere lanuginẽ adherentẽ cortici castaneaꝝ grosso ex ꝑte interiori eius cuꝫ ex ea ⁊ medicaminib⁹ supradictis fit sicut liciniũ ⁊ iponit̃ vulneri:qm̃ q2 multũ inuiscat ⁊ ꝯsolidat mirabilr̃ fluxuꝫ sanguis stringit. Et alij dicũt.ꝙ ꝯsilr̃ valet lanugo accepta ꝑ abrasionẽ ab intrinseca ꝑte corioꝝ siue corrigiaꝝ. ℂ Medicamen qđ ꝯglutinat ⁊ incarnat.℞.olibani masti.⁊ san.dra.añ.ʒ.ß. boliar.ʒ.i.radicis ꝯsolide maioris ⁊ roſ.añ.℈.i.colofonie.ʒ.iij.puluerizent̃ subtilissime. ℂ Aliđ qđ ẽ peroptimũ.℞. gallaꝝ torrefactaꝝ boli ar.añ.ʒ.i.olibani aloes masticis sãguinis drag.piloꝝ leporis minutatim icisoꝝ.añ.℈.i. fiat ex eis puluis subtilissim⁹. ℂ Qꝫ si ꝑ curationẽ dictã cũ glutinatiuis ⁊ incarnatiuis flux⁹ nõ restringit̃:tũc ꝯuenit vt cũ medicinis dictis misceant̃ aliq̃ ex medicis causticis. Et de ꝯuenientib⁹ ad hoc est medicamẽ Gal.4.catagenis.℞.balaustiarũ.ʒ.iij.alumi.ʒ.i.cuparose.ʒ.ß.puluerizent̃ optime ⁊ suꝑaspergant̃. ℂ Dixit. A.de medicinis exptis pl̃i iuuamẽti ex illis q̃ narrauit Gal.est vt sumant̃ colcotar.ʒ.xx.thuris minuti.ʒ.xvj.aloes ⁊ glutini sicci.añ.ʒ.viij.arsenici.ʒ.iiij.gipsi vehemẽter triti vt atomi.ʒ.xx. misceant̃ ⁊ puluerizent̃ suꝑ liciniũ ⁊ suꝑ locũ:qm̃ ẽ mirabile. ℂ Dixit Alb.noiatio medicine fortis ad hoc.℞.calcis viue calcãt.sãgui.drag. aloes gipsi ypoquistidos tritoꝝ vt alcohol.añ.p.eq̃les:deinde fila incisa in albumine oui mixta in p̃dicta medicina inuoluant̃ ex qb⁹ vuln⁹ ipleat̃:⁊ ea q̃ sunt in ipsi⁹ circuitu p̃dicto puluere aspgant̃ ⁊ ad vltimũ loc⁹ liget̃. ℂ Medicamẽ Albu.bonũ.℞.thuris.p.i.san.dra.p.i.ß.calcis viue. p.i.tertiã. ℂ Et Aui.ꝑmi 4ª cap⁰ de flõia posuit ad hoc medicamẽ optimuꝫ qđ fit ex thure aloe sang.dra.myrra. vitriolo plumbo vsto. ℂ Et qdã inter hec medicamina noiant puluerẽ reupontici ꝯfectũ cũ succo raphani asserentes ꝙ sistit fluxũ sanguinis. ℂ Et qñqꝫ est necessarium ꝯmixtiõi causticoꝝ cũ stipticis ⁊ glutinatiuis ꝑmiscere narcotica. Et ex hmõi ẽ medicamẽ qđ scribit̃.13.ꝯti.℞.alo.corticũ.thu.añ.p.i.vitrioli.par.vnius tertiã.carte cõbuste tãtũdẽ luti sigillati.p.vni⁹ tertias duas. opij.p.ß.terant̃ ⁊ iponant̃ vulneri:⁊ supponat̃ tela aranea: deinde inuoluant̃ pili leporis in albumine oui ⁊ supponant̃ deinde ligatio suꝑ eos fiat firma:⁊ nõ dꝫ solui iuxta posse ꝓ

Medicine caustice qñqꝫ sũt necie vt cũ glutinatiuis ⁊ stipticis misceantur.

Medicine narcotice qñqꝫ sũt necessarie vt alijs misceantur.

prie in hyeme:in estate nõ dꝫ tm̃ tardari ipsius dissolutio ex violẽtia caliditatis. ℂ Qꝫ si nec ꝑ hãc viã restringit̃ fluxus sanguis nec̃iũ est deuenire ad medicinas causticas puras q̃ escarã suꝑ locũ inducũt q̃ mediãte sistunt sanguineꝫ. Gal.tñ cõparãs inter istas medicinas ꝯglutinatiuas ⁊ icarnatiuas. dixit.meli⁹ est vt apponat̃ medicamẽ opilãs ⁊ inuiscans q̃ꝫ qđ corticẽ siue escarã gñat:eo ꝙ medicamẽ opilans ⁊ inuiscans cito carnẽ in vulnere gñat ⁊ opat̃ p̃ter vllã molestiam ⁊ caro ꝑ eam gñata securitatẽ facit de nõ redeũdo fluxũ sanguinis:q2 firmiter ⁊ ꝑfecte orificiũ claudit:sꝫ medicina incẽsiua caustica nõ opat̃ absqꝫ molestia:imo molestiã ⁊ dolorẽ inducit:sanguinẽ tñ sistit:sꝫ nõ assecurat a reditu flux⁹:q2 cũ nullã carnẽ in loco gñet:sꝫ solũ corticẽ:cũ cortex ille ceciderit fluxus redibit:imo ⁊ timorẽ inducit de reditu fluxus intẽsioris eo q ꝑius erat:⁊ hoc idẽ q2 medicina escare iductiua de carne p̃existẽte diminuit q̃ꝫtitatẽ illã ꝯuertẽdo in escarã. q̃re amota escara vulnus ⁊ vene orificiũ maius remanet q̃ꝫ ante foret.q̃re elargato vulnere flux⁹ succedit amplior ꝑmo: ⁊ aliqñ incessabilis ⁊ icurabilis sequit̃: suspitio ergo hr̃ nõ ꝑua in restringẽdo sanguinẽ cũ hmõi medicina. Quare bñ dixit Gal.ꝙ q vult artificialr̃ opari flux⁹ sanguis restrictionẽ primitus oĩa fluxũ sanguis restringẽtia ingrat ⁊ eligat ex eis illa q̃ secure ⁊ p̃ter vllã molestiã sanguinẽ stringũt:⁊ cuꝫ istis opat̃.cũ his v̊o q̃ cũ timore ꝯstrigũt nõ opet̃ nisi necessitate coactus:⁊ cũ alia nõ ꝯtulerint. Et ego dixit Gal. ignoro locũ in quo coacti rẽ incẽsiuã vel igneꝫ apponamus:nisi dũ sanguis exierit ꝑꝑ rasurã ab humorib⁹ corrosiuis inductã:vel ꝑꝑ putrefactionẽ.sup.vel ꝑꝑ hũiditatẽ malã.i his.n. casibus ad ꝯsumẽdũ illos humores corrosiuos siue carnem putrefactã vel humiditatẽ malã possum⁹ vti medicinis causticis. ℂ Dixit. A.strictura.i.restrictio sanguis cũ escara fit qñ magnificat̃ timor qm̃ escara est velocis eradicationis ex se:⁊ ex quolibet resistẽte ⁊ eruptiõe sanguis:⁊ q̃libet aliarũ causaꝝ:vñ qñ cadit escara redit timor nou⁹ de maiori fluxu sang.qm̃ cauteriũ carnẽ diminuit ⁊ orificiũ elargat. Ueꝝ vt dixit auctor ꝯpẽdij.medicina incẽsiua possibile est vt citius sanguinẽ stringat medicia glutinatiua vel exiccatiua. q2 corticẽ nebulosũ cito desuꝑ facit. ℂ Propter dicta notãduꝫ est ꝙ a medicinis incẽsiuis desistendũ est quousqꝫ fuerit excusatio ab eis:⁊ cũ nõ fuerit excusatio:qn administrent̃:tũc administrent̃ primitus ꝑmixte cũ glutinatiuis ⁊ exiccatiuis q̃ꝫ pure.⁊ siue pure administrent̃ siue ꝑmixte vt non velociter escara decidat nec̃ia est cauterizatio fortis:⁊ p̃cipue in fluxu san.arteriali vt grossa ⁊ firma causet̃ in loco vt diutius suꝑ loco ꝑmaneat:⁊ hoc idẽ faciẽdũ est cũ curatio fluxus sang. fit ꝑ cauteriuꝫ actuale.⁊ ꝑꝑ illud dixit. A. p̃ceperunt medici vt fiat cauteriũ cũ ferro vehementer ignito ⁊ ꝓfunde: ita vt faciat escarã ꝓfundã ⁊ grossam cui casus nõ sit facilis: sꝫ cadat in t̃pe lõgo in quo verisilr̃ sit ꝙ iã sub ea caro gñata sit. nõ ergo dꝫ fieri:vt ibi dixit Aui.cauteriũ suꝑficiale ⁊ debile: qm̃ ex debili ꝓueniũt escare debiles q̃ cadunt ex q̃libet cã:⁊ cũ hoc facit accidere saniẽ ⁊ calefacit vehementer: q̃re est cã attractionis mãeꝝ ad locũ. Cauteriũ v̊o forte implet cũ escaris fortib⁹ ⁊ remouet rupturã ⁊ detumescere eã facit ⁊ extrahit eã:⁊ cõsilr̃ debẽt esse escare facte a medicina incensiua.s. grosse ⁊ ꝓfunde.ꝑꝑ qđ dixit Gal.vbi.s̃.ꝙ medicina incensiua nõ solũ dꝫ esse calĩa vstiua absolute:sed bonuꝫ est vt sit stiptica.i.sicca vt ꝑ calĩatẽ vrat carnẽ:⁊ hoc sua caliditate:⁊ ꝑ siccitatẽ suã inspisset eã ⁊ faciat eã adherere vt herẽs diuti⁹ iuuet̃. ℂ Et auctor cõpẽdij dixit.cũ opari volueris medicinã incẽsiuã sic est calx viua sandaraca erugo eris arsenicum sulphur:⁊ silĩa.misce cũ ea stiptica sicut gallã aut elige ex incẽsiuis ista q̃ hec nãlr̃ faciũt:sꝫ cũ incẽdũt cũ stipticitate siue ꝑmixtiõe alioꝝ sicut vitriolũ calcãtũ:⁊ silĩa. q̃ enim medicina incẽsiua mixta ẽ cũ stipticis aut ꝑ se stiptica ẽ cortex quẽ gñat ad cadẽdã morat̃ ꝙ magnũ faciat adiutoriũ: q2 ꝑiusq̃ꝫ cortex cadat caro gñat̃ sub ea ⁊ vulnus solidatur.ergo lꝫ

Medi... ne cau... ce pu... qñqꝫ... necess... tñ nõ... tũ ciui...

Venenaut arterie in cise sui nõ debent.

corticē grossū gn̄aueris nō festines. dixit Gal. cortices aufer
re dubiū ē ne ip̄is añ tp̄s ablatis fluxꝰ redeat. ¶ Mediciaꝝ
causticaꝝ: q̄dā sūt simplices: ⁊ q̄dā ꝯposite: ⁊ haꝝ ambarū:
q̄dā sūt debiles: ⁊ q̄dā fortes: ⁊ q̄dā sūt stiptice: ⁊ q̄dam nō.
¶ De medicinis nō multū fortibꝰ. dixit Gal. sūt calcadis vi
triolū ⁊ calcātū q̄ oīa sunt sp̄es attramēti. ⁊ dixit. hec aliq̄n
incēdunt ⁊ corrosiūt siue vrunt: ⁊ aliq̄n nō: ⁊ hoc ꝫm diuer/
sas intētiones. nā nō vsta sūt magis acuta. vsta v̄o minꝰ. ita
ꝙ ꝫm diuersas nās: ⁊ ꝫ diuersas dispōnes vulneris vtunt
eis vstis vel nō vstis. Et dicūt q̄dā siliť. q̄nq̄ꝫ lauant: ⁊ q̄nq̄ꝫ
nō: ⁊ nō lota sūt acutiora. lota v̄o minꝰ acuta. Et dixit Gal.
medicamē qđ fit de calce viua fortiꝰ est ceteris incēsiuis: sed
nō est stipticuꝫ: ⁊ iō cortices quos gn̄at sup vulnera cito ca/
dūt. calx eniꝫ dixit Aui. est cauteriū in quo nō est stipticitas
de q̄ sit curādū. ⁊ dixit. illud qđ gn̄at escaras cū cauterio ha
bēte stipticitatē est lōgioris fixionis ⁊ ꝓfūdioris. ⁊ dixit. ꝙ
fimus asininꝰ: cuiꝰ succꝰ est sb̄a stercoris eius sunt de illis q̄
aggregāt ad cauteriū acuitatē ⁊ glutinationē. ¶ De medici
nis aūt causticātibꝰ tēperatis boni regiminis est vt sumatur
albumē oui ⁊ aggregeť cū calce nō extincta ⁊ inuoluanť cū
eis pili leporis aut ei siliā: ⁊ ponanť sup locū ⁊ stringantur:
⁊ est hoc medicamē Raſ. 13. ꝯti. ⁊ dixit Auer. de bonis ꝑue
niētibꝰ ad vltimū est vt sumanť ciminū ⁊ calx ⁊ ponanť sup
locum ⁊ stringať: ⁊ q̄nq̄ꝫ superadditur eis colcotar ⁊ grana
draganti in hoc loco sunt hn̄tia stipticitatem cum cauterio.
¶ Scđa āt intētio ꝑncipalis est ꝯiūctio ꝑtiū solutarū. dixit
Gal. vbi. s. iplet q̄n extrema. i. labia ꝯiūgunť cū manu aut
ligamēto manifesto. si ī manifesto fuerit. i. extrinsecꝰ aut cuꝫ
stiptica ⁊ frida medicina. ⁊ hoc siue fuerit itrinsecꝰ siue extri
secus. ¶ Nō āt sunt ꝯiūgēda extrema vene vel arterie cū su
tura: vt q̄dā iā dixerūt. nā dixit Gal. qđ aduenit i arteria vel
vena nō ꝑt sui. Et cā huiꝰ duplex est. vna est ꝓpria vene: ⁊ est
ꝙ tunica vene est subtilis ⁊ frāgibilis: ⁊ iō si suanť extrema
eius ꝑ fili suturā frāgunť: ⁊ mōstrať q̄ inde vulnꝰ eius non
minuiť. ¶ Scđa cā est cōis vene ⁊ arterie lꝫ magis appro/
prieť arterie: ⁊ ē q̄m ꝑ suturā ꝯiūgūť extrema vene ⁊ arte/
rie cum illa extrema sint dura ⁊ ligamēta sint tenuia ⁊ exan/
guia est ꝙ ipsa adinuicē nō pn̄t icarnari: sꝫ remanēt disiun/
cta: q̄uis sint fcā vicina: iōq̄ꝫ si tp̄e ꝓcedēte soluať ligatura
remanēt statim extrema disiūcta ⁊ redeūt ad ꝑstinā distātiā:
⁊ hoc maxime ꝯtingeret in arterijs cū sint magis dure ⁊ mi
nus incarnabiles. De mō āt ꝯiūctiōis labioꝝ vulneris dcm̄
est supra sufficiēter. ¶ Tertia aūt intētio ꝑncipalis q̄ est ad
diuertēdū sanguinē ad alia loca ꝯpleť tractu situationis ad
alia pulsu ⁊ transmissu a loco: vn̄ fluit. De mō tractus. dixit
Gal. vbi. s. ꝙ fluxꝰ sanguis a loco duobꝰ modis deriuať ad
alia: quoꝝ vnꝰ dr̄ methasis. i. mutatio purgatiōis. est. n. di/
uersio alicꝰ mãe fluētis ad ꝑtē aliā vicinā ex q̄ euētur. q̄n. n.
mā euať a ꝑte vicina mā q̄ ꝑus euabať ex ꝑte eius restrictio
q̄re ꝑ viā cuiusdā sequele diuertiť ab ea ad partē vicinā. q̄re
nō fluit postea ad eā: ⁊ sic dr̄ esse. alꝭ. recte q̄dā imutatio euo
nis. ¶ Alter modꝰ dicit Gal. antipaſ. dr̄. i. ꝑ oppositā ꝑtem
purgatio. hi. n. duo modi vlꝛ oi fluxui vndecūq̄ꝫ fluat subue
nire videnť. Primꝰ tn̄ modus fit ducēdo ad vicina loca sicut
q̄n sanguis ex ore fluēs mutať ad nares. Et sicut dixit Aui.
de vesica ad matricē vel ecōuerso. alter fit ducēdo ad opposi
ta ⁊ lōginq̄: sic cū mutať sanguis fluxꝰ ex supioribꝰ ad iferio
ra vel ecōuerso. ¶ Et dixit Gal. ꝙ iplētia ꝑdictos modos sṫ
flōmia vētosatio ligatio dolorosa: ⁊ siliā. A. v̄o dixit. diuer/
sio q̄nq̄ꝫ fit cū attractiōe ad ꝯriū ꝑter ꝙ fiat sanguis exitus
alius sicut cū ponunť vētose supra epar ⁊ remoueť fluxꝰ san
guinis ex nare dextra aut fit ei aliꝰ exitꝰ: sicut cū flōmať pa/
tiēs fluxū sanguinis nariū ex manu ꝑtinēte nari a q̄ fluit sā/
guis vel ex opposita ꝫm plenitudinē corporis: flōmia tn̄ q̄nq̄ꝫ
fieri dꝫ stricta. i. cū ꝑuo orificio vt ꝯseruet sp̄ūs ⁊ nō resolua
tur virtus. dꝫ esse stricta q̄ ꝑua: q̄ paꝝ sanguis est ex̄hēduꝫ
in vice: ⁊ si necesse est dꝫ ꝑtiri ad multas vices extrahēdo de

Venēaut arterie in cilesui nō debent.

sanguine antea paꝝ q̄si ad q̄ꝫtitateꝫ vnius cifi q̄n plenitudo
magna esset in corpore ⁊ flōmia fieret in ꝑnͦ: in q̄ casu posset
fieri flōmia copiosior. Illud qđ ꝓhibet motū sanguis ⁊ ipiꝰ
penetrationē ad locū vn̄ fluit retinēs ip̄m sine alio exitu. di/
xit Aui. est illud qđ diuertit ad oppositū ⁊ fit ista talis diuer
sio sine alio exitu aut ꝑꝑ cām ignietē. i. ꝑꝑ rē calefaciētē pro/
prie fortiter applicatā ꝑti opposite ꝑti a q̄ fluit: q̄lis est medi
cina rubificatiua vesiccatiua vel caustica illi ꝑti opposite ex/
terius applicata: nā rōne caꝉatis eiꝰ est attrahere: ⁊ rōne do
loris quē infert sanguis diuertiť ad ꝑtē illā. ⁊ desinit fluere
ad ꝑtē vulneris vene: ⁊ ad hāc cām calefaciētē reducunť vē/
tosatio sine scarificatiōe: fricatio fortis: positio illius ꝑtis in
aqua valde caꝉa: ꝯꝑssio dolorosa: ⁊ ligatio dolorosa. De liga
tione dixit Raſ. 14. ꝯti. dico iuxta ꝙ vidi ꝙ ꝑceperunt aliq
antiq medici ꝙ ligatio fiat de vola manꝰ vsq̄ꝫ ad asellā ⁊ de
vola pedis vsq̄ꝫ ad inguen: silꝛ iuxta ꝙ intellexerūt moder/
ni est pctm̄ magnū: q̄m totū ꝓpositū qđ in hoc ⁊ in ista liga
tura est vt retineať sanguis suꝑabūdās in his venis: vn̄ si li/
ganť oēs iste augmētabiť fluxus sanguis q̄n infestať totus
sanguis ad locū strictū: sꝫ dꝫ ligatio fieri penes ascellā ⁊ di/
mittať totū adiutoriū cū toto brachio absq̄ꝫ ligatione: q̄m ꝑ
ligationē factā in tali ꝯditione vene replebunť de sanguine
superabundāti ⁊ durabiliter ⁊ diminueť fluxus sanguinis
exinde necessario. Aut sicut dixit Aui. ꝑ cām stupefacienteꝫ
⁊ multū infrigidātē que cā stupefaciens aut est medicina. s.
multū frigide sūpta interius aut applicāda exterius nō sup
loco fluxus sed supra illū in circuitu maxime ex ꝑte a q̄ fluit
q̄ ingrossando sanguinē ⁊ ꝯstringēdo venas ꝓhibent ipsuꝫ
trāsire ad locum vulneris ⁊ exire. Sicut dixit Ipo. 5. affo. in
his dꝫ vti frido: vn̄ sanguis manare futurus ē nō supra ea:
sꝫ circa ea ex q̄bus v̄bis maxime accipiť ꝙ talia frigida ap/
posita in circuitu ꝯueniūt: maxime añq̄ꝫ sanguis erūpat: vel
q̄n añ fluxerit ⁊ cessauerit ⁊ timeať ne redeat. cōuenirent ēt
stāte fluxu ꝑmissa dimissiōe sufficiēti. Et ista hmōi frida ēt sā
guis fluxū restringūt posita sup loco: vn̄ fluit: ⁊ talis modꝰ
reduciť ad que. s. cū frigiditate haberēt stipticitatē oꝑarenť
ēt trāsmissum: veꝝ q̄ actu frida vulneri sunt mordētia non
debēt absq̄ꝫ medio supponi: q̄re implēdū ē vulnꝰ coto vel te
la aranea vel filis: ⁊ deinde supponēda sūt frida. ¶ Dixit āt
Aui. cā stupefaciēs est dispō corporis sicut sincopis: q̄ eniꝫ in
sincopi sic fit diuersio sp̄ūs ⁊ sanguis ad cor retineť fluxus
sanguis: ⁊ marie q̄ fluit ab exterioribus mēbris eo qđ in sin
copi: accidit ēt ip̄sa mēbra intrinseca infridari. ¶ De diuer/
sione fluxus ꝑ infrigidātia. dixit Gal. in eodē. 5. de ing. sani.
fluxus sanguis cessat cū totū corpꝰ refrigerať: ⁊ maxime mē
brū fixurā patiēs: vn̄ ꝫm hāc rōnē sanguis aque fride pota/
tione restringiť: ⁊ silꝛ si coto mixto aq̄ frigida fixure locus
infrigideť. ¶ Dixit auctor ꝯpēdij. aliq̄n subitanea aq̄ fride
potatio. alꝭ. bibitio sanguis fluxū restringit. Et dixit. vidi i
quodā minuto sāguinē fluere cui ꝑcepi vt niuē sibi appone/
ret ⁊ liberatꝰ est. ¶ Dixit Raſ. 14. ꝯtin̄. relatū est mihi ꝙ in
q̄dā muliere incisa est vena labij q̄ curata est vt abscindereť
sanguis ⁊ nō cessauit. Vn̄ q̄dā portādo secū niuē dabat sibi
ꝑticulā vnā post aliā: donec stupefactū est os eius: ⁊ retenta
est ex inde manatio sanguis: vn̄ vtendū est ea in oibus locis
ad supponēdū eā in oi mēbro ⁊ vena: de qua emanat sāguis
q̄m corroborat ⁊ ꝯdēsat: ⁊ subdit: ꝙ dꝫ infrigidari mēbrū:
donec virescat ⁊ stupefiat. Et subdit ēt. i fluxu sanguinis ve
hementi dꝫ applicari gn̄aliter nix collo ⁊ capiti ⁊ fieri dꝫ in/
gressio in aquā niuis. donec virescat totū corpus: eo ꝙ inci/
dit emissionē sanguis valde. ¶ Et Auic. dixit. ꝙ diuersio ꝑ
rē infrigidantē valde fit vt in potu denť stupefaciētia. i. val/
de infrigidātia q̄ exponūt corpꝰ frigori. i. effectui frigoris q̄
sunt sanguinē ingrossare motū ipsius ꝓhibere vias ꝯstrige
re ⁊ sanguinē retrocedere facere: ⁊ hmōi siliā q̄bus sanguis
retineť. ¶ Notāt ꝙ in vulneribꝰ extrinsecis frigida appro/
ximata interius ⁊ exterius sup loco: ⁊ in circuitu eiꝰ iuuant

Stupefacientia ⁊ actu ffa supra locū vulneris nō āt sup locuꝫ cōferūt. ⁊ ēt intus sumpta.

in retẽtiõe sang. fluẽtis ex eis. In fluxu võ sãguis ex venis intrinsecis ꝯueniũt frĩda iteriꝰ sũpta approximata võ exteriꝰ nõ semꝑ ꝯueniũt: imo aliqñ ipm augmẽtãt: vt dixit Gal. eodẽ .5. de ige. sani. Uñ dixit auctor ꝯpẽdij. aliqñ ꝑꝑ friditatez extrinsecoꝝ frigidoꝝ appositoꝝ vene iteriores implẽtur repulso sanguie ad iteriora: ad quaꝝ ipletionẽ seqtur fluxꝰ sanguis. s. acutus: q̃re dixit ipse: opꝫ te hãc rõnẽ bñ ꝑscrutari vt cũ fluxũ frigidis ex approximatis augmẽtari videris ilico frĩda auferas: vidi eniꝫ plĩm fluxũ de pulmõe manãtẽ infrigidato pectore augmẽtari: ⁊ qbusdã sanguinẽ multũ fluere vidi: q̃ stõ eoꝝ frĩda appõebant̃: ⁊ alijs vidi illud idẽ ꝑ nares fridis capiti appositis: q̃re dixit ipse. oꝫ mẽbra de qbꝰ fluit sanguis mĩme infrigidari: nisi p̃cedẽte flõmia ⁊ fricatiõe manuũ ⁊ pedũ ⁊ mẽbri. s. apposita ligatiõe ⁊ vẽtosa in vẽtre vl' ceruice opposita. his enim prius factis mẽbra vt caput ⁊ stomacus infrigident̃. ¶ Et notãt ꝙ cura fluxus sanguis ꝑ infrigidãtia maxime cõpetit qñ fluxus sanguinis a caliditate ꝓuenit: aut fuerit cũ caliditate ꝯiũctus. Ait eniꝫ Aui. 7. colliget. aliqñ ponimus frĩda repercussiua suꝑ mẽbrũ qñ fluxꝰ fuerit ex cal'ate. vbi eniꝫ caliditas ebullitionẽ in sanguinẽ fecerit nõ cessabit fluxus donec ebullitio sedet̃. ¶ Dicũt quidã. opꝫ ꝓcurare vt in vena a q̃ sanguis fluit ebullitio sanguinis penitus extinguat̃ cũ rebus frigidissimis appositis suꝑ loco: ⁊ cũ infrĩdatione ẽt totius corporis ita ꝙ ẽt balneatione in aqua veri frigoris. Et si post cessationẽ ebullitionis risus in vena a patiẽte sentiat̃ ilico succurrẽdũ est cũ supinfusione aq̃ frĩdissime suꝑ locũ: q̃ tã diu effundẽda donec ebullitio cessauerit ⁊ eger affirmet se neqꝫ ebullitionẽ: neqꝫ calorẽ sentire: ⁊ tũc plumaceoli de stupa vel coto in succis frigidis infusi ⁊ aliquãtulum exꝑssi loco superponant̃: ⁊ anteqꝫ calefiant remouent̃. ⁊ sic multotiẽs iteret̃. Succi aũt ad hoc cõueniẽtes sunt succus solatri nenufaris iusq̃ami lactuce plantaginis mãdragore semꝑuiue ⁊ siliũm ⁊ põt ex dictis succis fieri embrocatio epitima vel emplĩn. ⁊ hoc emplĩm dr̃ eẽ bonũ. ℞. folia solatri ⁊ folia iusq̃ami ana. M. i. ꝯterant̃ optie ⁊ incorporent̃ cũ farina ordei ⁊ aceto ⁊ duobꝰ vitellis ouorũ ⁊ actu frigidũ supponat̃. ¶ Dixit Auicẽ. fortasse accidit

Syncopis cõfert fluxui sãguinis.

sincopis. dicũt qdã. s. ex vsu nimio fridoꝝ. alij dicũt ex nimio fluxu sanguis. alij dicũt ex timore ⁊ cogitatiõe ad periculuꝫ seq̃ẽs ad fluxũ: ⁊ a q̃cũqꝫ cã fuerit retinet̃ ꝑ eã fluxus sanguinis: qm̃ in sincopi fit retractio sanguis ad cor ⁊ nõ descẽdit ad locũ vulneris vñ fluit. Quidã dicũt ꝙ ex nimio fluxu sanguis facies ifirmi dealbat̃ ⁊ exanguis apparet. deide sequit̃ sincopis cessante sincopi infirmo cibato. rursus regñatur: cũqꝫ regenerat̃ in aliqua notabili quãtitate ad venã ex qua fluere ꝯsueuerat fluxerit excitato calore: iteꝝ in ea ebullit vñ ⁊ fluxus redit imoderatus vñ ⁊ sincopiꝫat. ⁊ sic aliqñ ita succedit vt fluxus iste ꝑiodicus fiat. ⁊ tũc periodicꝰ effectus nõ nisi cũ magna difficultate curat̃. Et melior cura eiꝰ est cũ ligatura cõprimẽte que diu suꝑ loco dimittat̃. ⁊ cũ ad cõsũptionẽ fridoꝝ ebullitionẽ in sanguie fieri prohibentiũ.

al's cũ appositiõe.

¶ Per transmissum insuꝑ sanguis pellit̃ ad diuersum: de q̃ dixit Gal. vbi. s̃. ꝙ fluxus sanguis cessat vino põtico ⁊ oibꝰ stipticis medicis: qm̃ sunt que mẽbrũ cõfortãt cõfortatũ aũt ad se fluẽtẽ repellit mãm. ¶ De diuersiõe aũt sanguis ad oppositũ sine alio exitu. dixit Aui. ꝙ facere talẽ diuersionẽ est nocere membro. s. ad qõ fit diuersio: q̃ siue attractio fiat ad ipm cũ fricatione seu ligatione seu strictura. i. cõpressiõe seu vẽtosis siue medicis multũ calidis infert̃ ei nocumẽtũ ⁊ alteratiõis ⁊ doloris. ¶ Et sciẽdũ est ꝙ attractio ad diuersuꝫ nõ oꝫ fieri ad qõcũqꝫ mẽbrũ: q̃ꝫuis sit oppositum: sꝫ solũ ad mẽbrũ cõicantiã ⁊ colligantiã hñs cũ mẽbro a quo q̃rit̃ diuersio: ⁊ cũ hoc ẽt nõ ad qõcũqꝫ tale: sꝫ ad id cũ hoc qõ hẽat cõicationẽ ⁊ colligantiã cũ eo est situatũ in opposito illius sꝫ vnã diametrũ tm̃. Uñ dixit Aui. opꝫ vt sit mẽbrũ cõicãs. al's. sicut mẽbꝝ cõicari positũ ex mẽbro cognito. i. ex mẽbro a q̃ fluit sanguis suꝑ extremitatẽ linee vniꝰ ꝯtinuitatis inter

Diuersio sine exitu alio q̃ꝫtũ ꝯferat ⁊ a q̃ mẽbro icipi dẽat ꝓpinquo scꝫ. vel remoto.

dere adiutoriū ad collū: sꝫ fac egrū iacere supine ⁊ reprime/
re illud. ¶ Qꝫ si in ducẽdo manū vel digitos sup locū fractu
re eger inuenit pūctionẽ: tūc scias ꝙ ibi est satagia vel frustū
pūgẽs: q̄re oꝫ vt scindas cutẽ vsqꝫ ad locū frusti ⁊ ex̄he ipm
si fuerit ab osse separatū: ⁊ si nō fuerit separatū: sed teneat se
cū osse tūc igenia in abscisiōe eius cū aliquo incisorio. Uerū
tñ prius pone sub furcula aliqd̄ instr̄m subtile ligneū vel fer
reū planū: cuius lōgitudo ⁊ latitudo sit f̃m ꝙ videris expe/
dire ad opōnẽ tuā: ⁊ hoc instr̄m ponat̃ sub furcula vt cōser/
uet siphac pectoris a lesione. Extracto frusto si vulnus fue/
rit amplū: ⁊ securus fueris de supuẽtu apatis calidi tūc sue
labia vulneris ⁊ desup pone incarnatiua. Si ṽo vulnus fue
rit puū aut times apa calm̄: tūc iple vuln⁹ cū filis vel puluil/
lis: ⁊ si accidat apa calm̄ tūc infunde pānū in oleo rosarum
aceto ⁊ vino ⁊ pone sup ipm ⁊ ꝓcede in cura apatis ⁊ vulne
ris: sicut dictum est supra in gñali curatiōe fracture ossium.
De mō li gandi. ¶ Modus aūt ligādi furcule fracturā sine vulnere est vt po
nas sup locū empl̄m factū de albumine oui mixto cū pulue/
re ꝯstrictiuo q sic fit. ℞. boli ar. ʒ.i. masticis mumie draga/
gāti gūmi arabici. añ. ʒ.ß. ⁊ extẽde ipm supra plumaceolos:
quoꝝ vnus grossior ponat̃ sup loco ex ꝑte gule: ⁊ alius mi/
nus grossus ex ꝑte pectoris: ⁊ alius ponat̃ maior cōprehen
dẽs totū locū ⁊ ambos puluillos p̄dictos: ⁊ sup eis qdā ap
ponunt frusta solearū: ⁊ qdā astellas vt cōprehendant totā
furculā intra se: tūc habeas fasciā siue bindam lōgam ⁊ liga
voluendo fasciā sup collū ⁊ sub titillico eius sano: ⁊ sub titil
lico infirmo reducẽdo eā sup oẽm ꝑtẽ ꝓut videbis cōuenire
stringẽdo strictura decẽti q̄ nō remoueat̃. Et sub titillico ei⁹
infirmo pone pilā paruā si indiges ea. Bonū tñ est vt saltem
de nocte teneat eā ⁊ liga brachiū ad collū eius: ⁊ fac ipꝫ dor
mire ⁊ iacere sup dorsum suū ⁊ subtilia regimẽ eius: ⁊ opꝫ
dixit Alb. vt aspicias infirmū omni die ⁊ require ligaturaꝫ
⁊ si mollificat̃ ⁊ vides astellas iam remoueri: tunc rectifica
ipsam ⁊ stringe eā. Si autem inuenis ligaturā firmā dimit/
te eam vsqꝫ ad tres dies. ⁊ Albu. dixit. nō soluas si non acci/
dit in loco accñs ex pruritu: aut apate vsqꝫ ad. xij. dies: tunc
muta empl̄m ⁊ stringe ligaturam ⁊ dimitte donec restaure/
tur. restauratur autẽ ⁊ confortat̃ f̃m pl̄m in. xxviij. diebus.
⁊ quādoqꝫ in quibusdam hominibus in spatio minore illo.

¶ De restauratione fracture spatule. Cap. lxxv.



Dixit Raſ. 15. ꝯtiñ. locus largus spatule non
frāgit̃. supp. nisi parū vel raro. vt dixit
Alb. sed accidit fractura eius in ex̄mis ꝑtibus
ipsius. nō enim frāgitur ex ea nisi margo ipsius
⁊ fortasse non frangit̃ nisi in extremis eius nisi
ꝑticula pua. ¶ Dixit Aui. qñ accidit cognoscit̃ tactu ⁊ per
illud qd̄ sequit̃ eā de pūctura. Uerūtñ pl̄m accidit in ea scis/
sura quam significat asperitas que cognoscitur tactu ⁊ do/
lore loci ⁊ erit in loco q̄ꝫ modica inequalitas. Rasis autem
de fractura eius dixit. qñ frāgitur ꝯcaua fit ad interius ⁊ co
gnoscit̃ ex rotūditate inuẽta sub tactu qñ manus extẽditur
sup eā ⁊ cognoscit̃ ex stupore accidẽte in mẽbro attinẽte ei:
⁊ qñqꝫ est cum frustis pūgẽtibus: ⁊ qñqꝫ nō. ¶ Et ad curā/
dum eam: opꝫ oī ingenio subtilitate ⁊ industria manibus ꝑ
tractare ea impellẽdo ab iterioribus ad exteriora vt equet̃:
⁊ quādoqꝫ nō pōt equatio eius manibus ꝑfici sed egem⁹ vẽ
tosis positis sup eam ad attrahẽdum qd̄ cōcauū est ad exte/
riora. ¶ Dixit Auic. cura eius est subtiliatio manus ⁊ boni
tas cōueniẽtis impulsionis ab interioribus ⁊ bonitas equa
tionis. Et fortasse indiget ventosis f̃m ꝙ existimo donec re/
ducat̃ ad superiora ⁊ equet̃ cū cautela a nocumẽto in aggre
gatione materiei. s. q̄ possit attrahi ad locum ex attractione
vẽtose: quare appōnem vẽtose p̄cedere dꝫ euatio ⁊ diuersio.
¶ Opatio aūt cum manu sic dꝫ fieri: opꝫ ꝙ medicus cū vna
manu fortiter cōprimat super partẽ eminẽtẽ: ⁊ cum alia ma
nu trahat caput humeri f̃m lōgitudinẽ vt pars depressa ad
locum redeat: ⁊ qñqꝫ est necium adiutoriū ministri qui tra/
hat humerū: vt dictū est. Et medicus ambabus manib⁹ cō/
primat eminẽtiā. Facta equatione ponat̃ sup locuꝫ aliqd̄ de
emplis dictis in p̄cedẽti cap°. vt ibi dcm̄ est. ⁊ sup emplo po
nat̃ astella lata fcā ex tabula subtili ex ligno salicis qui sit f̃ꝫ
q̄ꝫtitatẽ spatule totius aut amplior parū ⁊ sup astellā ponan
tur ẽt plumaceoli: deinde liget̃. ¶ Et dixit Alb. si sub astel/
la est cōcauitas aliqua in loco spatule: tūc equa illā cōcauita
tem cū stuppa lini donec descẽdat astella f̃m equalitatẽ: de/
inde stringe desup cū albunāti. i. fascia lōga strictura decẽti
pro firmitudine astelle donec nō remoueat̃ a loco suo. Et di
xit. cōsidera ligaturā oī die ⁊ ꝯstringe eā quotiẽscūqꝫ molli/
ficat̃: ⁊ silr̄ ꝯstringe astellam ⁊ equa ipsam si mouet̃ de loco
suo ⁊ iaceat infirmus sup latus suū tūc dixit spatula restau/
ratur in. xxv. diebus: aut in. xx. qñcūqꝫ ergo cōplet̃ iste nu/
merus solue ligamẽtum. Dixit Auic. frustula spatule si sint
inquietātia ⁊ pungẽtia ledẽtia: tūc est necessariuꝫ extrahere
ea scindẽdo super locum ⁊ extrahẽdo: sꝫ si ipsa frustula sint
quieta nō pūgẽtia ⁊ nō ledẽtia equẽtur ⁊ ligẽtur.

¶ De restauratiōe fracture ossis thoracis. Ca. lxxvj.



Dixit Aui. casso. i. thoraci vel pectori accidit
scissio: sic accidit ligno: ⁊ accidit ei fra/
ctura ad iteriora. Dixit Alb. qñqꝫ frāgit̃ in me
dio eius ⁊ raro accidit istud. extremitas ṽo ei⁹
pl̄m frangit̃ ⁊ cōminuit̃: ⁊ qñ frāgit̃ ei⁹ mediū
ex accñtibus eius ꝙ declinat ad inferiora ⁊ accidit ei dolor
vehemẽs ⁊ difficultas in anhelitu ⁊ tussis ⁊ fortasse euenit:
i. expuit sanguinem. ⁊ declaratur cōcauitas in osse fracto ⁊
nō occultatur sensui. Jmo. dixit Aui. cognoscitur per tactū
auditum sonitu sensato: ⁊ fortasse inuenis eam manifeste: cu
ius due partes sunt manifeste ⁊ cum extensione doloris. ⁊ il
la vltima signa quādo sunt sui declinatione ad interius f̃m
Rasim. 15. cōtinẽ. Et Aui. sunt signa fissure. qñ aūt est cū cō/
cauitate: ⁊ alijs signis malis dictis: tūc in eo est fractura. Et
dixit Rasis. fortasse peruenit ad dyafragma ⁊ corrumpitur.
Et Auic. dixit. quādoqꝫ generat̃ ex ea putrefactio velami/
nis. i. dyafragmatis. ¶ Et restauratio eius est vt resupinet̃
infirmus sup dorsum ⁊ pone super spatulas eius puluinar

deide ꝓme hũeros eiꝰ ⁊ aggrega costas cũ manibꝰ duabus lateribꝰ ⁊ subtiliare in eq̃tiõe eiꝰ ẽm oẽm modũ q̃ possibilis est tibi donec redeat figura ossis ẽm ꝙ oꝫ: deinde pone sup ipm emplm̃ ꝯstrictiuũ ⁊ stuppã siue puluillos ⁊ põe de sup astellã de bulla subtili de salice: aut caluigi: ⁊ eis sili in leuita te postq̃ꝫ tu inuoluis eã in pãno: deide subtiliare i ligãdo eã sup os fractũ vt nõ remoueat̃ ⁊ vade cũ ligatura ẽꝫ rotũdi/ taté ad dorsũ aliquotiés: ⁊ strige ipsaꝫ strictura decẽti: ⁊ ꝯsi dera ligaturã oi hora.i.sepe. ⁊ quotiés mollificat̃ strige eaꝫ ⁊ si neceitas ꝓuocat ad solõné eiꝰ apud corrosioné vl' doloré aut apa tũc ꝓpera ⁊ solue eã ⁊ eradica emplꝫ ⁊ rectifica qd̃ ꝓuenit ex illo oi mõ rectificatiõis: deiñ reduc emplꝫ ⁊ anne cte stricturã dõec sanet̃ ⁊ accidũt i plicatura eiꝰ accñtia fra/ cture: ſꝫ discernit̃ a fractura ꝑ tactũ. nã si audieris sonitũ vl' crepitationé qñ duxeris manũ tuã sup locũ ꝯprimẽdo tunc scias ꝙ in osse ẽ fractura. Si võ nõ crepitauerit neq̃ꝫ sonũ fe cerit: tũc ibi est plicatura nõ fractura ⁊ modꝰ reducẽdi plica turã est idẽ cũ modo reductionis fracture. veꝝ in plicatura opatio manualis auxilium recipit ex volũtaria ⁊ forti tussi. precipe ergo ei vt tussiat: ⁊ qñq̃ꝫ iuuatur cum emplis attra/ ctiuis superpositis ⁊ sic dicetur in capitulo sequenti.

De restauratione fracture costarum. Ca. lxxvij.

Ɑ Frit Raẽ. 15. ꝯti. coste posteriores. i. vltime ⁊ sũt ille q̃ sũt mẽdose nõ frãgunt̃ nisi i ꝑte q̃ attinet spõdilibꝰ eo ꝙ in loco illo sũt ossuo se dure tolerãtes ꝑcussioné ⁊ nõ cedẽtes ei: ſꝫ in alijs ꝑtibꝰ: q̃ sũt cartilaginose nõ tolerãt ꝑcus/ sioné ſꝫ cedũt ei. Jõq̃ꝫ nõ frãgũt̃: ⁊ silr̃ nõ plicant̃ sic plicãt̃ in loco in q̃ adherẽt dorso: ſꝫ coste magne q̃ sũt septẽ ex vtra q̃ꝫ ꝑte q̃ sũt in oibꝰ ꝑtibꝰ suis ossuose dure tolerãtes ꝑcussio né ⁊ nõ cedẽtes patiunt̃ fracturã: ⁊ silr̃ plicaturã i vtraq̃ꝫ ꝑte s. q̃ adheret spõdilibꝰ: ⁊ q̃ attiet thoraci: ⁊ silr̃ i meᵒ eaꝝ ⁊ ẽ facil' ⁊ ñ occl'tat̃ tactui apõ iq̃sitioné cũ digitĳ ꝑpillõ qd̃ sẽtit de aſpitate ⁊ motu i nõ suo loco: ⁊ fortasse audit̃ crepitatio apud cõpssioné ⁊ plicatura sꝑ ẽ ad iteriora: ſꝫ fractura: qñq̃ꝫ lꝫ raro ẽ ad exteriora ⁊ cog̃scit̃ ꝑ tactũ ⁊ visũ: qm̃ appet sup loco eiꝰ eminẽtia ſꝫ in ea q̃ est ad iteriora cũ hꝫ ꝙ ꝯphẽdit̃ fa ciliter: vt dcm̃ est sunt iteꝝ cũ ea accñtia pleuresis de dolore pũgitiuo ⁊ tussi sicca ⁊ angustia anhelitus: ꝑꝑ qd̃ ꝯstringit̃ velamen aut pleura: ⁊ fortasse est cum ea sputum sanguinis.

Cura tẽdẽtis ad exteriora ẽ facilis. equat̃. n. ꝑ cõpssioné cũ digitis ⁊ ꝑ ligaturã cũ appõne empli cõstrictiui ⁊ cũ supappõne astelle si idiges ea. tẽdẽtis võ ad iteriora cu/ ra ẽ difficilis: maxie eiꝰ q̃ ẽ magna ⁊ ꝓfũda ⁊ cuꝫ accñtibus malis dictis. Jõ dixit Aui. tũc nõ audent restauratores cura re ipsam cũ extẽsiõe ad exteriora ꝑꝑ defectũ igenĳ ad hoc fa ciẽdũ: ⁊ itellexit ꝑ opationé manualé: qm̃ istud dixit ipse. est difficile absq̃ꝫ vẽtosis: ⁊ ꝑꝑ difficultaté restauratiõis eius ꝑ opõné cũ manu. Dixit Alb. igeniati sũt antiq̃ i ea cũ inge nĳs multis: ex eis. n. sũt q̃ dicũt. opꝫ vt ponas cibos infirmi eos q̃ gñant inflationé ⁊ vẽtositaté vt iflet̃ vẽter ⁊ extẽdat̃ ⁊ ipellat costã fractã ad exteriora. nos ãt abhorremꝰ hoc vt nõ fiat apa cal'm velocit̃ si nõdũ accidit: ⁊ si iã accidit ne ad/ dat̃ in eo. ego ãt puto ꝙ iflatio ista vẽtris nullũ aut ꝑuũ val de possit facere iuuamẽtũ i fracturis costaꝝ veraꝝ: ⁊ iõ ex to to vitãda ẽ ista cura i eis. Jn fractura ãt mendosaꝝ fortasse ꝯferre ꝑt ⁊ ꝯcedi ꝑt: maxie pꝰ euõné ⁊ diuersionem: q̃ꝫuis ẽt sic nõ absoluat̃ a timore. ⁊ subdit Alb. ⁊ dixerũt q̃dã eorũ. Ponat̃ sup locũ vẽtosa: deide suge cũ fortitudine: ⁊ est hec si millima rõni q̃ꝫ dare cibos iflatiuos. veꝝ tñ timet̃ ne vẽtosa attrahat supfluitates ad locũ ꝑꝑ dispõnem debilitatis loci. Dicũt. vbi deficit opõ manualis i reducẽdo costã magnam fractã ad locũ suũ ꝯcedit̃ appositio vẽtose: veꝝ tñ nõ oꝫ per mitti in loco nisi paꝝ. ⁊ si reduxerit in pᵃ appõne bñ est: ⁊ si nõ iteꝝ apponat̃. nã sic faciẽdo minꝰ timet̃ de attractu sup/ fluitatũ q̃ꝫ si lõgo tꝑe dimittant̃ stare sup loco. Et subdit ite rũ Alb. Et dixerũt q̃dã eoꝝ opꝫ vt coopiat̃ locꝰ cũ lana q̃ iã infusa est in oleo cal'o ⁊ ponantur plumaceoli inter costas donec ipleant̃ vt sit ligatura eq̃lis qñ iuoluis eã ẽm rotũdi taté. Deide curet̃ ifirmꝰ curatõe pleuresis ex cibo ⁊ medicia. Quidã ãt modernoꝝ inuenerũt modũ in attractiõe coste fracte ⁊ iclinate iferiꝰ ad supiora cũ medicinis attrahẽtibus viscosis. Et modꝰ vsus eaꝝ est vt inũgat medicus vel mister manꝰ suas cũ terbẽtina melle ⁊ pice siue visco. ⁊ posito infir mo in stupha vel alio loco calido iprimat manꝰ sic inunctas vnã post aliã sup locũ fracture ⁊ subito eleuãdo vnã cũ alia iprimat: ⁊ sic frequẽtissime opet̃ donec costã ad debitũ locũ reduxit. Dixit Alb. si coartat infirmũ res vehemẽs quaꝫ nõ tolerat ⁊ pũgat velamen punctura ledẽte: ⁊ timet̃ sup in firmũ: tũc opꝫ vt findas super locũ ⁊ detegas costã fractaꝫ. Deinde pone sub ea instrm̃ qd̃ cõseruat siphac: vt dcm̃ fuit supra ⁊ incidas os qd̃ pungit cũ facilitate ⁊ extrahas ipsuꝫ: deinde stringe duo labia vulneris si est magnum cum sutu/ ra: ⁊ cura sicut opꝫ. ꝙ si accidat interim apa calidum prope ra ⁊ infunde puluillos in oleo rosarum ⁊ pone sup locuꝫ.

De restauratione fracture adiutorĳ. Ca. lxxviij.



Ractura adiutorĳ qñq̃ꝫ est ꝑueniẽs vsq̃ꝫ ad medullã: ⁊ qñq̃ꝫ non ꝑuenit ad eã. Et accidit qñq̃ꝫ i ꝑte supiori vsus ascellã ⁊ est difficilioris curatiõis in reductiõe eiꝰ. Dixit Aui. os adiutorĳ cũ frãgit̃ ẽm plm̃ nõ declinat nisi ad exteriora. Cognoscit̃ aũt ꝙ adiutoriũ est fractũ ꝑ hunc modũ, ꝑcipiat medicus ministro vt sustentent cubituꝫ cum brachio: ⁊ ipse apponat ambas manus suas sup adiu/ torio vnã desup: ⁊ aliam de sbtus ⁊ leuiter ꝑtractet totuꝫ ad iutorium cum eis. ⁊ si in tali leni seu suaui manuum pertra/ ctione percipiat medicus sonitum ossis fracti: aut senserit se parationem partium eius sciat ibi fracturam esse.

Et curatio q̃dẽ eiꝰ siue ꝑuenerit ad medullã siue nõ ẽ pois. ⁊ ñ ẽ audiẽdꝰ ẽmo dicẽtiũ: ꝙ si me/ dulla exierit ex osse ꝑ fracturã moriet̃ ifirmꝰ: qm̃ ẽmo eorũ est falsuꝫ eo ꝙ regñatio medulle cũ tꝑe ꝑt fieri ex supfluo vn ctuoso nutrimẽti delati ad os sic oi tꝑe ꝑt caro regñari ex sã guie. Uerũtñ eget cura diligẽtiori: ⁊ maxime in ligatiõe eius vt fiat ẽꝫ ꝙ oꝫ ad ꝓhibẽdũ defluxũ hũiditatũ siue supfluita tũ ad locũ: qm̃ si ꝯfluẽt ad ipꝫ medulla cũ sit facile putresci/ bilis facile icurret corruptioné. Dixit. G. 6. ige. sa. ⁊ põit̃. 16. ꝯti. si fractura adiutorĳ penetrat ad medullã: deide ligat̃ os ad modũ ligature alioꝝ ossiũ: ⁊ nõ sic oꝫ ꝯgregabit̃ eru/ go ⁊ corrũpet̃ medulla: deiñ os: deide corrũpet̃ caro dũ fiat in vlcere. i. dõec vlceret̃ locꝰ. Et ait Raẽ. dico. iuxta itẽtioné eiꝰ hr̃: ꝙ si ligat̃ vt oꝫ. vꝫ. i loco ꝑcussiõis ⁊ fracture vehemẽ tiꝰ ⁊ ligatura tẽdat ad latera. i. ad supiꝰ ⁊ inferius cũ minori violẽtia q̃ ꝓhibebit qd̃ nõ manabit aliq̃d supfluitatĳ ad eã ⁊ ꝯponet̃ fissura cũ osse ⁊ ꝑ sarcoyde ⁊ adherebũt cũ gluti/ natiõe eiꝰ. Modꝰ ãt reductiõis fracture adiutorĳ ad locũ debitũ. dixit. Alb. est duplex. quoꝝ vnꝰ est vt accipias lignũ planũ. i. lenitũ ⁊ pulitũ medie grossitudis ⁊ ligent̃ in duabꝰ extremitatibꝰ eiꝰ duo ligamẽta: deide suspẽdat̃. s. ipm lignũ ex loco eleuato: ⁊ infirmꝰ sedeat sup sedẽ ⁊ ꝓĳciat. i. appõat brachiũ suũ fractũ sup lignũ dõec ꝑueniat lignũ ad titillicũ eiꝰ in cuiꝰ medio sit ãnexa curuitas ligni: deipe suspẽde desu ꝑ ipm aliq̃d graue: aut extedat ipm mister ad iferiora: ⁊ tũc medicꝰ equet fracturã manibꝰ suis sil' dõec redeat ẽꝫ ꝙ opꝫ. Et silis modꝰ ẽ quẽ tetigit. A. de appodiatiõe brachĳ super gradũ scale ⁊ ꝯplet̃ iste modꝰ sicut fit in reductiõe dislocatio nis humeri: vt suo loco dcm̃ est. Et modꝰ alter. dixit Al/ bu. ẽ vt resupinet̃ ifirmꝰ sup cervicẽ ⁊ extẽde manũ eiꝰ a col lo ipiꝰ cũ ligamẽto: deide ꝑcipe duobꝰ mistris vt teneãt vnꝰ eoꝝ illõ qd̃ supra fracturã ẽ cũ manibꝰ suis ⁊ alter teneat ife rius eũ: ⁊ extẽdat vnusq̃sq̃ꝫ eoꝝ ad ꝑtẽ suã: ⁊ si vis vt extẽsio sit fortior tũc strige sub fractura ⁊ supra eã cũ ligamẽto ⁊ ex tẽdat cũ eo vnusq̃sq̃ꝫ eoꝝ ad ꝑtẽ suã. Ueꝝ tñ qñ fractura est ꝓpinqua extremitati humeri: opꝫ tũc vt põat vnũ ligamẽ/

Modus reductio nis fractu re adiuto rĳ ad lo/ cũ suũ est duplex.

tl sub titillico ⁊ alteꝝ sub fractura vſꝰ cubitū. ⁊ silr̄ si fractura ē ꝓpiqua cubito. vꝫ. vt ponat̄ vnū ligamētū sup̄a aliud cubitū suū ⁊ alteꝝ sup̄ fracturā vſus hūeꝝ: ⁊ decēti extēsiōe fcā eq̄ fracturā cū facilitate absq̧ labore donec equet̄ ſm q̄ equent̄ ⁊ applicent̄ ex̄ma eiꝰ applicatiōe bōā: ⁊ iste ē modꝰ reductiōis cui initi debemꝰ: ⁊ non debemꝰ a p̄ mō incipe nisi cū iste isufficiēs fuerit: ⁊ nec̄itas ad illū vocauerit: vt voluit Aui. ¶ Eq̄ta fractura. Dixit Alb. tūc cū ligatura strige eā si nō accidit ap̄a cal'm. Et si iā accidit tūc dimitte stricturā eius vsq̧ ad 7ᵐ diē aut dōec sedet̄ ap̄a ⁊ pōe sup ip̄am lanā succidā ibibitā in oleo ro. ⁊ aceto. ⁊ qñ qescit ap̄a tūc stringe eā. Si āt stringis eā āñq̧ icipiat ap̄a: tūc vt dicūt qdā ifūde peciā subtilē lineā in oleo ro. solo ꝑmixto cū aceto pauco hyeme actu calido ⁊ estate frido: q̄ sit lōgitudis adiutorij ⁊ latitudis dōec circuat ip̄ꝫ ⁊ pōe eā imediate sup adiutoriū. nā ꝓhibet supuētū ap̄aꝝ: nec sinit empl'm nimiū adherere ei neq̧ ligaturā ledere si nimis stricta fieret ⁊ sup hanc petiā ponat̄ empl'ꝫ ꝯstrictiuū extēsū sup petia ⁊ sup puluillis de stupa leui subtilibꝰ ⁊ sup hāc petiā vel puluillos ponant̄ alij puluilli in eodē empl'o iuoluti ⁊ sup hos puluillos ponant̄ astelle q̄ sint sex vel octo fcē de ligno tractabili vt de salice vel fago siue ligno qđ ponit̄ in vaginis ensiū: ⁊ sit vnaqueq̧ eaꝝ iuoluta in pāno lineo subtili ⁊ leni ⁊ sint puluilli ⁊ astelle lōgitudinis brachij siue adiutorij. Uel vt dixit Alb. sit lōgitudo eaꝝ ſm fracturā cū additiōe triū digitoꝝ ex oī ꝑte. supp. Sic. tñ qđ ex ꝑte supiori ñ trāscēdāt hūeꝝ nec ex iferiori cubitū. Et sit spaciū iter oēꝫ astellā latitudo digiti ⁊ sup astellas ponant̄ alij puluilli de stupa sicca sicut ē, aut madefacta ī aqua vel vino stiptico ⁊ exp̄ssa. Deide stringat̄ desup ea ligatura. Et ad stringēdū habeant̄ due binde vel fascie: q̄rū latitudo sit q̄tuor digitoꝝ ⁊ incipiat̄ cū vna eaꝝ ponēdo mediū eius in loco fracture ⁊ stringe sup hoc loco strictura fortiore. Deinde vadat cū vna extremitate fascie ad supiꝰ ⁊ cū altera ad inferiꝰ. Uerūtñ q̄ꝫto plus elōgat̄ ligatura a loco fracture tāto fiat eiꝰ strictura minor. ¶ Et dixit Aui. si fuerit fractura i medio adiutorij ponat̄ ligamētū in lōgitudine a duabꝰ extremitatibꝰ iuncture. s. a cubito vsq̧ ad hūeꝝ. Et si fractura fuerit ꝓpinquior ad aliqđ latus tūc pone ligamētū vehemētioris ꝓpinquitatis extremitati lōgique q̄ꝫ alteri. ¶ Dicūt qdā. si fuerit fractura ꝓpinqua humero. Tūc cū parte ligature q̄ ascēdēdo ꝓcedit ꝑueniat vsq̧quo ꝑtrāseat humeꝝ: ⁊ silr̄ si fuerit ꝓpinq̄ cubito ꝑueiat̄ cū ligatura descēdēte vsq̧ quo descēdat infra cubitū: ⁊ facta hac ligatura fiat sup ea ligatio cū scđa fascia incipiendo ligaturā ab inferiori. s. ex ꝑte cubiti ꝓcedēdo cū ea vsq̧ ad hūeꝝ sic tñ vt sicut cū prima fascia facta fuerit strictura fortior sup loco fracture descēdēdo semꝑ ab eo cū strictura debiliori: ita ꝯsilr̄ fiat in ligatura cū hac scđa fascia: ⁊ opꝫ vt vtrāq̧ ligaturā semꝑ firmes ſꝫ oēs inuolutiones eius cū sutionibus multis ſm q̄ videris expedire: ⁊ factis ligaturis ambabus liget̄ tertio sup eis cū quadā fasciola: cuius latitudo sit vnius digiti ⁊ lōgitudo sit tanta q̄ sufficiat ad ligationē totius ligature inuoluēdo eā desuꝑ. qdā alij faciunt tres fasciolas ⁊ cū vna ligant sup extremitate ligature superiori: ⁊ cū alia inferiori: ⁊ cū tertia sup mediū eius: ⁊ totū hoc fit ad cōseruanduꝫ ligaturas primas in robore suo. ¶ Dixit Alb. ꝯsidera ligamentū in oībus tribꝰ diebus vt nō accidat in loco pruritus aut inflāmatio aut ꝓhibeat̄ nutrimētū venire ad locū ꝑꝑ dispōnē superfluitatis stricture: ⁊ si aliqd hoꝝ acciderit rectifica illud ⁊ si es super fiducia vt nō accidat aliqd ex ipsis: tunc non soluas ligamētum nisi post tres dies aut plus. Auic. dixit. non soluas nisi vsq̧ ad. 7. dies ⁊ q̄ est post eos vsq̧ ad q̄tuor: ⁊ interim circa spatulā aut humerū: ⁊ sub titillico fiat inunctio frequēter cū ꝓhibentibus defluxum humorū ad locū: suspendat̄ brachiū ad collum cū fascia lata cōprehendente totā manū cum brachio ⁊ cubito: ⁊ fac iacere infirmū sup dorsum suū super culcitra equalr̄ plena lana: ⁊ cōsidera oī hora ne soluat̄ aut mollificet̄ rectifica eā. ¶ Dicunt. cognoscit̄ equalis ligamēti strictura in hoc: qm̄ si in digitis accidat ex strictura tumor paruus: tūc strictura est ꝯueniens: ⁊ si non acciderit tumor aliqs tūc ipsa est nimis mollis ⁊ si tumor est magnus ⁊ dolor vehemēs: tūc ē nimis stricta. ⁊ pōe cibū ifirmi vt sit subtilis i p̄mis donec qñ accidit ⁊ icipit ꝯstrigi ⁊ vniri fractura ⁊ icipit fieri porꝰ sarcoydes: tūc oꝫ vt igrosset̄ cibꝰ eiꝰ. ¶ Dixit Alb. de ꝯsuetudine adiutorij ⁊ crucis eiꝰ est vt stringant̄ ⁊ roborent̄ in. xl. diebꝰ. tūc ergo oꝫ vt soluat̄ ⁊ admistretur balneū ⁊ medicinet̄ cū vnguētis q̄ rectificāt illud qđ in fractura remāserit fedū: ⁊ tñ tunc non soluas ab eo ligamentū ⁊ astellas vsq̧ ad. 50. dies ⁊ vsq̧ ad duos menses.

¶ De restau. fracture brachij siue focilium eius. Ca. lxxix.



Ocilia brachij qñq̧ plicant̄: ⁊ qñq̧ frāgūtur. Ueꝝ tñ plicatio magis accidit focili minori q̄ ē supius in brachio q̄ꝫ maiori ⁊ iferiori. Et hoc iō q̄ est leuius ⁊ subtilius eo: ⁊ scias q̄ in etate augmastica: ⁊ maxie in infantia ⁊ pueritia sepius ꝯtingit ossa plicari q̄ꝫ in alijs etatibus: q̄uis in eis aliqñ ꝯtingat plicatio vniꝰ. ¶ Fractura itaq̧ brachij. dixit Alb. qñq̧ ꝯtingit ſm focile ꝑuū qđ ē desup: ⁊ qñq̧ ſm focile magnū qđ est desubtꝰ: ⁊ qñq̧ ſm ambo silr̄. Et ꝯsilr̄ ēt pōt ꝯtingere plicatura. ⁊ qñ frangit̄ focile ꝑuū: tunc restauratio eius est facilis: ⁊ hoc iō dixit Raſ. 15. ꝯtiñ. q̄ est leuis ligatiōis: ⁊ qñ focile magnū frangit̄: tūc eius fractura est deterior. ¶ Dixit Aui. q̄ brachiū ip̄m est deferens: ⁊ est difficilioris curationis siue restaurationis: q̄ est fortioris ligationis: ⁊ cū hoc ē difficilioris ⁊ tardioris sanatiōis: q̄ est grossus ⁊ durus: ⁊ est eius restauratio turpior ⁊ magis manifesta: q̄ est nudū carne. vbi. s̄. focile minus est caro superabūdās tegēs turpitudinē eius: ⁊ adhuc deterior fracturarū est qñ frangunt̄ ambo silr̄. ¶ Cū ergo frāgit̄ focile ꝑuum solū: tūc ꝯuenit medico apud restaurationē eius vt extensionem paruā cū facilitate faciat donec equet ip̄m: sꝫ si frangit̄ focile magnū. opꝫ vt ponat extensionē magnā eius vehemētiorē: ⁊ si ambo frangunt̄: oꝫ vt ponat eā fortiorē valde. Sꝫ cū dixit Raſ. vbi. s̄. extensio semꝑ fiat plus ⁊ minus ſm modū lenitudinis corpoꝝ in lenibus minus ⁊ in duris plꝰ: qm̄ corpus infantis si extendet̄ cū violētia cōtorquebit̄: qm̄ mēbra ipsius sunt lenia: ⁊ opꝫ vt in reformatione fociliū medicus ponat figurā manꝰ apud extēsionē eius extensa sup puluinar: ita q̄ sit pollex manꝰ ad supiora altior oībꝰ digitꝭ ⁊ auricularis inferior oībꝰ digitis: ⁊ sit infirmꝰ sedēs q̄dratus suꝑ seip̄m: ⁊ sit puluinar corā eo in altitudine vt nō incurrat infirmꝰ laborē: ⁊ eo sic situato ⁊ sic situata manu extēdat vnus minister brachiū ab inferiori ꝑte cū manu sua aut cū ligamēto ⁊ extēdat minister alter brachiū ꝯsilr̄ a supiori ꝑte extensione hñte fortitudinē maiorē vel minorē ꝓut ꝯuenit fracture ſm modū dictū: ⁊ medicꝰ tūc equet os ſꝫ meliorē figurā suā nālē. Deinde strigat sup ea ligādo ꝓut dcm̄ est in fractura adiutorij. ¶ Et dixit Albu. si in fractura ossis sint satagie conare reducere eas in locū suū si nō fuerint sepate. Si vero fuerit aliqđ satagiatū siue frustū separatuꝫ ⁊ pungit cutē. ⁊ nō est tibi spes in restauratiōe eius tūc funde sup ip̄m ⁊ aufer ip̄m: ⁊ fac sicut dcm̄ est in alijs: ⁊ fcā restauratione suspēdat̄ cū fascia lata brachiū ad collū taliter q̄ non sit possibile infirmū mouere ip̄m ⁊ p̄cipe ei ne dilatet ip̄m distēsione vel dilatatione laboriosa. ⁊ signū q̄ strictura ligature erit si accidat in manu ⁊ digitis tumor paruus cū dolore leui. ¶ Q̄ si nullꝰ accidat tumor neq̧ dolor ligatura nimis mollis erit: ⁊ opꝫ vt fortificet̄. si v̄o tumor magnꝰ fuerit ⁊ dolor vehemēs tūc strictura nimis arcta erit: ⁊ oꝫ vt mollificet̄ ⁊ relaxetur. ¶ Et cū ligatura ꝯueniēs fuerit nisi aliđ acciderit cogēs ad soluēdū nō soluat̄. dixit Alb. nisi post. xx. dies aut circa eos ⁊ fac dormire egrū sup̄ dorsū suū. ¶ Et scias q̄ brachij fractura restaurat̄ in. xxx. diebꝰ: aut. xxvij. aut forsasse i. xxviij. ⁊ istud totū est ſm dispōnes cōplonum ⁊ dispōnes virtutis.

¶ De restauratione

¶ De restauratione ossium fracture manus. Cap. lxxx.



Dixit Albu. ⁊ alij ꝙ ossibꝰ pectinis manus siue rascete ⁊ silr ossibus digitoꝝ raro accidit fractura: qm̄ ista ossa sunt dura valde. multotiens tñ accidit ei attritio. si tñ aliqñ ꝯtingit in eis fractura siue attritio ⁊ sit in manu preter digitos, tūc sedeat infirmꝰ q̇dratus ⁊ corā ipso sit sedes ſm equalitatē, ⁊ ipse ponat manū sup sedē extēsaꝫ si fractura fuerit ab interiori manꝰ versus exteriora siue dorsuꝫ manus: ⁊ extēdat minister ossa fracta extēsiōe decēti ⁊ medicꝰ equet ea donec ꝯiungant̄ cōiūctione bona ⁊ desuperponat emplm̄ ⁊ puluillos ⁊ sup eos astellā ſm q̄ꝫtitatē loci. Jnuolutā tñ in pāno lini leni, ⁊ pōt ēt aliā astellā ex ꝑte vole vt sit manꝰ apta recta. Si aūt fractura fuerit ab exteriori manus ad interiꝰ v̄sus volā eiꝰ tūc fac pilā de pāno ⁊ precipe infirmo vt coartet sup eā vola sua fracta. Deinde appone emplꝫ cū puluillis ⁊ desup astellā de corio in quo sit lenitas vt applicet̄ coriū cū corpore vole: deinde stringe sicut opꝫ voluendo cū fascia sup manū ⁊ rotando cū ea inter digitos. ¶ Si v̄o cadat fractura siue attritio in aliquo vel in aliquibꝰ ex ossibꝰ digitoꝝ: tūc si est in pollice equet̄ sicut opꝫ: ⁊ supponat̄ emplm̄ cū puluillis ⁊ desup astella ⁊ liget̄ ꝑmo ꝑ se ipꝫ: ⁊ postea ēt cū vola manus sicut cadit eius cōpositio. ¶ Si v̄o cadat fractura super aliquo alioꝝ digitoꝝ: tunc fiat equatio ⁊ emplastri ⁊ astelle appositio: ſꝫ liget̄ cū digito qui sequitur ipm̄ aut ligent̄ omnes: ⁊ est hoc melius semper tamen prius liget̄ per se digitus lesus: ⁊ postea simul cū alijs.

¶ De restauratione fracture spondiliū. Cap. lxxxj.



Nequit Pau. spondilibꝰ colli ⁊ dorsi, qñqꝫ accidit attritio siue cōminutio sed fractura paꝝ accidit eis: ⁊ aliqñ seqt̄ eaꝫ nocumm mortale ꝓp lesionē ꝯtingentē in nuca ex īpulsione eiꝰ ad interiora. ¶ Et qñqꝫ accidit in spōdilibus colli ⁊ si vis scire an sanet̄ an nō, dixit Albu. tūc ꝯsidera manꝰ eiꝰ: ⁊ si vides eas iā mollificatas ⁊ stupefactas ⁊ velut mortuas ⁊ ñ posse mouē̄ easꝫ nꝫ extēdē̄ neqꝫ strigē̄ ⁊ cū strigis eas digitis tuis ⁊ pūgis eas cū acu ⁊ nō sentit illud ⁊ nō sentit dolorē in eis, tūc scias, q2 nō sanāt̄, ſꝫ in pluribꝰ dispōnibꝰ eiꝰ est mortalis: ſꝫ si mouet eas ⁊ sentit in eis cōstrictionē cū digitis ⁊ punctionē. tūc scias ꝙ nuca salua est ⁊ ꝙ infirmꝰ sanabit̄ cū curatione. ¶ Si aūt eueniat spondilibus dorsi. Et vis scire an sanat̄ an nō. tūc ꝯsidera pedes eiꝰ ⁊ si vides ꝙ iaꝫ mortificati sunt ⁊ accidit in eis illud qꝺ accidit in manibꝰ: deinde qñ iacet sup dorsuꝫ suū egredit̄ egestio ⁊ vētositas absqꝫ volūtate ⁊ qñ resupinat̄ sup ventrē suū ⁊ vult ⁊ mingere nō pōt scias tūc ꝙ est mortale: nō ergo labores in curatiōe eius. Si v̄o nō accidit ei aliqd ex illo res est leuior. ¶ Et restauratio eius est vt coneris sedationē apatis calidi ⁊ ponas sup spondilē apata oleuꝫ rosatū solū aut cū vitello oui assati ⁊ pone super ipꝫ hoc aliquotiēs in die donec sedetur apa calidū ⁊ sedato apate pone sup locū emplm̄ factum ex cōfortātibꝰ ⁊ exiccantibꝰ ⁊ stringe sup ipsuꝫ cū ligamēto ⁊ precipe infirmo vt nō dormiat ⁊ vtat̄ quiete ⁊ tranqllitate donec sanet̄. ¶ Et si accidat apud attritionē ossis satagina aut aliqꝺ frustū separatū ex eo pungens: tūc opꝫ vt seces super cutē ⁊ auferas illud. Deinde cura vulnus sicut opꝫ. Et Aui. dixit. si remanet aliqd ex ꝑtibꝰ eminētibꝰ spōdilis que sunt q̄ noiant̄ spine ⁊ illud cadit velociter sub digitis cū ducant̄ sup loco ⁊ volumꝰ diminutionē. i. amotionē eius qñ illud cōminutū mouet̄ ⁊ sepat̄ a loco suo: tūc opꝫ vt auferat̄ scindēdo cutē exteriꝰ deinde aggregent̄ labia vulneris ⁊ curet̄ sicut oportet. ¶ Ꝙr si frangitur os alkeil ⁊ est postremū ossis albosos ⁊ fiat concauum ad interius: tunc oportet vt intromittat̄ digitus index in anum qui sit sinistre manus ⁊ equetur os fractū cū eo ⁊ cū altera manu ab extra q̄ꝫtū possibile est: ⁊ si fuerit ibi os fractum pungens auferat̄ ⁊ in alijs fiat sicut dictū est in alijs fracturis.

¶ De restauratiōe fracture ossis anche. ⁊ pectinis. Ca. lxxxij.



Ossi lato ꝙ est os anche raro accidit fractura ꝓp dispōnē fortitudis sue: si tñ aliqñ accidat tūc illud est altero triū modoꝝ: qm̄ aut accidit ei cōminutio in extremitatibus eius aut accidit ei figura in latitudine eiꝰ. Dixit. A. aut in longitudine eiꝰ: vt dixit Albu. aut declinat ⁊ īpellit̄ ad interiora versus ventrē ⁊ accidit ex fractura eius dolor ⁊ punctura ⁊ stupor coxe ⁊ cruris, qꝺ sequit̄ latus qꝺ frangit̄ cōsilr ei qꝺ accidit adiutorio ex fractura hūeri. ¶ Dixit Aui. qñ frāgit̄. s. v̄sus interiꝰ aut findunt̄ latera eius vt ligna fit res difficilis in rectificatione eiꝰ. alij tñ dicūt solū rē difficilē fore in fractura eius. nā si fuerit solū scissura nō indiget nisi appōne empli ꝯstrictiui cū puluillis ⁊ ligatura. ⁊ dn̄t discernit̄ inter scissurā ⁊ fracturā: qm̄ scissura cōprehēdit̄ ꝑ tactuꝫ inuenientē separationē ossis ſm longitudinē eiꝰ: q2 sic est, ſꝫ plm̄ aut ſm latitudinē que ꝑtes sepate apud cōpressionē factā apud tactū sup ambabus ꝑtibus aut sup altera eaꝝ neqꝫ cedunt cōpressioni ei neqꝫ sonāt siue crepitāt. fractura autē ſm plm̄ cōprehēdit̄ apud tactū vt ꝓcedat ſꝫ obligtateꝫ siue ſm trāsuersuꝫ, ⁊ alij ſm latitudinē ⁊ apud cōpressionē ꝑ tactū ꝑcipit̄ cessio partiū ⁊ sonitus siue crepitatio ⁊ accidētia supradicta in coxa ⁊ crure eueniunt q̄ raro eueniunt in scissura. ¶ Jn restauratione aūt fracture eget medicꝰ tribꝰ ministris robustis ⁊ prudētibꝰ: ⁊ p̄cipiat duobꝰ ex eis vt egro iacente sup ventrē suū extēdant coxas eius vnusqsqꝫ suaꝫ ſꝫ cōuenietiā, ⁊ p̄cipiat tertio vt teneat manꝰ siue brachia sua positis manibꝰ suis sub titillicis: vt nō sinat corpus egri distrahi iferius v̄sus extēdētes coxas, ſꝫ teneat ipꝫ infirmū ⁊ facta extēsione sufficiēti medicꝰ hn̄s ꝯfotiūincipiat equare os fractū vnusqsqꝫ ꝯprimēdo anchā suā cū vehemētia ⁊ fortitudine donec equet̄. ⁊ redeat mēbꝝ ad figurā suā nālē: deinde supponat̄ emplm̄ cuꝫ puluillis ⁊ supponat̄ astella q̄ sit facta ſm figurā anche ⁊ liget̄. Et vt ligatura firmior ⁊ melior habeat̄ opꝫ iplere ꝯcauitatē ilioꝝ cum stuppa leni vt capiat eā strictura ligature ſm eq̄litatē. Deinde locet̄ infirmus ad iacēdū sup dorsuꝫ suū aut sup latꝰ sanū si fractura sit solū in altera anchaꝝ ⁊ supponat̄ anchis vel anche fracte aliqd rotundū solidū factū ex pāno in modū pile ad ipellēdū inferius quotiēs iacebit sup ipꝫ. ꝙ si accidat cōminutio in extremitatibus eius, tunc si non fuerit ibi frustum pungens rectificetur ⁊ curetur cum emplastris. vt dictum est. Si autē fuerit ibi frustū pungens extrahat̄. vt dictū est in alijs.

¶ De restauratione fracture coxe. Cap. lxxxiij.



Ossi cosse accidit fractura ⁊ cū acciderit non occultat̄ sensui Hip. cognoscit̄ ꝑ tactuꝫ ⁊ ꝑamissionē ꝓprie figure. ⁊ fractura qñqꝫ tēdit ad ꝑtē añriorē, ⁊ qñqꝫ ad posteriorē. Et frāgitur qñqꝫ in medio sui, ⁊ qñqꝫ in extremo eiꝰ superiori vbi attinet genu. ¶ Jn restauratione aūt eius habeat medicus ministros tres q oēs sustentent coxaꝫ. ⁊ medius eius sustentet eā in medio fracture: ⁊ alij duo extēdant ipsam vnusqsqꝫ versus suū extremū extēsione forti donec eq̄tio possit fieri. Si v̄o fractura fuerit in extremo eius supiori v̄sus anchā: tūc ponat minister supior ligamentū sub ancha tēdēs ad ꝑtē inguinis. Ut cū ipso possit trahere ⁊ extendere coxam sufficienter ministro iferiori trahēte eā absqꝫ ligamēto ⁊ sub ligamēto ponat lanā vt nō incidat carnē: ⁊ cōsimilr si fractura fuerit in extremo coxe inferiori versus genu ponat minister ligamētū supra genu vt cū eo possit trahere ⁊ extendere q̄ꝫtū fuerit opportunū, ⁊ fiat hoc cōsilr ei qꝺ dcm̄ est in extensione adiutorij. ¶ Et facta extensione decenti medicus conet̄ equare ⁊ coniungere adinuicē ambabus manibus suis extrema ossis fracti cōiunctione bona vt redeat ad figurā nālē quā hēbat in sanitate sua. nō ergo dixit Raſ. 15. ꝯtiñ. querat medicus reducere coxā ad figurā nālē: ſꝫ ad eā que est ei ſm nām in tempore sanitatis. Hip. enim vt sciret

Reductō fieri dꝫ ad formā mēbri i sanitate sua.

aptationē coxe ⁊ modū forme eius:⁊ ꝙ nō torqueat eā neqꝫ rectificet de tortuositate eius dixit.qdaꝫ enim habēt coxam nāliter rectā.Et Aui.dixit.equet̃ ſm formā nālē que eſt ei ⁊ eſt gibboſitas in ſilueſtri pte eiꝰ ⁊ cōcauitas pauca in domeſtica eius,⁊ ꝙ equet ſm deambulationē forme q̄ eſt ei in ſanitate.Dixit Raſ.vbi ſupra.extēde os coxe violēter:qꝛ magnū os eſt ⁊ noli timere de violētia extēſiōis. ¶Dixit Aui.equat̃ hoc mēbꝝ infirmo iacente ſup faciē ſuā ⁊ crure eius extenſo.⁊ dixit.nō dimittat̃ fractura coxe remota ⁊ ſeparata ꝑ longū tpˢ:qm̃ manabit id qd̄ erit in eris de hūiditatibꝰ ⁊ corrūpet̃ inde totū mēbꝝ.Facta equatione ſupponat̃ emplaſtrū ⁊ liget̃ ſtringēdo.Si vō fuerit ibi apoſtema calꝫ tūc
Ad phibēdū apa. dimittat̃ diebꝰ aliquod ⁊ intēdat̃ ad ſedationē eiꝰ. ¶Et qdā añ aduētū apatis,ad ꝓhibēdū ipm ponūt facta equatione ſup carne petiā lenē infuſaꝫ in oleo ro.⁊ bñ expreſſam vt nō remaneat in ea de oleo niſi virtus eius ⁊ ſup hāc petiam ponunt emplm̄ ⁊ ſtringūt cū faſcijs poſitis aſtellis ſex ꝯueniēter figuratis q̄ ſint longe ſm lōgitudinē coxe:ita tñ ꝙ nō poſſint ledere inguina nec genu:⁊ opꝫ vt aſtelle q̄ ponuntur ex pte ſilueſtri coxe ſint latiores ⁊ groſſiores eis q̄ ponunt̃ ex pte domeſtica:⁊ h̄ iō qꝛ hoc os añqꝫ liget̃ cū porro ſemp eſt paratū reſilire ad partē ſilueſtrē:⁊ pp carnoſitatē q̄ eſt in pte inferiori:eſt ēt paratū reſilire ad ptē ſupiorē ſiue anteriorē:⁊ pp hāc cām opꝫ ēt vt aſtelle que ſup hac pte ponunt̃ ſint latiores ⁊ groſſiores vt ſint fortiores in reſiſtēdo. Et ligatura in hac fractura fiat cōſimilis ei q̄ dicta eſt in fractura adiutorij:⁊ facta ligatione ſituēt infirmū ad iacēdū ſup dorſuꝫ ſuū coxa ⁊ crure extēſis:⁊ qꝛ neceſſe eſt vt coxa cuꝫ crure firma ꝑſiſtat ⁊ nullo mō moueat̃:qm̃ ſi mouebitur nō habebitur vtilitas que conſideratur ideo ingeniati ſunt ſapientes ad intentionē firmitatis eius.Quidā.n.vt dixit Aui.ꝑparāt tabulas in qbꝰ eſt q̄dā ꝯcauitas vt decēter opponant̃ ſup inuolutiones faſciaꝝ.Et ſint in longitudine vt capiant totā lōgitudinē pedis:qm̄ ſi erūt breuiores nō erit medicꝰ,neqꝫ infirmus expꝰ laboris ⁊ nō hēbit̃ inde vtilitas q̄ſita.Utilitas āt elōgationis eaꝝ eſt vt ꝓhibeant ptē ſanā pedis moueri cum fuerit motꝰ illius q̄ꝫtitatis nociuus fracture ⁊ ꝓprie in diſpōne dormitionibꝰ ⁊ ſōni neceſſitas aut hoꝝ inſtroꝝ nō eſt niſi in fractura magna valde.Et ſcias ꝙ nō eſt poſſe cū h̄ vti eis niſi añqꝫ apet̃ locꝰ,qm̄ apa nō tolerat hec. Et Albu.poſuit aliū modū quē dimitto pp difficultatē tolerādi ipſuꝫ. ¶Et qdē iuxta pedē figunt lignū aliqd̄ ſiue palū in terra ſiue ſolario vel cū clauis ad aliqd̄ lignū firmū ⁊ ad ipm ligant pedeꝫ firmiter,ita ꝙ moueri nō pōt,⁊ qdā cū puluinaribꝰ ⁊ pānis ꝑparationē faciūt ſm coxā,⁊ crus,⁊ pedē vt nō poſſit moueri q̄ꝫtū fuerit poſſe:⁊ hic modꝰ bonꝰ eſt valde ⁊ tolerabilis ⁊ ꝯferēs maxie in fracture nō magna valde.Et ſi nō fuerit poſſibile abſtinere a motu eſt cū ꝑpōne modꝰ facilis vt exhibeat̃ ei motꝰ ſuauis ⁊ leuis. ¶Dixit Aui.ponat̃ inter coxas eiꝰ pila de lino vl̄ pāno magno ad ꝯſuādū foraꝫ in q̄ eq̄ta eſt coxa:⁊ oꝫ vt nō ſoluat̃ ligatura vſqꝫ ad duos dies aut tres niſi accñs euenerit de pruritu vel punctiōe vel apate.Nā cū aliqd̄ hoꝝ euenerit d̄ prurītu pūctiōe vel apate,ꝓpter ſolue eā.
¶De remotiōe fruſtoꝝ pūgētiū ⁊ oibꝰ alijs fiat vt in alijs dictū eſt fracturis. ¶Et ſcias ꝙ fractura coxe repationē recipit in.50.diebꝰ.Et ſcias.dixit Aui.ꝙ ille cuiꝰ coxa aut ancha frāgit̃ paꝝ denudat̃ a claudicatiōe:imo ſꝫ plꝫ claudicat.

¶De reſtauratione rotule genu. Cap.lxxxiiij.


Dixerunt ꝙ rotula genu paꝝ ſiue rariꝰ frāgit̃:ſed ſm plm̄ cōterit̃:ꝙ ſi accidat ei fractura tūc nō erit.dixit Albu.niſi vt fiſſura aut foramē.i.ꝑforatio.dñt.ꝯtingit eā frangi,⁊ ſꝫ lōginem ⁊ ſꝫ latitunem:⁊ ſꝫ obliqtatem ⁊ ſtatur ſup cognitione eiꝰ cū ſenſu ⁊ tactu ⁊ viſu:⁊ etiā auditu ſonitus ⁊ crepationis:⁊ opꝫ in reſtauratione eius vt extendat̃ crus ⁊ equētur ptes eius fracte cum digitis donec reducant̃ ad formā ſuā nālē:deinde ſuperponat̃ emplꝫ ⁊ ſupra ipſuꝫ aſtella rotūda ſm magnitudinē rotule:⁊ liget̃:⁊ in omnibus alijs fiat ſicut dictum eſt in alijs fracturis.

¶De reſtauratione fracture cruris. Cap.lxxxv.


Inquit Albu.oſſibꝰ cruris accidit de fractura id qd̄ dcm̄ eſt accidere oſſibus brachij qm̄ qñqꝫ frangit̃ arundo maior:qñqꝫ minor:qñqꝫ ambe ſimul.dixit Auic.qñqꝫ frangit̃ minor eſt ſaluius q̄ꝫ qñ frangit̃ maior:⁊ adhuc deterius eſt qñ frangunt̃ ambe ſimul. Et dixit.qñ frangit̃ arundo parua q̄ eſt ſupior eſt inclinatio fracture ad exteriora ⁊ cute.Dixit Albu.cū frangit̃ os ſubtiliꝰ cōuertit̃ crus ad interiorē ptē ⁊ eſt ambulatio cū ea poſſ:ſed qñ frāgit̃ arundo maior q̄ eſt iferior ⁊ declinat crus ad exteriora,alˢ.interiora:⁊ ad ptē ſilueſtrē.Et dixit Albu.inuenis ipm inferiꝰ:⁊ eſt ex eis vt occultat̃ tibi:quare cognoſcit̃ per ſenſum:⁊ qñ vtraqꝫ frangunt̃ inclinatio eius eſt ad oēs ptes:⁊ reductio eius eſt ſilis reductioni fracture adiutorij. ¶Dixit Aui.ꝙ per adiutoriū intellexit brachiū:vt dixit Albu.veꝝ dixit ipſe.in crure eſt extra opōnes ſupra id qd̄ eſt in operatione fracture brachij:⁊ eſt qñ tu equaueris aſtellas ⁊ cōpleueris oēm opōnē tuā,tūc accipe duas faſcias,⁊ alias tabulas ex ligno pini qd̄ adminiſtrat̃ in fabricatione ſelarioꝝ:⁊ elige ex eis qbus eſt groſſitudo parua:⁊ ſit longitudo earū longitudo cruris a genu vſqꝫ inferiꝰ ad calcaneū:⁊ pone ex oī parte cruris vnā inuolutā ex oī pte pāno leni duabꝰ inuolutionibus.Deinde liga eas cū duabꝰ faſcijs in tribꝰ locis.ſ.in medio ⁊ in duabꝰ extremitatibꝰ.nā cū hac ſtrictura ꝓhibet̃ crus declinare ad dextrā vel ſiniſtrā:ſꝫ ſeruat̃ in ſtatiōe bona.⁊ alij ſunt q ad dictā intentionē adminiſtrāt cunabulū ſiue capſetā de ligno ſm longitudinem cruris:⁊ ponūt in ea crus vt cōſeruent ipꝫ a motu. ¶Et dixit Albuc.ꝙ plm̄ opꝫ vt fiat iſtud in fractura cū vulnere in reſtauratione cruris. ¶Dicūt qdā.opꝫ medicū hr̄e tres miniſtros. Et precipiat vni eoꝝ tenere genu cruris fracti extenſuꝫ ⁊ firmuꝫ:⁊ alteri vt teneat pedē ſilr̄ protenſum ⁊ firmū ⁊ ſint ambo iſti miniſtri prudētes in extēdēdo ⁊ relaxādo ſm imperiuꝫ medici ⁊ precipiat miniſtro tertio ambabus manibus ſuis ſuſtentare crus in medio eius vel in loco fracture:tunc medicus equet manibꝰ ſuis oſſa fracta equatione decenti. ¶Et ſcias ſicut dicit Aui.ꝙ nō eſt diſpō cruris in tortuoſitate q̄ accidit figure ſue nāli:ſicut diſpō adiutorij:imo crus eſt rectū:quare oꝫ vt ſit extenſio eius ad hoc vt redeat ad rectitudinē poſt reductionē.dicūt qdā.fiat cura ſicut dcm̄ eſt in cura fracture coxe in ꝓhibitione apatis ⁊ amotione oſſis pungentis.

¶De reſtauratione fracture tali. Cap.lxxxvj.


Auicenna dixit.fractura tali praua eſt:⁊ eiꝰ curatio eſt difficilis.Et plm̄ frangit̃ cū cadit hō ex loco alto:qm̄ ꝯuertitur ſupra pedē.Et fortaſſe accidit cū eo attritio oſſis cū fluxu ſanguis ad vētres.dicūt qdā q̄ſdā abſcōſiones ſiue cauernas q̄ accidūt in carne ⁊ cute circūſtantes ex caſu.Et qdā dicūt.per ventres intellexit ſicut ſtomacū inteſtina vel veſicam ⁊ coagulat̃ ille ſanguis in eis:⁊ qñqꝫ ꝑducit ad egritudies magnas ex febre ⁊ permixtione rōnis ⁊ tremore ⁊ ſpaſmo pedis.ſ.totius vſqꝫ ad ancham. ¶Cuꝫ ḡ accidit in talo apa cōgelatū qd̄ nō appet ⁊ nō egredit̃ ⁊ nō proeminet ad exteriora.Et appet iaꝫ in colore eius tenebroſitas q̄ nō fuit ante tūc eſt ſigm malū ſignificās ꝙ eſt in via perditionis ⁊ putrefactionis. Si aūt eſt apa appens īpellēs manū tāgētis cōpreſſiōe:tūc illud eſt meliꝰ:⁊ fortaſſe ſit facilis eius eruptio.alˢ.eius curatio. ¶Dixit.A.qñ talus nō reſtaurat̃ ſicut opꝫ deſtruit̃ iuuam eiꝰ.ſ.reſtaurationis ⁊ nō fit deambulatio ſup ipm.auctores nō poſuerūt modū reſtaurationis eius:fortaſſe pp difficultatē eiꝰ,⁊ fortaſſe qꝛ reliquerunt eā notā ex modis reſtauratiōis aliaꝝ iuncturaꝝ:⁊ opꝫ medicū in hoc eſſe ingenioſum vt reducat fracturā tali ad ſitū ſuū nālē ſm ꝙ meliꝰ demōſtrabitur ſibi.

¶ De restauratione fracture calcanei. Cap. lxxxvij.



Avicenna inquit. calcaneus est excusatꝰ a fractura ꝓp duritiē suā: ⁊ ꝓp circūdationē defensionū. i. ptiū q̄ sunt in circuitu ossis eiꝰ. pl'ꝫ ergo nō accidit ei nisi dislocatio. Si aūt ei aliqñ accidit fractura, tunc accidit ei aut ſm longū aut ſm latū, ⁊ inuenit tactus inequalitateꝫ in loco ⁊ ptes fracture cedere cōpressioni, ⁊ nō requirit restauratio eius: nisi emplastrationem ⁊ ligaturam: ⁊ quidam addunt astellam similem figure calcanei.

¶ De restauratione fracture ossium pedis ⁊ digitorum eius. Cap. lxxxviij.



Dixit Albu. ossibꝰ pedis accidit qñqꝫ fractura. digitoꝝ v̄o ossibus raro accidit fractura: ⁊ nō accidit nisi attritio in pluribꝰ dispōnibꝰ. ꝙ si accidit ossibꝰ pedis fractura ⁊ vides illa ossa separi ſm se adinuicē: tūc ponat infirmus pedē suū sup terrā ꝑparatā sicut ambulans ⁊ tu statim pone pedē tuū sup illud ex ossibꝰ qd̄ euellit̄ ⁊ supeminet: ⁊ alijs calca illud cū eo ⁊ equa illud donec redeat in locū suū: deinde pone desup empl'm cū puluillis ⁊ sub vētre pedis pone tabulā puā cui sint duo capita plana ⁊ inuolue eā cū pannis: ⁊ alijs sicut indiget: deinde stringe eā cuꝫ pede strictura decēti. cū aūt p̄terierūt ei tres dies aut 4or: tūc solue ligam. nā tu inuenies ossa equata siue sint fracta siue dislocata. Si aūt frangunt̄ aliq digiti tūc restaura eos ⁊ equa ipsos sicut dictū est in digitis manꝰ. Deinde pone sub eo toto tabulā supradictā ⁊ stringe eā strictura decenti ⁊ si frangunt̄ ex digitis pedis duo aut plura tūc pone sup oēm digitū astellaꝫ sue q̄ꝫtitatis inuolutā in pāno leni: deinde stringe tabulā in inferiori pedis ⁊ sit stās sup vnū caput tabule extra vētrē pedis vt teneat retētiōe bona: ⁊ in oibꝰ alijs seq̄re, vt dcm̄ ē in his.

¶ De fractura ossis pectinis vulue ⁊ virge. Cap. lxxxix.



Fractura raro accidit in his mēbris si tñ aliqñ frangat̄ vulua mulieris. dixit Albu. fac ipsaꝫ sedere quadratam. deinde inclina eā ad ptē dorsi sui parumper ⁊ teneat̄ retro ⁊ ipleat obstetrix vuluā eiꝰ coto donec impleat eā fiat cū vulua ex ea sicut spera siue pila. Deinde cōcutiat̄ mulier: ⁊ eleua dorsuꝫ eiꝰ paulatiꝫ. egredit̄. n. illud cotū portā vulue sicut spera ⁊ os fractū redit: deinde pone puluillū sup dorsuꝫ eiꝰ. qñ ergo vult mingere remoueat cotū cū facilitate deinde mingat: ⁊ deinde reducat̄ cotū i vuluā ſꝫ modū ſm quē intromissuꝫ fuerit in ꝑmis: deinde redeat ad puluillū suū ꝑmū ⁊ faciat sic septē diebus aut circiter illos. ipsa eniꝫ restaurat̄. Et dixit. si vis accipe vnam vesicaꝫ ⁊ stringe sup foramē cannulā arūdinis ⁊ intromitte vesicā totā in vuluā: deinde insuffla cānulā cū v̄tute donec repleat̄ vesica vulue ⁊ fracta redit: deinde ex̄he vesicā ⁊ iple vuluā coto ⁊ stet: vt. s̄. dictū est aliquot diebꝰ donec sanet̄. ¶ Et dixit Albu. qñ frāgit̄ os pectinis viri aut mulieris: tūc administra in restauratione eiꝰ ⁊ ipsiꝰ curatione id qd̄ in osse dictū est. s. anche. nō. n. occultat̄ ei cui est studiū ⁊ intelligētia via ⁊ cā restaurationis in his fracturis. ¶ Et dixit. qñ frangit̄ v̄ga viri accipe guttur anseris ⁊ intromitte virgā in ipꝫ, deinde pone sup ipꝫ iuolutionē ex pāno ⁊ iuoluat̄ ⁊ dimittat̄ sic tribꝰ diebꝰ aut circiter eos ⁊ sanabit̄ si deꝰ voluerit. ¶ Dixit Sili. ꝙ agrimonia potata ꝯsolidat ossa fracta in breui tpe. ⁊ sil'e dr̄ de succo ꝯsolide mioris cū bibit̄ ex eo tribꝰ diebꝰ aut pluribꝰ oi die cyatꝰ vnꝰ. Debēt aūt h' exhiberi post bonā reductionē ⁊ emplastroꝝ appositionē ⁊ ligaturam.

Agrimonia ⁊ succus ꝯsolide ꝯsolidant ossa fracta si potent.

¶ De extractione sagittaꝝ ꝑ manualē opōnē. Cap. xc.



Avicenna inquit. q̄dā sapiētiuꝫ dixerūt. ꝙ ille q aufert sagittas opꝫ vt sciat añ illā sagittaꝝ spēꝫ. diuersificant̄. n. sagitte abinuicē valde ⁊ apud nos ⁊ apud alias nationes in figuris ⁊ formis varijs ipsaꝝ. ⁊ cā necessitatis cognitionis spēꝝ eaꝝ est: q2 pre diuersitate earum aliꝰ ⁊ aliꝰ modus ipsaꝝ ex̄ctiōis iudicat̄. Judicet̄ ergo medicus scire spēꝫ sagitte infixe quā ex̄here conet̄ extimatione sup his q in p̄ria vbi est frequētatū rōne infirmi ⁊ alioꝝ necnō ⁊ visu ⁊ tactu ⁊ vt meliꝰ de eis indagare possit medicꝰ auctores multas ⁊ varias eaꝝ spēs descripserūt. ¶ Inquit Albu. sagitte diuersificant̄ ſm spēs suas: qm̄ ex eis sūt q habēt cuspides magnas ⁊ q̄dā puas ⁊ ex eis sūt ꝯcaue ⁊ ex eis sunt surde. i. nō ꝯcaue: ⁊ ex eis sūt q̄ hñt tres angulos. sup. ⁊ ex eis sūt q̄ hñt duos sicut lanceas: ⁊ q̄dā q̄tuor sicut quadrelli. Et ex eis sūt lingue siue sūt barbule vel al's hñtes dispositiones, ⁊ ex eis qbꝰ fiūt astelle. ¶ Et Aui. loq̄ns de habētibꝰ astellas. dixit. q̄dā. s. astellaꝝ sūt ex ligno: q̄dā ex arūdine ⁊ loquēs de hñtibꝰ cuspidē. dixit. ſm eaꝝ figurā. cuspides q̄dā sunt hñtes tres angulos: ⁊ q̄dā quatuor: ⁊ q̄dā sunt sup qbꝰ addunt̄ ferra minuta. sup. ⁊ q̄dā sunt acute. Et loquēs de barbulatis. dixit de eis sunt hñtes linguā. sup. ⁊ earuꝫ: q̄dā habēt vnā, ⁊ q̄dā duas: ⁊ q̄dā plures. Et dixit. penetrātibꝰ. i. acutis, q̄dā hñt cuspidē magnā, ⁊ quedā paruā. Et rursuꝫ. dixit. A. q̄rūdā sagittaꝝ cuspis est fixa in hastula. habent. n. ex pte qua nō ꝑcutiūt ⁊ fortasse istas vocauit Albu. surdas ⁊ quarūdā cuspis hꝫ cānulā in qua egredit̄ hastula, ⁊ sunt que vocant̄ concaue ⁊ istaꝝ ambaꝝ q̄dā stringunt̄ ex ipsa cuspide ad hastulā. i. cū aliquo clauo vel alia re: ⁊ q̄dam nō stringunt̄ ad ipsaꝫ hastulā. ¶ Et haꝝ oiuꝫ sagittaꝝ quedā sunt male: ⁊ q̄dā nō sic, ⁊ de dispōnibꝰ malis sunt hñtes ꝯugi. i. cuspidē inclinatā retro eo ꝙ qñ tēdit̄, ⁊ trahit̄ vt extrahat̄ suspēdit̄ isto ꝯugi retorto cū carne ⁊ nō egredit̄: imo ab exitu ꝓhibet̄: ⁊ ex malis sunt hñtes rē annexā: q2 infigit̄ carni cū illa re qñ tendit̄ ⁊ trahit̄ ad exteriora. nā tūc dilatatur res eis annexa ⁊ infigit̄. vñ ab egressiōe ꝓhibet̄, ⁊ ex malis sūt hñtes ferra minuta addita ⁊ nō fixa firmata. nā cum trahunt̄ remanēt illa ferra in ꝓfundo, ⁊ ex malis sūt q̄ non clauate cū hasta egrediunt̄ ꝯugi. ⁊ ipꝫ ꝯugi remanet iterius: ⁊ ex malis sūt q̄ sunt barbulate: qm̄ cū suis barbulis herent ⁊ ꝓhibent̄ ab exitu. ¶ Et rursuꝫ cadit diuersitas in spēbus sagittaꝝ iudicās de diuersitate ex̄ctionis eaꝝ ſꝫ diuersū modū infixionis eaꝝ. nā q̄dā sic corpi infigunt̄ ꝙ altera eaꝝ extremitas extra apparet. s. ex pte hastule vel ex pte cuspidis: ⁊ q̄dā sunt interiꝰ ꝓfundate nō apparētes ex aliq̄ extremitate exterius. et q̄ sūt nō apparētes exteriꝰ sūt ex spēbꝰ malarū. et apparētiū exteriꝰ q̄dā sic appent ꝙ sufficiēter pñt capi vt ex̄hant̄: et q̄dā nō sufficiēter: et declināt iste v̄sus spēs malaꝝ. ¶ Et iteꝝ diuersificat̄ modus extractiōis eaꝝ penes diuersitatē mēbroꝝ qbꝰ infigunt̄. Et ex eis. n. q̄dā infiguntur mēbris ꝑncipalibꝰ nobilibꝰ: et q̄dā ignobilibꝰ: et sūt ex speciebꝰ malaꝝ, et q̄dā mēbris extrinsecis. q̄uocūqꝫ. n. figurate sagitte fuerint si infigunt̄ mēbris nobilibꝰ et intrinsecis fiūt de genere ꝑdētiū ſm pl'm. ꝓpterea dixit Albu. qñ sagitta cadit in aliquo mēbroꝝ ꝑncipaliū vel nobiliū et apparēt signa mala q̄ dicent̄: tūc opꝫ vt deuites ex̄ctionē illiꝰ sagitte. nam mors seq̄t̄ illū in quo est in pluribꝰ dispōnibꝰ. qñ aūt nō apparent ipsa signa mala et sagitta nō est abscōsa in ꝓfunditate mēbri tūc ex̄he ipsaꝫ et cura vulnꝰ. Et dixit. q̄ infiguntur mēbris sicut facies et reliqua extrinseca et nō nobilia et non profundant̄ soluant̄ sic sagittati ſm pl'm si nō inuenit sagitta arteriā magnā aut neruū magnū. sup. aut venā magnā et nisi fuerit venenata. ¶ Notāt et innūit hic Aui. ꝙ q̄dā ex sagittis debēt dimitti, et q̄dā extrahi. et dimitti debēt quecūqꝫ mēbris nobilibꝰ infixe sūt ꝑcipue apparētibꝰ signis malis et dicendis. nā honorabilius est medico in extractione ipsarū se nō ipedire ne infamiā incurrat vulgariū dicētiū, q2 fuerit cā mortis egri: et maxime si expectauerit medicꝰ in extractione eius fluxum sanguis impetuosuꝫ sequi. pauci. n. sunt qui sic mortē effugiunt, si tñ coactus aut diu rogatus fuerit medicus a cōsanguineis vicinis et amicis vulnerati: tūc ꝓtestatiōe facta et nō solū corā eis, sed et locis et multis expressa

De spēbꝰ sagittaꝝ.

Diuersificat̄ extractio sagittarū ſꝫ diuersū modū infixionis eaꝝ ⁊ ſm diuersitatē mēbroꝝ ⁊c.

Que ex sagittis nō sūt extrahēde sed dimittende.

postq̄ infirm⁹ dē aīa sua ⁊ bonis suis disposuerit plene ad ipsius extractionē se disponat ꝓut inferius dicet̄. ¶ Et est sciendū q̄ mā cuspidū sagittarū est multiplex. sunt enim sic̄ dixit Aui. ex ferro aut ere aut plumbo aut alkali. i. stanno siue auricalco aut ex cornib⁹ aut ex ossibus aut ex lapidib⁹.

Signa in fixiōis sagitte in membris ꝑncipalibus.

Signa aūt denotantia infixionē sagitte in mēbra nobilia diuersificant̄ diuersitate mēbroꝝ ipsorum. ¶ Dixit Alb. si sagitta penetrauerit craneū ⁊ ingressa sit in pāniculos cerebri, tūc accidit ex illo soda vehemēs ⁊ scotomia ⁊ vertigo ⁊ rubedo lingue ⁊ spasm⁹ ⁊ ꝑmixtio rōnis intellectus ⁊ vomit⁹ colere ⁊ fortasse egredit̄ sanguis ex naribus aut aurib⁹: ⁊ fortasse abscindit̄ sermo ⁊ destruit̄ vox ⁊ egredit̄ ex loco vulneris hūiditas grossa sil'is pulti ⁊ erit ex eo sil'is aquositati carnis: ⁊ sunt hec singula mala indicātia de abstinētia ab extractione eius. ¶ Qr̄ si sagitta infixa fuerit ꝓpe māmillā sinistrā: tūc signa q̄ sit infixa cordi sūt q̄ medicus tangens ⁊ experiēs de ipsa sentit, q̄r ipsa sit fixa in re dura nō in re vacua aut molli ⁊ fortasse sagitte est mot⁹ impulsiuus ad exteriora ⁊ retractiuus ad interiora ꝯsil'is motui pulsus: ⁊ currit ex vulnere sanguis niger ⁊ seq̄t̄ illū frig⁹ extremitatū ⁊ sudor frigidus ⁊ sincopis, q̄ sig^a cū apparuerint mors seq̄t̄ ꝓculdubio. ¶ Qr̄ si sagitta infixa fuerit partib⁹ pectoris: tūc signa q̄ꝺ sit infixa: in pulmone sunt exitus sanguis spumosi ex vulnere ⁊ vasa. s. vene ⁊ arterie q̄ sequūtur collū ap̄ant̄. s. replent̄ ⁊ inflātur ⁊ mutat̄ color infirmi ⁊ respirat spiritū altū magnū ⁊ querit attractionē aeris frigidi. Si v̄o fuerit infixa in diafragma ex perforatiōe ei⁹: iuxta costas paruas sciet̄ ⁊ fit anhelit⁹ magn⁹ cū dolore vehemēti ⁊ suspirio ⁊ mouent̄ oīa mēbra hūeroꝝ. ¶ Et si fuerit infixa stō accidūt nocumēta stomaci ⁊ fortasse egredit̄ ex vulnere aliq̄ꝺ indigestū ex cibo. ¶ Et si fuerit infixa alicui intestinoꝝ accidūt nocumēta in opōnib⁹ eoꝝ ⁊ fortasse egrediet̄ aliq̄d ex stercore. ¶ Et si fuerit infixa vesice egrediet̄ vrina, ⁊ fortasse ꝓcedet ex ea ad exteriora ꝑ viā vulneris: ⁊ fit dolor sup̄ infirmū vehemēs. ¶ Et ex lesione ꝓueniēte ex opōnib⁹ cuiussuis mēbri vulnerati a sagitta poteris scire infixionē in eo. ¶ Et scias q̄ sagitta q̄n̄ʒ cadit in hoieʒ armatū: ⁊ q̄n̄ʒ in nō armatū ⁊ in ex̄ctiōe sagittaꝝ neci⁹ est medic⁹ sollicit⁹ ⁊ ingeniosus diu ꝑmeditans sup̄ ex̄ctiōe ipsaꝝ ⁊ libēter audiēs ⁊ māsuete ascultans loquētes de hac mā. nā cū oī meditatione ⁊ inq̄sitione difficile est deuenire ad rectitudinē ex̄ctionis eaꝝ. Ampli⁹ negociū ex̄hēdi eas hʒ imēsitatē siue latitudinē grandē: ita q̄ rē doceri neq̄ʒ scribi sufficiēter poſſe est: maxime ex eo q̄ quotidie noui modi siue noue forme sagittaꝝ ⁊ teloꝝ ad offendēdū inueniunt̄. ¶ Et noua forma nouum modū req̄rit ex̄hendi.

Sagitte duob⁹ modis extrahuntur.

¶ De modis aūt ex̄ctionis sagitaꝝ in gn̄ali. dixit Albu. dico. q̄ sagitte nō egrediunt̄ ex mēbris in ꝑtib⁹ qb⁹ sunt fixe nisi ꝫm modos duos: aut ꝑ actionē earū ex loco in quē intrāt: aut eꝯ ꝑtis illius. i. per oppositā ꝑtē. ⁊ iō Aui. 4^a q̄rti. ca^o 10°. de pūctura ⁊ disruptione ⁊ ex̄ctione ei⁹ q̄ꝺ retinet̄ ex spinis ⁊ sagittis ⁊ ossib⁹. dixit. Sagitte ex̄hunt̄ ꝫm duos modos quoꝝ vnus est attractio. s. ꝑ ꝑtē per quā intrat sagitta. ⁊ ali⁹ est ipulsio. s. vt ex̄hat̄ per ꝑtē oppositā ei per quā intrauit. ꝓpellat̄ donec egrediat̄ ꝑ oppositā ꝑtē siue ꝑ ipsaʒ ꝑtē oppositā attrahat̄. Et modus q̄dē ipulsionis. dixit Aui. loco allegato. ꝯuenit q̄n̄ sagitta figitur in carne taliter q̄ ꝑ attractionē nō pōt euelli. ⁊ cū hoc in corporibus siue mēbris intermedijs siue locis ꝑ que hʒ impelli ⁊ in mēbris q̄ opponunt̄ parti introitus nō est aliq̄d q̄ꝺ ꝓhibeat absc̄isionē siue rupturā quā causat sagitta cū ipellit̄ neq̄ʒ est ibi neru⁹ neq̄ʒ os neq̄ʒ aliq̄d sil'e his vt arteria vel vena magna. si aūt id q̄ꝺ. i. ꝑ q̄ꝺ ex̄hēda est sagitta impellendo fuerit os tūc nō administram⁹ ex̄ctionē cū ipulsione: q̄r ꝑ ipulsionē nō ꝑforaret illud os: ⁊ ꝯsil'r nō opʒ q̄ cū nostra ipulsiōe incidamus neruū: aut arteriā, aut venā magnā. Et ꝯsil'r nō opʒ q̄ extrahat̄ ꝑ impulsionē si haberet in trāsitu ledere aliq̄ꝺ mēbrū nobile lesione magna. ¶ Notāt t̄n̄ q̄ si sagitta in introitu ⁊ perforatione sua in ꝓfundū iaʒ incisionē fecerit in aliquo dictoꝝ mēbroꝝ ꝓhibētiū impulsionē tūc nō ꝓhibet̄ impulsio: t̄n̄ in tali casu ꝯsiderādū est per quē moduʒ siue ꝑ quā viā melius possit ex̄hi. in hoc. n. casu ⁊ quolʒ alio. dixit Aui. s. loco allegato. opʒ vt inquirat̄ facilior via ad ex̄hēdū ipsa ⁊ illa eligat̄. ¶ Cū igit̄ sagitta fuerit penetrās a duob⁹ laterib⁹. s. a latere introitus ei⁹ ⁊ a latere opposito, tūc dilatet̄ locus q̄ est magis ꝯueniēs vt egrediat̄ ꝑ ipʒ. ¶ Et dixit Aui. loco allegato. ex̄ctio sagittaꝝ q̄n̄q̄ʒ fit cū inst̄r̄is ꝯueniētib⁹ sagitte ex̄hēde: ⁊ q̄n̄q̄ʒ fit cū expressione. s. manib⁹ facta sup̄ mēbra que sunt in circuitu sagitte. sup. ⁊ quassatione facta in sagitta cū manu: ⁊ deinde forti ex̄ctione ex̄hat̄, ⁊ q̄n̄q̄ʒ fit cū ꝓprietatib⁹ medicinaꝝ attrahētiū q̄ ex̄hūt illud a'cui⁹ ex̄ctione deficiunt manus ⁊ forfices ⁊ alia inst̄r̄a. Et q̄dā modernoꝝ addūt aut fit extractio sagitte cū precauatiōe. ¶ Et scias q̄ inst̄r̄a q̄bus sagitte ex̄huntur sunt multa ⁊ diuersa.

Inst̄r̄a q̄bus sagitte extrahunt̄ sunt multa ⁊ diuersa.

¶ Quedā. n. eoꝝ sūt turrini qb⁹ sagitta fortiter alligat̄ ⁊ reuoluēdo turrinū trahit̄. ¶ Et q̄dā sunt baliste. ⁊ dicūt q̄dā. q̄ attractio sagitte cū balista raro fallit: sed ꝫm plurimū extrahit eā, ⁊ maxie si sagitta sic apparēs fuerit q̄ possit firmiter ligari: ⁊ modus ex̄hēdi sagittā cū balista est, vt mēbrum in'quo est fix'a firmiter liget̄ ad trabē aliquā aut ad aliq̄ꝺ fixuʒ ⁊ bn̄ firmū vt esset ferrū in muro fixū: ⁊ tūc tendat̄ balista sicut fit ad sagittādū. ⁊ tūc sagitta cū chorda baliste firmiter liget̄ ⁊ annectat̄, ⁊ si tūc ipellat̄ chorda baliste secū trahit sagittā. ¶ Et q̄dā inst̄r̄oꝝ sagitte ex̄ctionis sunt tenacule siue forfices q̄ debēt esse fortes ⁊ de bono calibe fabricate ⁊ interi⁹ debēt eē dentate vt q̄ꝺ capiūt firmiter teneāt, ⁊ q̄daʒ sunt tortuose q̄ sunt tenacule hn̄tes in cuspide sua ꝯcauitatē que pōt recipi sagitta vel hastula ei⁹. ¶ Et q̄dā sunt terebella apta ad ꝑforandū hastā: si aliq̄n̄ remāserit in cuspide ⁊ fuerit absc̄issa ab ea iuxta ferrū: ⁊ alia ꝯsimilia. Et q̄n̄q̄ʒ educit̄ cū terebellis ferreis, q̄ʒuis nō sit in eo lignū. Et modus opꝰonis cū eis in hoc est vt intromittas directe terebellū q̄ꝺ sit ꝓportionale ꝯcauitati sagitte donec cōprehēdas ipʒ in ipsam cōcauitatē subintrasse: ⁊ tūc reuolue ipm leuiter: ac si velles cū eo ꝑforare: ⁊ de leui reuolutione ꝓcede gradatim ad fortiorē donec scias ipʒ firmiter ferro adherere: ⁊ tunc attrahe ipʒ, q̄m̄ si firmiter adherebit nō dimittet ipm donec trahat ipʒ exteri⁹. ¶ Et q̄dā sunt vncini apti ad infigēdū in re q̄ oʒ attrahi. ¶ Et alia ēt pn̄t inueniri inst̄r̄a cōmoda ex̄ctioni earū que medic⁹ sua industria excogitare oʒ prout ei casus indicabit, ⁊ opʒ vt ex oīb⁹ istis ⁊ ꝯsil'ib⁹ inst̄r̄is medicus copiā magnā apud se habeat diuersitatē hn̄tib⁹ in magnitudine ⁊ paruitate in acuitate ⁊ obtusione in grossitie ⁊ subtilitate in lōgitudine ⁊ breuitate ⁊ ꝯsil'ib⁹. ¶ Sint ergo ex oī specie eoꝝ: quedā mediocria: q̄dā acuta, q̄dā magis acuta: q̄dā acutissima, ⁊ consil'r in alijs dr̄ntijs: ⁊ eligat̄ ex eis illud q̄ꝺ est ꝓportionatuʒ q̄ʒtitati vulneris ⁊ q̄ʒtitati rei capiēde. tale eniʒ meli⁹ est ꝓportionat⁹. ¶ Dixit Aui. loco allegato. opʒ vt ex̄ctio sagittaꝝ fiat cū forficib⁹ hn̄tib⁹ capita vt lime serrate vt vehemēs sit eaꝝ retentio. ¶ Dixit Albuc. ego narro tibi modos q̄rūdā sagittaꝝ vt ponas illud in 2^am sign̄onem sup̄ illud q̄ꝺ nō dixi: q̄m̄ ꝑtes hui⁹ artis ⁊ distinctio eaꝝ nō cōprehēdit̄ ex narratiōe nec ꝯꝑhēdit eas liber: sʒ artifex prudēs cōparat cū pauco sup̄ multū: ⁊ cū eo q̄ꝺ est p̄n̄s sup̄ illō q̄ꝺ est absens ⁊ inuenerit vel inueniet opōnē nouam inst̄r̄m nouū apud descēsuʒ. i. euētū reꝝ ex̄hendaꝝ hui⁹ artis q̄n̄ accidūt ⁊ narraui plures casus q̄ dicent̄. ¶ Et scias q̄ quotiēs est tibi poſſe vt ex̄bas sagittā manib⁹ absq̄ʒ inst̄r̄is fac illud tūc: si v̄o nō est hoc tibi poſſe manib⁹: tūc vtere ist̄r̄is.

Primus can. obseruand⁹ in extractione sagittarum.

¶ Et opʒ vt in ex̄ctione sagittaꝝ obseruent̄ canones: quoꝝ vnus est, q̄ si sagitta est apparēs: tunc siue sit infixa carni siue ossi debes tēptare ipsius ex̄ctionē capiēdo siue manu siue inst̄r̄is sagittā iuxta corpus siue mēbrū in q̄ꝺ intrauit ⁊ nō ex lōginquo. ⁊ cū sic apta fuerit sagitta, tūc vt dixit Albuc. in attractione vt cōtorsione manus tue cū inst̄r̄o vel sine ad partes

omnes dextra ꝛ sinistra:sursuȝ ꝛ deorsuȝ:recte ꝛ oblique do
nec facias eā euadere:in fine aūt torsionis ꝛ ductionis eius
ad oēs ptes sagitta ad pmū sitū suū reducat:ꝛ tūc exbat.nā
sic faciendo sagitta facili⁹ ex loco diuellit,in captione tñ sa/
gitte:ꝛ maxie hastule eius ꝛ in torsione manus.dixit opȝ vt
caueat ꝯfractio eius qd capit,maxime cū instro,qm̄ si fran
git nō poterit postea facilr exbi:ꝛ maxie hastule eius. ¶ Et
in torsione man⁹.dixit.opȝ vt caueat ꝯfractio ei⁹:qd capit
maxie cū instro,qm̄ si frāgit nō poterit postea facilr exbi:ꝛ
maxime si hastula fuerit facilis exctionis.als.fractiōis sicut
si fuerit ex arūdine.nā.ligm arūdineū est facile frāgibile non
tolerās ꝯstrictionē fortē nec torsionē.Ingeniet aūt vt nō frā
gat qd instro cōphēdit:ꝛ est vt nō moueat motione subita.
scȝ ꝛ forti:imo cōprehendat sup ipȝ ꝛ cōmoueat cōmotione
qua sciat qȝtitas fixionis eius.s.an sit multa:an sit pauca ꝛ
cognita qȝtitate fixionis,tūc aut capiat ipȝ cū instro capien
di aut suspēdat in ipso.s.aliqd instrm quo possit illa res tra
hi vt vncinus,ꝛ qñqȝ vt qr sagitta careat hastula:ꝛ nō inue/
niat illa tūc accipiat alia q̄ sit pportiōalis illi:ꝛ ea cū facilita
te repleat ꝯcauitas sagitte hac illac trahēdo vt nō iferat sup
infirmū dolor vehemēs:qre torqueat paulatine man⁹ ꝛ cuȝ
facilitate. ¶ Scds cañ.est.dixit Albu.qr opȝ vt cum trahis
Scds cañ. sagittā vt facias q̄ ifirm⁹ sit situat⁹ ſm figurā ſm quā fuit qñ
fuit casus sagitte i ipȝ:qm̄ hoc est magis iuuatiuū:ꝛ si nō est
tibi pole illud:tunc administra ſm q̄ est tibi pole ex figuris.
Tertius cañ. ¶ Tertius cañ.est.dixit Aui.opȝ q̄ fiat q̄ via sit ampla suf
ficienter ad illud qd capi dȝ ꝛ auferri,ita vt nō phibeat bo
nitas politatis cōprehēdēdi ꝛ retinēdi ꝛ attrahēdi illud:cu
ius querit extractio quā bonitatē phibet via arta,ꝛ ideo si
arta fuerit siue ex pn° siue ex pcessu ante sagitte exctionē:qr
facta fuerit arta p carnis regionē,opȝ vt sufficiēter amplie
tur postea extrahat,ꝛ iō dixit Auicē.loco allegato.qñqȝ est
nobis necessariū in qbusdā horis vt incidat cutis qñ nō est
pole vt egrediat çugi ꝛ fixione pma.s.ea p quam intrauit:ꝛ
opȝ vt ista fissura sit iuxta introitū sagitte ex vna pte vel plu
ribus ſm exigētiā:ꝛ maxie reqrit fissure ꝛ ampliatiōis fra/
ctio si sagitta fuerit ex barbulatis siue allatis siue auricula/
tis,qm̄ sūt vehemēter difficilis exctionis,maxie qñ occultā
tur eoꝝ barbule siue ale:qm̄ si nō sunt occulte pñt ꝛ debent
exbi sicut nō hñtes eas.dixit itaqȝ Alb.si sagitte isūt aures
qbus teneat ꝛ phibeat obedire extractioni,aut scinde car/
nē fixā in eis ex oi pte oi ingenio quo potes ꝛ ingenia si po/
tes sup euasione carnis,aut fractura auriū ꝛ torsione earuȝ
donec euadas. Et Aui.loco allegato.dixit.si çugi habuerit
ramos diuersos ꝛ nō obedit nobis ad egressionē:tūc necesse
est nobis vt dilatem⁹ fissurā si nō fuerit ppe illū locū mēbꝝ
aliqd de quo timeam⁹ vt neruus vel arteria:ꝛ silia. Et scin/
dam⁹ adeo qñ detexerim⁹ illud çugi exhem⁹ ipȝ cū facilita
te. Si vo ppe locū fuerit mēbrū de quo timeam⁹,tūc de ho
minib⁹ sūt q ponūt ramos illos sagitte in cānā quā intro/
mittūt,ꝛ sic i cānulis attrahūt sagittā vt ñ egrediat caro,qm̄
si ñ traheret sagitta ramis ei⁹ politi i cānulis:sȝ siñ cānulis tc
cū eis egrederet caro cui illi rami adherēt in exitu:ꝛ in h ca
su expedit vt fissura tm̄ amplieт vt possit intromitti instrȝ ca
piēdi çugi:ꝛ cū eo ēt cānulle,in qb⁹ rami siue barbule eius
recipiant,ꝛ innuit Albu.in verbis suprapositis in hoc ca/
su de sagittis barbulatis:q̄ ampliatio fissure qñqȝ fit in bar
bulis illis:tūc cū forficib⁹ frangant ꝛ icident ꝛ incise exhē/
tur,aut si nō fuerit polis ipsaꝝ incisio saltē cū tenaculis tor/
Quartus cañ. queant ꝛ ad stipitē replicent. ¶ Quartus cañ.est.dixit Al
buc.q̄ si tu potēs nō es sup extractionē sagitte ex hora tua.
idest qñ tēptasti exctionē eius:tūc dimitte eā dieb⁹ aliqbus
donec putrefiāt que sunt in circuitu eius,deinde itera attra/
ctionē.alleuiabit.n.inde.ꝛ hoc intellexit de infixa carni. Et
silr dicūt.debere fieri in infixa ossi. Et Aui.loco allegato.di
xit.multotiēs est neciuȝ vt res infixa dimittat aliqbus die/
bus anteqȝ extrahat.ꝛ hoc est in casu q̄ nō obediat in pn°

actionis.ꝛ sunt qui adiuuant putrefactionē carnis cū intro
missione per vulnus rei mollificātis ꝛ putrefacientis vt olei
vel altri⁹ putrefactiui. Et dixit Albu.si sagitta infixa in osse
nō obedit tibi post dies.s.facta putrefactione in circuitu qd
erit qr sagitta vehemēter infixa erit qd cognoscit ex firmitu
dine sagitte in ipso osse ab oi pte.i.donec pforet totū os,ma
xime si fuerit grossum.ꝛ hoc cū terebello donec amplificet
sagitta ꝛ exhat. Et Aui.loco allato.dixit.aut incidam⁹ in p/
mis os:qm̄ ipulsionē nō tolerat nisi sagitta totū os ptrāsie/
rit.nā si ptrāsierit totum os:tūc polis est ipulsio siue sagitta
carnē post os penetrauerit ꝛ totū mēbrū pforauerit siue nō.
ꝛ dicūt.q̄ in tali casu sagitta os totū pforauit si vuln⁹ fuerit
ad inferi⁹ mēbri decliue impulsio sagitte cōueniētior est ꝛ eli
gibilior attractioni,qr in tali exctione p impulsionē vulnus
melius ppat expurgationi supfluitatū que in eo possent ag/
gregari:imo scias q̄ aliqñ sagitta sic infigit ossi,qȝuis non
perforauerit ipȝ qd p viā attractionis nullo igenio exhi pōt
ꝛ tūc si illud os fuerit ppinquū cuti ptis opposite,opȝ vt cu
tis incidat vsqȝ ad os:ꝛ q̄ os ex illa pte pforet trepanis vel
terebellis quousqȝ sagitta ipulsa p ipȝ possit exhi. ¶ In ex/
tractiōe aūt sagitte p ipulsionē.dixit Albu.sagitta q̄ egredit De extractione sagitte p impulsione.
ex ꝯrio ptis alteri⁹ sic est q̄ iā aut pcedit ex sagitta aliqd ad
exteriora aut facit gibbositatē extremitatis sagitte p sensum
ex supiori pte cutis ppinque. Si g vides eā eminētē seca sup
eā:ꝛ sit sectio ſm qȝtitatē q̄ capiant in ea forfices ꝛ capias eā
ꝛ attrahe ipsaȝ.nā sic fit facili⁹ ad exitū,si tñ sagitta retineat
in osse:tūc torque manū tuā ſm rectitudinez donec iprimat
sagitta ꝛ os ꝛ faciat sibi locū:deinde trahe ipsaȝ ꝛ si sic tra/
here nō poteris dimitte eā dieb⁹ aliquot vt dictū est supra:
oi tñ die cōmouēdo ipsaȝ.deide itera attractionē donec egre
diat.ꝛ dixit.si ligm sagitte est in ea tūc ipelle ipsaȝ cū eo. Si
aūt ligm cecidit ab ea ꝛ vis admistrare ipulsionē tūc si sagit/
ta fuerit ex eis q̄ cū cauda infigunt ligno intromitte in eam
instrm ꝯcauū vt in ꝯcauitatē eius ingrediat cauda sagitte:ꝛ
tūc ipsaȝ cū ea exhe. Si āt sagitta fuerit ex hñtib⁹ ꝯcauitatē
in quā ingredit lignū,tūc ipelle eā cū instro intrāte ꝯcauita
tē ei⁹,ꝛ ēt sagitta alleuiabit p illud. ¶ Et dicūt qdā.si lignū
in sagitta remāserit ꝛ fuerit ex eo adhuc extra locū p quem
itrauit multū ex ipso:tūc postqȝ senseris sagittā motā ꝛ ipul
pulsioni siue attractioni p ptē oppositā obediētē,tūc seca ex
illo ligno leuiter iuxta corp⁹ qȝtū pole fuerit vt citi⁹ p oppo
sitā ptē exeat. ¶ Auic.aūt dixit loco all.si sagitta puenit ad
oppōnē mēbri vulnerati:ꝛ nō est pole vt egrediat p ptē per
quā itrauit,tūc si.s.loca opposita sūt fixa ꝛ sufficiēter fixa a
penetrāte.s.ab ipsa sagitta bñ est,ꝛ si nō sūt fixa:aut nō suf/
ficiēter tūc dȝ vt dixit Aui.vt scindam⁹ illa loca q̄ opponūt
ei ꝛ exhat ex eis:aut p attractionē.s.capiēdo sagittā mani/
bus vel tenaculis vel alio instro ꝛ attrahēdo donec egredia
tur aut extrahat.s.p ipulsionē que ipulsio fit ex latere p qd
intrauit aut cū ligno vel hastula ipsius sagitte si nō acciderit
ab ea:aut si ciciderit p ipulsionē cū re alia intromissa p lat⁹
vulneris p qd intrauit ad ipellēdū ptingēte vsqȝ ad sagittaȝ
paulatine gradatiȝ.ꝛ cū facilitate pellat ad exteriora:aut ex
trahat ipellēdo silr ꝛ attrahēdo. Et instrm qd iponit in lat⁹
p qd intrauit ad ipellēdū dȝ eē diuersuȝ ſm diuersitatē sagit
te.eteniȝ si sagitte fuerit cauda tūc ipellam⁹ ipsaȝ.si vo sagit
te nō fuerit cauda sȝ cānula siue cōcauitas:tūc opȝ vt instrm
ipellēdi sit acutū vt possit ingredi cannā sagitte:ꝛ tūc impel
lamus ipsaȝ cū eo. ¶ Dixit Albu.si sagitta est cadēs in pe/
ctore,ant vētre,aut vesica.aut in latere.sup.aut aliquo alio/
rū mēbroꝝ nobiliū,tūc si est ppinqua cū eo q̄ tangit ppin/
qua.sup.ꝛ nō apparuerūt signa mala dicta supi⁹.aut si ap/
paruerint ꝛ rogat⁹ ꝛ coact⁹ fueris:ptestationē,vt.s.dictuȝ
est.premissa ne supueniat tibi loc⁹:sȝ motus stolidoꝝ si pole
est tibi seca sup ipsam cauendo tibi ab incisione vene arterie
vel nerui ꝛ extrahe ipsaȝ. Multotiēs.n.dixit Aui.loco alle/
gato saluat aliqs ex sic vulneratis mirabilr absqȝ spe.s.pre/

habita a medico vel astātibus de salute eiꝰ:⁊ si nos dimiseri mus sagittā in his mēbris ꝑncipalibꝰ ⁊ nobilibus accidet. dixit Aui. mors tñ ꝑm oēm dispōnē.i.ꝓculdubio,⁊ cū hoc ꝓportionabunt.s.a ꝑsona medici dimittētis ⁊ nō extrahen tis sagittā ex eis ad paucitatē misericordie. q̄re meliꝰ est ꝓce dere ad extractionē sagitte. Si.n. abstulerimꝰ eā fortasse sa nabit. qñq; ifirmꝰ. ḡ nō exhere est nō misereri sup ifirmū. Et multo meliꝰ est. dixit Gal.2° terapē. cū spe benigna faciētez qdē periclitari q̄z sine spe perire certissime. ¶ Qz si ꝯtingat sagittā nō appere, sz occultari ad ipsiꝰ inuētionē. dixit Aui. ꝙ Hip. ꝑcepit ꝙ si poſſe est vulnerato ponat ipsum ꝑm figu rā ꝑz quā fuit qñ fuit vulneratꝰ: qm̄ oz vt significet sup ipz sup sagittā in quā ꝑtē itrauit:⁊ si tūc nō fuerit ei poſſe: tūc oz vt resupinet ꝑm ꝙ poſſe est ei ex figura vt administret ingni tio.s. digito vel instr̄o ⁊ administret exp̄ssio.s. manibꝰ q̄ren do in quo loco fuerit sagitta. Multotiēs.n.ꝑ tactū cōprimē tē repit ⁊ ea repta ingeniādū est in extione eius ꝑm modos dictos: ꝙ si sic repta nō fuerit, aut fuerit repta ⁊ nō poterit exhi, aut pp sui ꝓfunditatē: aut pp sui infixionez vehemētē: aut pp p̄ñtiā alicuiꝰ ꝓhibētis vel ifirmi intolerātiā vel aliud tūc meliꝰ est vt dimittat. multi.n. iā retinuerūt eā:⁊ tñ cū ea multo tpe vixerūt ⁊ in multis iā nā post annū manifestauit eā deducēdo eā v̄sus cutē ⁊ egressa est sagitta facil'r ⁊ libera ti sunt. Et Guil. dixit. vidimꝰ sagittā occultā ꝑ annū ⁊ plus: cuidā in oculo, cuidā in naso: cuidā in coxa:⁊ postea manife stari ⁊ leuiter absq; molestia ꝑ se aut cū ꝑuo adiutorio egre di. ¶ Notāt. ꝙ añq̄z sagitta dimittēda sit ꝑus expiētia eē oz de extractione eiꝰ cū medicis ⁊ p̄cauatiōe ꝓut dicet. Et no tant ꝙ si sagitta ifixa fuerit neruo eodē mō extrahēda eē sic q̄ infixa est carni. curādū tñ postea est vulnus cura vulneris neruoꝝ. ¶ Et notāt. ꝙ si sagitta ꝑuenerit in mēbrū armatū ⁊ nō vulnerauerit nisi mēbra ignobilia in qbꝰ nō est timor de fluxu sāguis aut alio accñti malo: tūc poterit exhi armis nō remotis. Si v̄o ad mēbra nobilia ꝑuenerit:⁊ ad ea: i qbꝰ existit timor ð fluxu sāguis ipetuoso: tūc arma ꝑus iuxta pos se amoueri debēt: vt nō ipediat ꝑ ea medicꝰ a festino sue cur su fluēti sāguie vel aliȷ̄ accñti:⁊ ne forte post ea in extiōe ar moꝝ alia supueniat lesio. ¶ Et scias ꝙ ꝑz moᵐ dcm̄ exhi de bēt gladiȷ̄ ⁊ tela:⁊ q̄cūq; talia vt claui q̄ infixa in aliq̄ corpis ꝑte repient. ¶ Nūc v̄o adducā multos de vulneribꝰ sagitta rū casus quos sapiētes descripserūt supiorē ꝑtē capitis cū sa gitta vulnerari, lz raro ꝯtingit. al's āt capitis ꝑtes freq̄nter.

Si sagitta infixa fuerit capiti penetrans craneum.

Si itaq; aliq̄ ps capitis ꝑcussa fuerit q̄ craneū penetrauerit, tūc est in eiꝰ attractiōe ꝯsiderādū. nā vtpl'z egri eiꝰ extione moriunt. abradat ḡ caput ⁊ dilatet vulnꝰ vsq; ad os vt vi deat de cranei lesiōe:⁊ tūc p̄missa flōia ⁊ diuersiōibꝰ ⁊ molli ficatiōe loci cū vitello oui cōquassato cū oleo ro.⁊ p̄missa ēt appōne ꝓhibitiui in circuitu vt olei ro. cū bolo ar. expectan do cū tali ꝓcessu vsq; ad 3ᵐ diē, tūc dispō ifirmi si talis fuerit ꝙ possit tolerare siue spernere debilitātia extionis ad ipsaz exhēdū: tūc dispone cū oi leuitate tibi poſſi:⁊ cū minori capi tis cōmotiōe. nā si violēter eā extraxeris cōmotionē in cere bro pones.⁊ in pāniculis eiꝰ extēsionez ⁊ fortasse in craneo violētā disruptionē: vñ poterit apa in ꝑtibus cerebri gñari: aut multo spū exalato statiz mortē seq. ¶ Dixit Albu. si sa gitta est fixa in osse capitis ⁊ iā ꝓcessit in vnū vētriculū cere bri ⁊ apparēt ex ifirmo q̄dā illoꝝ accñtiū q̄ dcā sūt supra: tūc abstine ab extiōe sagitte ⁊ dimitte eā dōec equat post dies ⁊ si sagitta ꝑuenit ad siphac cerebri tūc mors nō ꝓlōgabit. Et si sagitta nō ꝑuenit nisi in corpe ossis tm̄:⁊ nō penetrat vsq; ad siphac ⁊ remanet ifirmꝰ aliquot diebꝰ ⁊ nō accidit ei ali qd̄ ex accñtibꝰ malis, tūc stude in extiōe sagitte ⁊ attractiōe eiꝰ. Si āt est ifixa valde ⁊ nō obedit tibi ad attractionē: tunc administra terebella ꝑforādo os in circuitu eiꝰ ⁊ exhe: deide curādū est vulnꝰ sic curant reliq̄ vulnera capitȷ̄ q̄ sūt cū amo tione cranei. ¶ Dicūt qdā. si sagitta vnā ꝑtē cranei ꝑcusserit ⁊ ꝑ aliā manifeste exiret ꝑtē vt qr ꝑcusserit ab añriori ⁊ exie rit posteriꝰ: aut eꝯ°. tūc ilico ligᵐ siue hastula euelli oz si fa cil'r fieri possit. ⁊ si nō poterit absq; difficultate abstrahi: tūc secet iuxta caput q̄ztū fieri poterit ⁊ fiāt fricatiōes ⁊ alie di uersiones ⁊ euōnes si tolerauerit eas v̄tꝰ. Et ꝓcede cū molli ficatiuo ⁊ ꝓhibitiuo ab vtraq; ꝑte:⁊ si accñtia mala vsq; ad aliq̄t dies nō supuenerint: tūc ab ea ꝑte a q̄ sagitta exiuit in cidat in modū crucis ⁊ cutis a craneo sepet. Deinde craneū ꝑforet vt meatꝰ sagitte ꝯueniēter elarget:⁊ tūc ferrū sagit te firmiter capiat ⁊ caute ⁊ cū oi facilitate poſſi attrahat. Si v̄o sagitta aliā ꝑtez cranei penetrauerit ⁊ signa mala nō ap paruerint: tūc ex ꝑte ꝑ quā itrauit cutis icidat ⁊ exhat a cra neo ⁊ ipz craneū mō supradicto ꝑforet ⁊ amoueat, deide sa gitta exhat. Et dñt. ꝙ ꝑforatio cranei in his ⁊ silibꝰ casibꝰ meliꝰ cū trepanis subtilibꝰ fit: qr cū eis nō fit in cerebro cō motio: neq; dolor sequet ex ꝯtactu sagitte sic ꝯtingit in abra sione cranei. ¶ Dixit Albu. cuidā viro accidit sagitta in la chrymali oculi eiꝰ ⁊ in radice nasi:⁊ extraxi ipsaz ex ꝑte alte ra sub adipe auris eiꝰ ⁊ sanatꝰ est, ⁊ nō accidit in oculo eius nocuᵐ. ¶ Et extraxi. dixit ipse. sagittā aliā iudeo q̄ cecidit in adipe oculi sui sub palpebra oculi sui iferiori ⁊ sagitta iā oc cultata erat ⁊ nō suz ꝯsecutꝰ ex ea nisi extremitatē eiꝰ paruā cū q̄ adherebat in ligno suo:⁊ erat sagitta magna ex sagittis arcuū turcoꝝ ex ferro leni in quo sūt aures ⁊ sanatꝰ est Iu deus:⁊ nō accidit ei in oculo accñs malū. ¶ Dicūt qdā. si sa gitta in aurē vel iuxta aurē ꝑcusserit: qñq; penetrat ad cere brū:⁊ accidūt tūc signa mala supradicta:⁊ qñq; nō penetrat ad cerebrū:⁊ nō sequūt tūc accñtia mala. q̄uocūq; ceciderit extrahenda est premissa mollificatione orificiȷ̄. ¶ Dixit Al buc. extraxi sagittā ex gutture chriani:⁊ erat sagitta arabi ca:⁊ est illa cui sūt aures. secui ḡ sup ipsaz iter duas guidez ⁊ iā submersa erat in gutture eiꝰ. subtiliatꝰ suz ḡ cum ea donec extraxi eā ⁊ sanatꝰ est chrianꝰ. ¶ Dicūt qdā. sagitta cadens in gulā, aliqñ vulnerat guidez, ⁊ aliqñ arteriā iuuenilē:⁊ est timor in ea magnꝰ:⁊ qñz nō ꝯfigit in ossibꝰ colli, ⁊ qñz sic. ⁊ h̄ est deteriꝰ ⁊ cū vulnerat venā vel arteriā, aliqñ detinet fluxꝰ sāguis magnꝰ q̄zdiu intꝰ remanet. cum v̄o exhit aliqñ ita magnꝰ fluxꝰ sanguis fit ꝙ mors venire nō tardat. cuz ḡ medicꝰ de tali fluxu timuerit oz se parare ad extionē eiꝰ lar ga ꝓtestatione p̄missa. faciat ḡ puluillos multos de stuppis satis latos: quoꝝ tres vel q̄tuor sint in medio ꝑforati tāta ꝑ foratiōe ꝙ possit ꝑ eā hastula sagitte ⁊ ferrū eiꝰ exhi si ex eo qd remāserit, ⁊ bñ balneet eos in albumine ouoꝝ mixto cū puluere sanguis ꝯstrictiuo. ⁊ aliȷ̄ nō sint ꝑforati: sz sint ꝯsil'r balneati in albuminibꝰ ouoꝝ absq; puluere: aut vino rubeo stiptico exp̄ssi:⁊ tūc iponat ꝑforatos vnū post aliū donec ac cipiāt bñ carnē in circuitu sagitte ⁊ minister eiꝰ ꝯprimat eos manibꝰ ⁊ firmos teneat, ⁊ tūc medicꝰ conet exhere sagittā q̄zto leuius poterit post cuiꝰ extionē illico foramē vulneris manu sua claudat ⁊ opilet firmiter tenēdo eā vsq; ad horaz vel plus quousq; sāguis ꝯglutinet ⁊ in loco iuiscet:⁊ tunc manu sua amota statiz supponat puluillos nō ꝑforatos bñ in circuitu apphēdētes, ⁊ tunc sup eis minister manū appo nat ⁊ leuiter teneat vsq; ad horas.ij. vel circiter illas: tūc ma nu ministri sublata medicꝰ suauiter ligaturā faciat cauendo ne de loco puluillos moueat ⁊ dimittat sic ligatura ⁊ nō sol uat vsq; in diē 7ᵐ: aut saltē 5ᵐ nisi accñs supuenerit exiens solōnē eiꝰ. Cūq; soluunt iteꝝ puluilli p̄dicto mō p̄pati ponā tur in illo stuello vulneri itromisso ⁊ sic vsq; in finē cure ꝓce dēdū erit. ⁊ dicūt. eādē p̄pationē ⁊ modū curationis fieri in quocūq; alio loco corpis a sagitta ꝑcusso: in cuiꝰ extione de supfluo fluxu sanguis timet. ¶ Dixit Albu. extraxi sagittā viro ex ꝑncipalibꝰ regis. q̄ ceciderat in medio nasi sui, ⁊ iam declinauerat ad ꝑtē dextraz parūper ⁊ occultata erat sagitta tota. Vocatus suz ego ad curationē illiꝰ post casum sagitte ad tres dies:⁊ inueni vulnꝰ sagitte strictū valde ⁊ inq̄siui eā cū tenta subtili ⁊ nō sensi eā, sed ipse inueniebat punctionē ⁊ dolorē sub aure sua dextra, ⁊ speraui ꝙ pūctio erat ex parte

De sagitta infixa lachrymali ⁊ ꝑtibꝰ oculi.

De sagitta infixa aurez vel iuxta ipsā.

De sagitta infixa gutturi ue gule.

De sagitta infixa naso.

extremitatis sagitte, ꝛ emplaui locū illū cū emplo in q̊ erat
v̊t⁹ attractiua ꝛ digestiua ꝯfidēs ex me ꝙ inde aparet loc⁹
ꝛ appareret mihi signa sagitte vt secarez sup eā ꝛ nō accidit
in loco accn̄s sign̄ans ꝙ sagitta ꝯsecuta sit locū. Assiduaui
aūt sup loco cū emplo multis dieb⁹ ꝛ nō accidit accn̄s ꝛ cō/
solidatū est vuln⁹ interiꝫ ꝛ remāsit ifirm⁹ absqꝫ ex̄ctione ei⁹
cū spatio dieꝝ donec sensit sagittā die quodā intra nasum, ꝛ
narrauit mihi illō. posui ḡ sup vuln⁹ medicinā acutā corrosi
uā aliqb⁹ diebus donec aptum est: ꝛ cū tēta temptaui ipm
vuln⁹: ꝛ sensi extremitatē sagitte subtilē q̄ adherebat ligno:
deinde addidi in aptionē vulneris p medicinā acutaꝫ donec
apparuit visibil̄r extremitas sagitte ꝛ preterijt mihi cuꝫ eo
spaciū tp̄is circiter q̄tuor mēses: deinde postq̄ꝫ amplificatuꝫ
est vuln⁹: ꝛ pol̄e fuit mihi intromittere forfices moui ipsam
ꝛ nō obediuit mihi ad exitū: ꝛ nō cessaui subtiliare ꝛ igenia
re sup eā die quodā cū forficibus decēter fc̄is donec extraxi
eā. Deinde restauraui vuln⁹. Et medici qdā iudicant ꝙ carti
lago nasi nō restaurat̄. restauraui ḡ ipsaꝫ ꝛ ꝯsolidatū est vul
nus ꝛ sanat⁹ est infirm⁹ sanitate integra neqꝫ nocuit ei aliqd
oino. ¶ Et extraxi. dixit Albu. sagittā viro q̄ cecidit in ven/
tre ei⁹ ꝛ cogitaui ꝙ moreret̄ ex ea: postq̄ꝫ aūt p̄terierunt ei.
xxx. dies ꝛ nō mutatū est aliqd ex dispōnib⁹ ei⁹ secaui super
sagittā ꝛ ingeniaui sup eā ꝛ extraxi eā ꝛ sanat⁹ est ꝛ nō ac/
cidit ei accn̄s malū. ¶ Et vidi virū cui accidit sagitta in dor/
so ei⁹ ꝛ ꝯsolidatū est vuln⁹ sup eū: ꝛ post septē annos exiuit
sagitta in radice coxe. ¶ Et vidi mulierē cui cecidit in vētre
suo sagitta ꝛ cōsolidatū est vuln⁹ sup eā ꝛ remāsit sagitta in/
tra ipsaꝫ ꝛ nō mutata est in dispōnib⁹ ꝛ nō inuenit mulier ex
ea noc^m ex opōnib⁹ suis nālib⁹. ¶ Et vidi virū aliū cui acci
dit sagitta in facie sua ꝛ cōsolidatū est vuln⁹ ꝛ remāsit ei nō
veniēs ei multū dolorē: ꝛ vidi silr̄a istis multa: ꝛ multi ēt ex
modernis plura silr̄a viderūt. ¶ Referūt. n. qdā. vidisse ho/
minē vulneratū eē cū sagitta in nuca colli. q statiꝫ amisit sen
suꝫ ꝛ motū abinde iferi⁹ ꝛ tādē liberatus fuit lꝫ nō habuerit
postea motū fortē in mēbris inferiorib⁹. ¶ Et dn̄t. vulnera
tū vidisse cū sagitta in crure supra focile min⁹ ꝛ pforauit vsqꝫ
ad ossis supficiē sine vlla lesiōe ossis ꝛ nō potuit defendi: qn
supueniret ei rigor ꝛ febris ꝛ mortuus est infra mēseꝫ. ¶ Et
nō referūt hꝰ stupēda vidisse ex vulneribus sagittaꝝ solum:
sꝫ ēt in vulnerib⁹ instroꝝ: ꝛ ēt ex vlceribus. Vn̄ referunt q/
dā vidisse hoīem vulneratū in capite cuꝫ ense ꝛ ꝓfundatum
fuisse vuln⁹ vsqꝫ ad subam cerebri. Et vuln⁹ erat supra ver/
ticē ab anteriori p̄te frontis vsqꝫ ad mediū capitis q sequēti
die post vulnerationē incurrit palysim vl̄eꝫ ꝛ emittebat sup
fluitatē p̄me ꝛ scd̄e digestionis insensibil̄r, ꝛ stetit sex dieb⁹
ꝙ nō comedit: bibit tn̄ aquā frigidā cū sirupo rosaꝝ ꝛ sexta
die petijt cibuꝫ ꝛ cibatus fuit ꝛ postea regul̄r rectus euasit.
¶ Et ego vidi vulneratū cū ense quēdā plurib⁹ ictib⁹ in ca/
pite suo oīb⁹ cū fractura cranei vsqꝫ ad pāniculos cū multa
emissione ossis, ꝛ cū hoc amputata fuit ei man⁹ sinistra cum
multa effusione sanguis ꝛ remāsit velut mortuus horis plu
ribus capite discooperto ꝛ erat sine sensu ꝛ motu ꝛ delatus
fuit ad ecclesiā vt sepeliret̄: ꝛ tūc cepit sentire ꝛ moueri, ꝛ cu
ratus postea euasit. ¶ Vidi aliū cū gladio acuto fuisse in la
tere dextro pforatū cassal̄r ꝛ dixerūt medici gladiū trāsisse
inter costā ꝛ costā nulla reperta lesione in aliqua eaꝝ ꝛ ipse
expuebat sanguinē q nō erat ex pulmone ꝛ nūq̄ꝫ cōsolidari
potuit p eos vuln⁹: sed emittebat p ipsuꝫ tātā saniei albe: licꝫ
subtilis q̄ꝫtitatē: ꝙ referre eā eēt incredibile nulla eius parte
p sputū exeūte ꝛ remāsit sic fact⁹ exiccat⁹ velut ethicus ānis
duob⁹: ꝛ tādē ꝯsolidatū est vlc⁹ ꝛ corpus eius impinguatū
fuit ꝛ vixit in optima sanitate annis plus. xxx. ¶ Et qdā re
ferūt ꝙ si accipiat̄ fiala vna vini maluatici: ꝛ in ipsa bulliat
croci. ʒ. j ꝛ modicū salis vsqꝫ ad cōsumptionē medietatis: ꝛ
ex eo lauet̄ fistula quecūqꝫ ēt inueterata: ꝛ ēt ani ꝛ lachryma
liū. quater i die nāli sanabit̄: sicut dicūt se fecisse. ¶ Vn̄ qdā
eoꝝ dicūt se sanasse in breui tp̄e fistulā ossuosaꝫ ꝛ difficilē cū

De sagitta infixa ventri.

De sagitta infixa dorso.

Mirabilia ex vulneribus.

lotione ipsius fistule q̄ter facta in die nāli cum vino optimo
maluatico ꝛ impositione post lotioneꝫ stuelli facti de radice
lapatij illi⁹. s. qō hꝫ radicē valde rubeā: ꝛ folia in sup̄mo ro
tūda eleuata: q̄ idiomate Bononiēsi vocat̄ patiētia: radēdo
radicē p̄us ꝛ inūgēdo eā cū vnguēto aploꝝ. ¶ Et si sagitta
pcusserit p̄tē inferiorē dorsi vel aliā partiū spōdiliū: tūc si nō
fuerit perueniēs ad nucā: aut ptransiens ad interiora extra/
hat̄ ꝛ curet̄: sicut dictū est in alijs cadētib⁹ in mēbra ignobi
lia ꝛ exteriora. Si v̊o puenerit ad nucā curet̄ post extractio
nē eius cura vulnerū neruoꝝ: ꝛ si penetrauerit ad interius
curet̄: sicut dictū est in sil̄ib⁹. ¶ Quidā referūt ꝙ alicui ter/
gū cū sagitta vulneratū fuit ꝛ transiuit sagitta ad stōm adeo
ꝙ extremitas siue cuspis sagitte sentiebat̄ ex p̄te an̄riori: qn̄
sup ea digitis premebat̄: ita ꝙ nō apparebat tangēti ꝙ inter
digitos suos ꝛ cuspidē sagitte mediaret: nisi pellis mirach q̄
est supra stōm: ꝛ cū mouebat̄ hasta sagitte q̄ remāsit a parte
tergi manifeste pcipiebat egrot⁹ sagittā fore intra stōm ꝛ ti/
muit medic⁹ vocat⁹ vehemēter in ex̄ctiōe ei⁹ pp lesionē stōi:
ꝛ qr sibi videbat̄ ꝙ hastula sagitte nō eēt ligata cū ferro: ꝛ ꝙ
in attractiōe ipsa egrederet̄: ferrū v̊o remaneret: p cui⁹ rema
nētiā mors oino sequeret̄: pauit ergo se medic⁹ ꝛ puluillos
plures de pāno lini multipl̄r multiplicatos cōposuit ꝛ vnū
ex eis ex p̄te āteriori vbi cuspis sagitte sentiebat̄ apposuit ꝛ
ministro p̄cepit: vt cū pollice suo sup puluillo in loco cuspi/
dis p̄meret, medic⁹ ipse tūc sup dorso in circuitu hastule ma
nib⁹ fortiter pressit: ꝛ hoc fecit si fortasse sagitta ꝛ ferrū ei⁹
p ipsas p̄ssiones retrogradaret̄ v̊sus foramē p qō fuerat in/
gressuꝫ: cūqꝫ p hoc vidisset hastulā moueri, ꝛ p pressionē in
p̄te anteriori pūctionē ꝛ dolorē nō augeri: sed potius minui
ministro alteri docto p̄cepit hastulā cū oī facilitate cōuerten
do ipsaꝫ ad multas p̄tes attraheret: ꝛ sic dāte deo ipsaꝫ cum
ferro attraxit. Dixit tn̄ medicus ꝙ si pciperet̄ ꝙ hastula sine
ferro egrederet̄ statim deꝫ reprimi hastula v̊sus ferrū vt rein
grediat̄ p ipm ꝛ minister anterior deꝫ forti⁹ cōprimere v̊sus
ferrū, vt meli⁹ ꝛ fortius hastula firmet̄ in ipso. Et refirmata
hastula iterū cū oī cautela igenio ꝛ facilitate queratur ipsi⁹
ꝛ ferri cū ea extractio: ꝛ postea curet̄ vuln⁹ sicut supradictū
est in cura vulneris p sagittā illati in gula cū lesione vene vel
arterie, ꝛ hoc mō oīa silr̄a vulnera: siue ab anteriori: siue a po
steriori curari debēt. Dixit tn̄ medicus ꝙ si ex vulnere predi
cto patiēs dolorē nimiū in stō sentiret sacellatio ipsi loco do
loris superponat̄ ꝛ vinū cū sale in patella bulliat, ꝛ cū bullie
rit furfur in tanta q̄ntitate supermittat̄ ꝙ empl̄m adeo ca
lidū fiat ꝙ vinū ex eo nō defluat: ꝛ hoc empl̄m in sacello po
nat̄: ꝛ loco doloris ꝛ in circuitu posita petia leni sup carne:
ita calidū apponat̄ ꝙ sentiat egrotus calorē eius optime ad
interius penetrasse: si tn̄ loc⁹ ille fasciat⁹ esset sup fascias ap
ponat̄ ꝛ totiens renouet̄: donec dolor sedatus fuerit. ¶ Et
ego vidi quēdā acuto cultello vulneratū ex anteriori parte
stōi ꝛ fixus est cultellus in ossibus dorsi: ꝛ qr sic firmiter eis
adherebat ꝙ nō sentiebat̄ mot⁹ eius p cōuenientē quassatio
nē cultelli iudicauerunt medici ipꝫ moriturū si violenter ex/
traheretur: tandem ab amicis rogati ingeniati sunt in extra
ctione eius: ꝛ eo extracto curauerunt vulnus ꝛ sanatus est
eger. Possent insuper alij multi ꝛ varij casus narrari quos
ꝓpter longitudinē dimitto cū predicti sufficiāt intelligēti.

Al's. siue ab iteriori: siue ab exteriori.

¶ De extractione sagittarum ꝛ alioꝝ infixorum corpori per
medicinas. Cap. xcj.



Sagitte quoqꝫ ꝛ tela ꝛ claui: ꝛ alia q̄cūqꝫ
ossea lignea lapidea vitrea fer/
rea ꝛ vngues: ꝛ oīa hꝰ que infixā alicui mēbro
rū reperirent̄ mullotiens medicinis euelli ꝛ ex
trahi possunt. ¶ Et de sumēdis interius dixe/
runt iā qdā ꝙ radix dictami ꝓprie cretici bibita cum vino:
aut comesta de corpe sumentis expellit sagittas. Et Albuc.
dixit. ꝙ magnes cū vino bibitus ꝓpellit exterius sagittā ve
nenatā. Et dixit ex verbo Sal. ꝙ magnes ex vulnere appli/

De simplicib⁹ tā interi⁹ sumēdis q̄ꝫ exterius applicandis

vatus, vel etiam intromissus attrahit ad se ferrū ⁊ educit ma
xime si magnes magnus fuerit. Et dixit Gal. xj. de simplici
medicina. ꝙ caro lacerte cōtrita: vt qdam scripserunt super
apposita educit stimulos. idest spinas iringias ⁊ clauos. Et
Sera. h dixit. de carne stellionis salita ⁊ veteri. Et Auic. di/
xit. ꝙ dꝫ cū oleo misceri: ⁊ dr̃ ꝙ coriū serpētis solū vel cū as/
sungia capre mixtū infixa euellit appositū: ⁊ sil'r fimus anse
ris appositus facit: ⁊ cancer fluuialis ꝯtritus ⁊ suppositus:
Et dixerunt Ras. ⁊ Cōstantinus ferrū ⁊ alia infixa educit, ⁊
fel bouinū cū melle mixtū ⁊ appositū ipsa extrahit: vt dixit
Alber, ⁊ puluis irundinū in olla bn̄ obturata sine aqua cū
pennis suis combustaꝝ impositus vulneri infixa extrahit.
¶ Dixit Gal. pmo de virtutib⁹ naturalibus ⁊ ponit 15° ꝯti.
qdā clauus ingressus est pedē cuiusdā infantis quē quesiui
extrahere toto ingenio: ⁊ nō potui ⁊ suppositis medicinis at
tractiuis egressus est velociter sine nocumento: ⁊ de medici/
nis simplicibus attractiuis infixoꝝ. vt ibi dixit Ras. est asfo
dilus tritus ⁊ suppositus ⁊ mum, siue cerops ⁊ bulbus nar
cisci solus vel cū farina boli emplastratus: ⁊ quidā hoc dn̄t
de bulbis que sūt calongia ⁊ anagalus superposita extrahit
ea ⁊ omnia coagula sunt attractiua infixoꝝ. Et caro ranun
cule: dixit. n. Isaac. vt ibidem ponitur. vidi quēdā qui pcus/
sus fuit cū sagitta in osse faciei eius: ⁊ per spaciū longū dura
uit ⁊ curatus fuit diuersimode: ⁊ nil cōtulit: donec superpo/
sita fuit ranūcula excoriata eiectis capite ⁊ extremitatib⁹
ipsius: ⁊ statim superposita ei extraxit eam in die vno: ⁊ no/
cte vna egressa est p se: ⁊ facta est caro mollis i ore vulneris.
Et Ras. dixit. ego credo ꝙ in ipsa est v̊tus pfecta in hoc: qm̄
ipsa euellit dentes. Dicūt quidā. intelligitur de ranuncula vi
ridi que degit in arboribus. ¶ Et ex simplicibus est radix
cāne emplastrata sola: vt dixit Serap. Sed Gal. dixit in 7°.
mixta cū bulbo: ⁊ ex eis vtilibus est anagalus ꝯtritus solus
⁊ appositus, ⁊ aristo. rotū. cōtrita apposita: ⁊ abrotanū solū
appositū vel cū melle emplastratū, ⁊ armoniacū solū vel cū
melle mixtū: ⁊ pix naualis ⁊ alij gūmi. Et de valde vtilibus
est myrrha: cū eniꝫ trita ponit᷑ super loco introitus extrahit
oīa infixa corpori. Et babinus vt ponit᷑. 15° ꝯtinē. dixit mē/
brū in quo spina ingredit᷑ in aqua calida ponatur per qua/
tuor horas egrediet᷑ spina cum facilitate absq; nocumento.

De cōpo/
sitis.

¶ De medicinis aūt compositis ad attrahēdū infixa ex cor
pore est medicamen qd̄ sic fit. ℞. radiceꝫ viticelle ⁊ decoque
cū vino: postea misce eā bene cum succo radicū cāne ⁊ mel/
le, aut superpone anagalicū cōtritū ⁊ mixtū cū succo radicū
cāne ⁊ melle, est enim vtile emplastrū bonū attractiuū sagit
tarū ⁊ spinarū ⁊ sil'ium. ¶ Aliud. ℞. mellis ⁊ fermēti. an̄. ℥.
ʒ. cepe narcissi ⁊ sepi vaccini. an̄. ʒ. j. assungie veteris sine sa/
le. ℥. ʒ. fimi anseris. ʒ. iij. ⁊ misceant᷑, ⁊ si infixū fuerit ferrū ad
datur magnetis puluericati. ʒ. j. ⁊ superponat᷑. ¶ Aliud. ℞.
armoniaci ⁊ radicū cāne cōtritarū ⁊ cepe narcissi. an̄. ʒ. j. ag
grega cū melle, aut fiat emplastrū de folijs dictami ⁊ folijs
blete simul mixtis ⁊ cōtritis. ¶ Aliud bonū ⁊ expertum. ℞.
fermēti ⁊ mellis. an̄. ʒ. vj. visci quercini. ʒ. j. armoniaci disso/
luti in aqua fenugreci. ʒ. ij. olei antiqui quantū sufficit, ⁊ ag/
gregentur oīa in mortario bene terendo ⁊ apponat᷑. ¶ Aut
℞. armoniaci ⁊ galbani dissolutoꝝ in aceto. an̄. ʒ. j. visci q̄r/
cini. ʒ. ʒ. fermenti. ℥. ʒ. ⁊ aggregent᷑. ¶ Aliud: ℞. cepe lilij co
ctum in mellicrate ⁊ medullā fermēti ⁊ mel ⁊ assungiā vete/
rem ⁊ aggrega simul: si tn̄ infixū fuerit ferrū adde puluerem
magnetis. ¶ Aliud. ℞. pulueris magnetis. ʒ. ʒ. oculoꝝ irū/
dinis. ʒ. iij. aristologie longe ⁊ rotunde, radicuꝫ polipodij ⁊
armoniaci. an̄. ʒ. j. cepe narcissi. ʒ. ʒ. spolij serpentis. ʒ. ʒ. capi
tum lacertaruꝫ. ʒ. j. mellis. ʒ. iij. ⁊ aggreget᷑ ex eis empl'm: ⁊
radix polipodij quercini contriti ⁊ optimi incorporata cum
vino maluatico vel alio vino albo ⁊ potenti superposita ex/
trahit sagittas ⁊ alia infixa corpori. ¶ Et Auic. addidit. ex
medicinis simplicibus sunt folia papaueris nigri: ⁊ folia ar
boris fici cū sauich mixta ⁊ semen iusquiami albi ⁊ ppri̇e cū
calcadis ⁊ keiri ⁊ spēs eius. ¶ Dixit Auic. post extractionē
sagitte. sup. ⁊ alioꝝ infixorum. sup. si vulneratus remāserit
quietus nō hn̄s calidū: tunc administra suturā. s. si indigue/
rit vulnus ea ⁊ cōple curationē tuā cū facientib⁹ nasci carnē
sm̄ exigētiā vulneris. Quidā dicūt. intromitte in orificium
vulneris stuellum de lardone, ⁊ si adeo fuerit vulnus pfun/
dū vt nō sufficiat stuellū de lardone attingere vsq; ad fundū
vulneris fiat stuellū de panno lini tante quātitatis ꝙ sit suffi
ciens ⁊ vngatur sanguine ⁊ intromittat᷑ ⁊ sic cū ea pcedat᷑
duob⁹ aut tribus diebus, deinde sicut cetera vulnera curet᷑.
Si v̊o accideret apa calidū vulneri, tūc regat᷑ regimīe dicto
supra in cura vulneris cōpositi cū apate. ¶ Dicūt quidam.
ꝙ incantatiōe sic extrahitur sagitta. extractor flexis genib⁹
dicat ter pater noster ⁊ illis dictis accipiat sagittā si manife/
sta ⁊ exterius fuerit ambabus manib⁹ suis sil'iunctis, ⁊ tūc
dicat. Nicodemus extraxit clauos de manibus ⁊ pedib⁹ dn̄i
⁊ attrahat tūc sagittā: qm̄ egrediet᷑ statiꝫ. Et dicunt si fuerit
sagitta occulta interius: tūc intromittat ambos idices quo
usq; cum eis tangat sagittā ⁊ dicat vt supra ⁊ trahat: qm̄ sa/
gitta sequet᷑ indices suos. Et dicunt. si nō poterit attingere
cum indicibus suis vsq; ad sagittā, tunc faciat ex cera vtriq;
indici capellum tante longitudinis ꝙ sufficiat peruenire ad
sagittam: ⁊ tunc capiat eam cuꝫ illis capellis ⁊ dicat ⁊ attra
hat cum eis vt dictum est supra.

Incanta/
tio ad ex/
trahēduꝫ
sagittas.

¶ Explicit tractatus quartus de sol'one cōtinuitatis mēbro/
rum extrinsecorum huius sermonis septimi sm̄ Nicolauꝫ.

¶ Tractatus quintus sermonis septimi.



Xpleto tracta. 4° au
xilio dei bene
dicti. incipiā eiusdeꝫ fultus
adiutorio tracta. 5m huius
sermonis septimi in quo de
apatibus terminat᷑ dictiōe
sufficienti. Continet autem
tractatus iste sūmas tres in
quaꝝ pma dicet᷑ de aposte/
matibus in generali ⁊ parti
culari cōsideratione habita
in eis inquātū apostemata
sunt: ⁊ in scd̄a dicet᷑ de eis
inquantū apata talis vel ta
lis mēbri sunt: ⁊ in tertia dicent᷑ potentie ⁊ virtutes medici/
narum pertinentium ad chirurgiam: ⁊ cum quibus chirur
gicus suas implet curatiuas intentiones.

¶ De quiditate apatis summe prime. Cap. j.

Apostema aliqn̄ nascentia vocat᷑, vt pꝫ
in libro de respiratiōe Aris.
Auer. tn̄ 7° colliget. nomen nascentie appro/
priat apati flegmatis qd̄ ad saniē nō deuenerit.
Ga. v̊o hoc nomē appropriat exiture. Vn̄ dixit
in libro de apatib⁹. ⁊ ponit᷑. 23a ptica suoꝝ affo. Cū humidi/
tates colerice corrodūt aliquā particulā carnis vel alterius
loci vbi putredo colligit᷑: dr̃ tunc nascentia, ⁊ reperit᷑ ꝙ apa
aliquādo vocat᷑ eminentia. Verꝝ Aui. dixit. ꝙ eminētia est
de gn̄e apatis, ⁊ est apa paruū: sicut apata sunt eminētie ma
gne, reperi etiā ꝙ apa antiquitus vocabatur idema: ⁊ ppri̇e
dicit᷑ de apate flegmatico molli. Aliqui dicunt. ꝙ apa dicit᷑
gipofonios qd̄ latine est aggregatiuuꝫ ppter aggregationē
in eo morboꝝ triū naturarū. ¶ Auctores dupl'r diffinierūt
apa. vno mō per subalia eius que est ppri̇e diffō. alio mō p
accidētalia que pprius dr̃ descriptio qꝫ diffō. ¶ Et diffō ei⁹
per subalia ponit᷑ ab Auicē. pmi scd̄a. que talis est. Apa est
egritudo cōposita ex plurib⁹ morbis, ex qb⁹ oīb⁹ cū cōiun/
guntur peruenit ex eis res que est egritudo vna, apa etenim
est egritudo, qr imediate ledit opōnes mēbri in quo est. Et
est cōposita vt per hanc differētiā differat ab oi egritudine
simplici: ⁊ est cōposita ex pluribus morbis, qr ex tribus. sic

Diffini/
tio apatis
p subalia

enim voluit Gal. primo de accidenti ꝛ morbo. ꝙ ad esse apatis requirat triplex morbus. s. cõplonis ꝛ cõponis ꝛ vnitatis. ppea dixerũt qdã. ꝙ apa est trine nature corporis essentialr ꝛ imediate ledẽs operationes: qm̃ vt dixit Gal. 13° terapen. Apostema est morbus mutans mẽbrũ: cui aduenit a sua naturali qualitate in ea que est extra naturã per qualitatẽ, hic intelligens omnem corporis nãm: naꝫ tres nature corporis aliqñ ab auctoribus qualitates vocant: ꝛ ppter esse apostema morbũ compositum ex tribus generibus morborũ predictis differt a morbo composito ex duobus tantũ vt cõplexionali ꝛ cõpositionali vel cõplexionali ꝛ vnitatis vel compositionali ꝛ vnitatis: ꝛ est apostema morbus compositus ex dictis tribus morbis: quãdo sic componunt ꝙ ex eis puenit egritudo vna: ꝛ per hoc differt ab omni egritudine cõposita ex oibus dictis tribus morbis: quando sic componũtur ꝙ ex eis non prouenit egritudo vna, sed distincti permanent in corpore vel mẽbro cui accidunt: ita ꝙ distincte vnusquisqꝫ curationẽ sui indicat: ꝛ potest vnusqsqꝫ curari per se: ꝛ talis egritudo nõ dicit pprie composita: sed rectius habetur egritudo permixta. Ait. n. Aui. primi scda. cum egritudines dicemus cõpositas nõ quaslibet egritudines coniunctas intelligi volumus: sed egritudines ex quibus omnibus cum cõiunguntur perueniet ex eis res vna que est egritudo vna. Et hoc quidem erit sicut apostema. In apostemate eniꝫ dixit ipse omnia genera egritudinũ reperiunt, s. malitia complexionis: nullũ enim accidit apostema, nisi ex cõplexionis malitia cum mã, ꝛ in ipso inuenit forme ꝛ cõpositionis malitia. Nulluꝫ enim fit apa, quin cũ eo fiat lesio in figura ꝛ in dimensionibus, plerũqꝫ etiã inuenit egritudo situs: ꝛ inuenitur in apostemate egritudo cõmunis que est solutio ꝯtinuitatis: nullũ enim accidit apostema nisi pculdubio ꝯtinuitas soluatur cũ in mẽbro apostemato materie euacuent ꝛ superfluitates superfluentes: ꝛ inter partes penetrent mẽbri ꝛ separationẽ inter venas faciunt, ꝛ alias partes ꝛ sibi loca capiunt: ꝛ nõ est dictoꝝ morboꝝ compositio in apate talis ꝙ ipsi in membro distincti maneant: sed deducũt se ad vnã formaꝫ egritudinalẽ que est vnus morbus: ita ꝙ nullus eorum indicat curã sui distinctã a cura alioꝝ: sed ipse morbus ex eis compositus indicat curam suã sic compositi. sic ꝙ eius cura distincta est a cura cuiuslibet ipsoꝝ triũ. Si quilibet ipsoruꝫ distinctus foret. ¶ Et qꝛ aliquãdo morbus ab auctoribus vocat simplex ab vnitate curationis. Ideo reperitur a quibusdã dictũ ꝙ apostema est morbus vnus simplex: qꝫuis ẽt sm alios possit dici vnus ꝛ simplex rõne cause cõiuncte: que est vna mã sic collocata. als. collecta. Est enim apostema repletio membroꝝ cõsimilium facta preter nãm. ¶ Auerrois enim voluit. ꝙ apa sit morbus cõpositus solum ex duobus cum dixit. in apate per influxũ ex quantitate eius qd̃ infunditur fit dilatatio in mẽbro sm omnes dimẽsiones eius. Et ppterea dixit. ꝙ helmiron ꝛ herisipila ꝛ silia sunt cõposita ex morbis cõsilibus ꝛ officialibus: ꝛ nõ expressit de morbo vnitatis: qꝛ vt dicũt qdaꝫ sm ipm. 2° colliget. solutio continuitatis est in mẽbris cõsimilib⁹. ꝛ est morbus pprius eis: ¶ Quãuis tñ oẽs tres morbi predicti in apate cõiungant, nõ tñ equo mõ: sed vt qdã dicunt in apate pncipalr peccat cõclusio. scdo vnitas. ꝛ tertio cõpositio. Dicũt. n. oẽm morbuꝫ cõpositũ radicalr: ꝛ pmo cõsistere pp malitiã ꝯplonis ꝛ cõsequenter pp malitiã siue delictũ in alijs naturis: sꝫ vt alij dñt in apate pncipalr peccat cõpositio, qm̃ sm peccatũ ꝯpõnis auctores distinxerũt tẽpora apatis vt inferi⁹ patebit: vel ẽt iõ qꝛ qꝫuis in mẽbro sit mala cõplo mãlis absqꝫ mala cõpõne, nõ tñ seqt apa fore: ꝛ silr si in mẽbro sit soluta ꝯtinuitas ab humore corrosiuo, non tñ necessario seqt in eo fore apa, neqꝫ ẽt si ambo predicti morbi duo ab humore pcedẽtes silr sunt in mẽbro. Nõ tñ necessario in eo erit apa, sed si in membro mala cõpositio fuerit ad mãlã cõpositionẽ a cã humorali necessario sequit apa: nã humores ipsi extendẽtes partes mẽbri separant inter eas: ꝛ si ipsius cõtinuitatẽ separant: ac etiam in eodẽ loco concalcati ẽt ꝛ si ante hoc in seipsis boni forent calefiunt inde ꝛ malã cõplexionẽ causant: ꝛ ad hoc sequit necessario apa. Et huius opinionis dicũt fuisse Gal. 7. terapẽti. cũ dixit. manifem est: qm̃ sꝫ magnitudinẽ deficiunt mẽbra apata ab eo qd̃ sm naturã in qbus verbis innuit ꝙ apa sit morb⁹ in magnitudine: ꝛ sic in nã cõplonalr. ¶ Dixerunt. ꝙ apa diuersis respectib⁹ põt dici morbus instralis ꝛ cõsimilis. Nã Gal. in 4° de accidẽti ꝛ morbo dixit. ꝙ apa est morbus organicus: ꝛ hoc ideo, qꝛ primũ peccatuꝫ qd̃ in apate apparet est in nã organica. s. in quãtitate: aut qꝛ in mẽbris organicis frequẽtius fit: vt cerebro pulmone ꝛ stõ ꝛ silibus; aut qꝛ lesio. per ipsuꝫ inducta in opõnib⁹ nature organice frequẽtius ꝛ magis ꝛ ppius manifestatur, sensui, ꝛ sic morbus dr officialis. Morbus aũt cõsilis dicit: qꝛ in ipso pncipalr ostendit. als offendit: seu est opatio nãe cõsimilis: ꝛ aliquãdo ẽt per prius sensui manifestat: ꝛ hoc intellexisse dicũt. A. qui tertij 4ª dixit. pulmoni accidunt apata mẽbris similiũ partiũ appropriata: ꝛ hoc iõ: qꝛ apa principaliter ꝛ subiectiue in mẽbro cõsimili haberet fieri, quare ꝛ ipsi⁹ operationẽ pncipali⁹ ledit. s. nutricationẽ, põt tñ dici quodãmõ morbus mẽbri organici inquãtũ totũ mẽbrũ organicũ ledit in opationibus sibi debitis Gal. nãqꝫ 4° de accidenti ꝛ morbo voluit, ꝙ apa sit egritudo membri officialis: qd̃ pꝫ. dixit ipse: qꝛ in apate oculi imediate ledit operatio ipsius oculi. s. visio. Uerũ pmo eiusdem Gal. ꝛ Aui. pmi scda. dicunt ꝙ est egritudo mẽbris cõsimilis, ꝛ rõnẽ hui⁹ innuit Gal. in tegni. qꝛ apostema essentialr fundat in mẽbro cõsimili, naꝫ nunqꝫ erit apa factum: nisi quando materia est locata in porositatibus mẽbri consimilis non solum magnis: sed paruis q̃ parue omnino sunt de natura membri consimilis.

¶ Diffinitio vero siue descriptio apostematis p accidentalia data est a Gal. 6° de accidenti ꝛ morbo, vbi dixit. ꝙ apa est tumor siue grossities preter nãm quo membra inde fiunt in magnitudine ab eo qd̃ est sm nãm. ¶ Et Constantinus in pantegni dixit. ꝙ apa est inflatio siue grossities accidẽs pp superfluos humores. suppl. vel vetositatẽ: pp quã aliquoties mẽbrũ patit. Dixit Gil. ꝙ Cõstantinus dixit. inflatio quantũ ad vẽtositatẽ ꝛ grossitudo quãtũ ad humores. ¶ Dicuntur autẽ dicte diffinitiones date a parte accidentis: qꝛ nõ dñt essentiã apatis: nã tumor ꝛ inflatio nõ sunt de essentia apatis: sed sunt accidens ꝯns morbũ in cõpositione cõponẽte apa scꝫ morbũ quãtitatis: neqꝫ etiã tumor semp est morbus: vnde Gal. eodẽ pmo de accidẽ. ꝛ morbo. ait. tumor facit deficere mẽbra ab eo qd̃ est sm nãm qñ in tãtã deuenerit magnitudinẽ ꝙ noceat alicui actui: pp cuius nocumẽtũ esset egritudo. Aliter autẽ sinthoma dr̃m est ꝛ passio solũ: quẽadmodũ ꝛ dolor: pp qd̃ etiã de regimine sanitatis. dixit. ꝙ tumor est accidẽs apatis calidi cõsecutiuuꝫ. ¶ Nec ẽt tumor semp sequtur ad apa: neqꝫ in omni apate apparet: vt apparet i apatibus mẽbroꝝ duroꝝ: ꝛ mẽbroꝝ mollium in qbus fit apa absqꝫ manifesto tumore: vt dicet inferius: neqꝫ ẽt oẽ apa in mẽbro carnoso eueniẽs illud eleuat in tumorẽ vt patebit infra. de herisipila q̃ nõ ipellit: et dñt Gal. notãter dixisse apa est tumor pter nãꝫ: qꝛ nõ oino tumor est apa: multi. n. tumores in mẽbris aliqbus: ꝛ aliquoꝝ sũt sm nãm: ꝛ ex pncipijs nãlibus vt multitudine mãe quã in principijs generationis virtus fortis informauit qui nõ sunt apata: tumor ẽt eueniens membro ex additione carnis in eo nõ est apostema: sicut neqꝫ etiã tumor appet in siphac ruptura ꝛ eminẽtia vmbilici, vñ dixit Aui. pmi qrta in apatib⁹. i. humorib⁹ occultis q̃ sub vẽtre existũt ꝛ ꝯtingit error: qm̃ qñqꝫ nõ sunt apata, sed rupture: ꝛ erit in pforãdo ea timor. Tumor ẽt apparens in dextro ypocundrio figure leuioris in apate gibbi epis non est apa: sed bñ accidẽs apatis. Nam de intentione auctoruꝫ est ꝙ tumor q est in apate ꝯsistat ex aliqua mã humorali vel reducibili ad humorem: aut ex mã ventosa, ꝛ nõ ex materia

Quo apa est morbus cõpositus ex oi gñe morborũ

Quo apa põt dicit morbus simplex.

Que nã pncipalr peccat in apate.

Apa põt dici morbus instrumẽtalis ꝛ cõsimilis.

Descriptio apatis p accidentalia.

Tumor nõ est de ecẽntia apostematis.

carnosa:nec in reducibili ad carnosã, vñ tumor apparẽs in
eminẽti cicatrice nõ est apa, neq; de essentia alicuius apatis:
qdã tñ sunt asserẽtes pdictas descriptiões datas de apate a
Gal. ⁊ Cõstãtino eẽ veras diffões: pp qð asserũt, lz false q
ois tumor est apa. Quidã aũt alij sunt dicẽtes, q vbicũq; est
tumor qð ibi sit apa: vt in varicib⁹ ⁊ multis alijs tumorib⁹
apparet q nõ sũt apa. Uerũtñ tumor q est in apate: aliqñ est
magnus sic q sensu manifeste apphẽdit, vt in flegmone mẽ
bri carnosi. Et aliqñ est paruus sic q paruitate sua sensui nõ
manifestat qualis est q i apatib⁹ membrorũ durorũ ⁊ mol-
liũ, imo herisipila q nõ ipellit existit. Et alij sunt dicentes, q
tumor nõ semp est dispositio egritudinalis. Immo aliqñ est
dispositio neutralis: ⁊ p tãto dicũt, q diffinitio de apate ab
Aui. data suprapposita nõ verificat ibi: nisi de apatibus ma-
gnis. ¶ De puis aũt hesitãt. Dicũt eniz q multa sunt apata
pua q nõ ipediũt opões: ⁊ nõ sunt egritudo. sz neutralis di-
spositio. ¶ Et scias q aliq sunt dicẽtes q sicut non in oibus
apatib⁹ appet tumor manifeste: silr nec in oib⁹ appet mani
feste mala 9plo: neq; solo cõtinuitatis: vt pz in apatib⁹ ossiũ
in qbus: neq; mala 9plo, neq; cõtinuitatis solo aliqñ sensui
manifestat. ¶ Sũt ⁊ insup alij dicẽtes, q in oi apate est ma-

Cõño in apate est mala cõplexio.

la cõplo sumẽdo malã 9plonẽ p iproportione 9plonis mãe
faciẽtis apa ad ipsi⁹ mẽbri 9plonẽ. Nã dicunt ipsi in quolz
apate mã ipz faciẽs 9tinet in mẽbro pter nãm: ⁊ nõ põt pre
ter nãm eẽ qn iproportionet cõploni mẽbri in quo est. Ue-
rũtñ nõ in quolz apate est mala cõplo excedẽs gradualr in
pmis qlitatib⁹ simplr vel cõposite: imo põe est q aliquo tẽ
pore ab inceptione apatis talẽ malã 9plonẽ gradualr exce-
dẽtẽ nõ repiri: vt in apate a sanguine veniẽte a 9trarijs eqlr
mixtis in apate frigido eueniẽte in mẽbro calido vel ec⁹. Di
cũt tñ q nõ diu stat apa in mẽbro qn talis gradualis cõplo
mala in eo fiat: qr ois mã in mẽbro cõtẽta preter nãm a regi
mine nãe relinqt ⁊ derelicta malã 9plonẽ gradualẽ acqrit
quã iprimit in mẽbrũ: ⁊ cũ hoc dico ẽt dicũt q predicta ma
la cõplo gradualis in mẽbro ipressa nõ semp est dispõ egra:
sed bñ est dispõ neutra: ⁊ hoc erit qñ erit tã remissa q nõ im-
pediat opões: ⁊ silr dicũt q solutio 9tinuitas sp est in apate
oi: verũtñ sp nõ est manifesta sensu pceptibilis: qm mã apa-
tis vt supradictũ est extẽdit mẽbri in quo est: in cui⁹ exten-
sione ipsius soluit cõtinuũ: sz tñ nõ semp sic q reddat sensui
manifesta: ⁊ qr solo ista 9tinuitatis cõtingit in apate: aliqñ
est sensui manifesta, ⁊ aliqñ nõ, p tãto dixit Gal. 4° de inge.
sani. q cancer aliqñ est cũ vulnere sm sensuz. ¶ Et dicũt, q

Dolor nõ est i omni apate.

qzuis in aliquo apate nõ sit dolor: tñ in eis est solo 9tinuita-
tis ⁊ mala cõplo modis dictis, nã nõ ad oẽm solonẽ 9tinui-
tatis: ⁊ oẽm malã cõplonẽ ẽt gradualẽ est necessariũ seq do
lorẽ, sz solũ ad eas que fiunt subito ⁊ repẽte: ⁊ qr in multis
apatib⁹ solo 9tinuitatis ⁊ mala cõplo qñq; fiũt paulatine:
vt in nodis ⁊ glãdulis: ideo in eis nõ est dolor stãtib⁹ in eo solu
tione 9tinuitatis ⁊ mala cõplone fiẽtibus, hoc tñ erit p acci
luit scd̄o de crisi ꝙ cū sanguis corrūpat'. s. sic ꝙ corrūpat' for
ma eius subtile eius trāsit in colerā: ꝛ grossum in meliam: ꝛ
hos humores in quos ꝯuersus est sanguis vocauit hic Aui.
sanguinē malū: noiauit aūt eos sanguinē: qꝛ vt in dicto ser/
mone patuit ipsi detinent aliquas proprietates sanguinis.
ℭ Fortasse illi q dixerūt. ꝙ Aui. intellexit per sanguinē lau/
dabilē sanguinē nō adustū, ꝛ ꝑ sanguinē malū sanguinē adu
stum plus vadūt ad mētē Aui. si bñ cōsideret' in eius decla/
ratione quā fecit de mēbris dicte distinctiōis. Dixit eniꝫ. A.
ꝙ factum a sanguine laudabili: aut fit a sanguine laudabili
subtili, aut fit a sanguine laudabili grosso, ꝛ subdit factum a
sanguine grosso est illud. scilicet flegmon quod accipit ꝛ te/
net cutem ꝛ carnem simul: quia sui grossitie profundat' ad
carnem: quia pōt sanguis grossus, ita expelli ad cutem sicut
subtilis: a quo. s. subtili apa factum est: de quo dixit. A. acci/
pit cutē solā. Et dixit solā: nō qꝛ nō accipiat ēt de carne: sꝫ qꝛ
accipit plus de cute ꝛ minꝰ de carne: cuius ꝯ̃riū facit apa fa
ctū a sanguine grosso: qd̄ accipit plus de carne ꝛ minꝰ de cu
te. Et Auer. 3° coll'ꝫ. dixit. ꝙ apata sanguinea diuersificant'
per maiorē profunditatē ꝛ minorē: ꝛ qd̄ est minoris ꝓfūdi/
tatis est leuius: ꝛ factū a sanguine leuiori ꝛ subtiliori: q̄ꝫuis
ēt possit dici leuius ꝑpea ꝙ leuiora accidētia facit saltem de
pulsatione ꝛ grauitate. Et dixit Aui. apa factuꝫ a sanguine
subtili est spina. i. inducit in mēbro punctiones sicut spina: q
dā exponunt est spina. i. herisipilla, ꝛ hoc per quādā sil'itudi
nē: qꝛ fit de mā subtili: ꝛ qꝛ extra pellit' versus superficieꝫ: ꝛ
qꝛ inducit punctiones similes punctionibꝰ herisipille: q̄ꝫuis
in herisipilla oia p̄dicta sunt plus. ℭ Et dixit Auicē. ꝙ hoc
apa a sanguine subtili est sine pulsatione: nō qd̄ē absolute: sꝫ
qꝛ pulsatio in eo est pauca q̄ ꝓprie respectu pulsationis apa
tis facti a sanguine grosso que est multa potest dici: qꝛ in fa/
cto a sanguine subtili modicū coartat' materia: in illo auteꝫ
multum. Dixerunt qdā. ꝙ Aui. ꝑ spinā hic intellexit apa cō
positū ex sanguine ꝛ colera, ꝛ bñ dixerunt: qꝛ huic magis si
milatur q̄ꝫ herisipille: vñ sciendū ꝙ herisipilla que facta est
a colera subtili magis capit partē superficiei: deinde que fa/
cta est a colera, deinde herisipilla flegmonides, ꝛ vltimo fleg
mon a sanguine subtili: ꝛ herisipilla non hꝫ pulsationem: ꝛ
herisipilla flegmonides hꝫ aliqñ pulsationē: tñ diminutam

valde:ꝛ flegmon herisipilliades hꝫ pulsationẽ:sꝫ tñ paruã:
ꝛ flegmon a sanguine subtili hꝫ pulsationẽ aliq̃ꝫtulũ maio/
rẽ:paruã tñ respectu pulsationis flõnis a sanguine grosso,ꝛ
ꝯsit͛r flegmõ factũ a sanguine malo aut est factũ a sanguine
grosso ꝛ subtili.¶Et ex grosso sanguine malo.dixit Auicẽ.
fiũt spẽs exiturarꝫ malarꝫ,ꝛ hic exiturã ꝑ a̅pate sumpsit:nã
fiũt ex eo a̅pata mala,nã si eius malitia vehemẽs fuerit ꝛ ip
sius adustio ꝓuenit inde herisipilla.s.mala:dicũt.n.qdaꝫ ꝙ
Aui.h sumpsit herisipillã ꝑ oi a̅pate colico malo:qd̃ fit ex
sanguine malo.s.eo q ꝯuersus est in colaꝫ q̃ putrefit ꝛ corrũ
pit͛ forma eius.Et aliq dicũt nõ intellexit de ṽa herisipilla:
neqꝫ de aliquo a̅pate colico:sꝫ a̅pate sanguineo malã hñte
sil͛itudinẽ ad herisipillã malã ꝑꝑ ei⁹ sil͛itudinẽ vocauit ipsuꝫ
harisipillã.Et dixit Auic.ꝓueniet inde cõbustio ꝛ crustula:
qꝛ tale a̅pa cõburit locũ:sicut ignis:vñ dimittit in loco post
cõbustionẽ escarã:sicut dimittit ignis ꝛ vt dicũt tale a̅pa est
carbo vel spẽs ei⁹.Et dixit Aui.ꝙ deterior ea scilꝫ herisipil/
la dicta est ignis ꝑsicus q̃ꝫuis malus vel ignis ꝑsic⁹:siue car
bo nõ verus:qꝛ a̅pa sanguineũ malũ gñat qd̃ nõ est ṽe ignis
ꝑsicus,sed assil͛at͛ ei qd̃ est deteri⁹ a̅pate sanguineo qd̃ sil͛at͛
herisipille.Et innuit Aui.in ṽbis dictis ꝙ sanguis grossus
hꝫ gradus in plus ꝛ minus in sua malitia ꝭꝫ qd̃ sua malitia
ꝛ adustio fuerit maior vel minor:ꝛ ꝭꝫ hoc sanguiꝭ malus cũ
corrũpit͛ forma ei⁹ trãsit in humorẽ colicũ maioris vel mi/
noris malitie:sed a sanguine malo subtili:dixit Auic.accidit
flegmon qd̃ declinat ad herisipillã.s.malã.Dicũt ꝙ declinat
ad eã plus q̃ꝫ factũ a sanguine grosso malo:ꝛ iõ declinãt ad
herisipillã malã cuꝫ malignitate ꝛ fraudulentia:ꝛ hoc ideo
est qꝛ sanguis subtilis cũ adurit͛ plus cõuertit͛ ad nãm cole
re q̃ꝫ sanguis grossus eo ꝙ magis ꝯuenit cũ eo:ꝛ in calidita
te cõpl͛onali ꝛ in subtilitate sub̃e.Et ꝑꝑ hanc cãm.dixit Aui.
accidit.s.ꝙ si sanguis fuerit subtilior erit herisipilla flegmo/
nides.s.mala:qꝛ q̃ꝫto sanguis fuerit subtilior ꝛ calidior tãto
plus de eo cõuertit͛ ad colerã malã:ita ꝙ in sanguine subtili
illud qd̃ cõuertit͛ ad nãm colere erit multũ in tm̃ ꝙ colera p̃/
dominabit͛,ꝛ proinde ex eius p̃dominio a̅pa causatuꝫ ex eo
dicet͛ herisipilla flegmonides.Et subdit Auic.ꝙ si adhuc sã
guis iste subtilior ꝓcedit in malitia.s.ꝛ adustione erit a̅pa ex
eo generatũ herisipilla habẽs inflãmationes ꝛ vesicas ꝛ cõ/
bustionẽ ꝛ crustã:ꝛ hoc ꝭm diuersos gradus combustionis
adustionis ꝛ malitie.sic itaqꝫ ex dictis pꝫ ꝙ ꝭm diuersas ex/
positiões ꝓductas p̃dicta a̅pata facta ex sanguine malo taꝫ
grosso q̃ꝫ subtili pñt reponi in ca° a̅patũ sanguineorꝫ.ꝛ repo
ni in ca° colicorꝫ.¶Dixit Gal͛.2° ad Glauconẽ.febris fit as/
sidue in oi a̅pate,maxime sanguineo ꝛ ꝑcussionib⁹ ꝛ euul/
sionib⁹ ꝛ rupturis ꝛ bubonib⁹:ꝛ dearticulationib⁹ ꝛ fra/
cturis ꝛ punctionib⁹ ꝛ vlcerib⁹ ꝛ absqꝫ his oib⁹ fit cuꝫ ad
ĩmoderatã repletionẽ humorꝫ peruenerint:tunc enim qd̃ su
perfluũ est effundunt ad aliquã particulã que vtiqꝫ potissi/
me fiunt tũc recipere:ꝛ hec particula oĩno erit vel imbecil/
lior vel cauernosior vl͛ ꝓmptior trahere vl͛ ignobilior.¶Et
dixit.13.terap.cũ ꝓpe arteriã magnã vel venã vlcus factum
fuerit citissime bubones insurgũt.sic itaqꝫ ꝑꝑ vlcus in digi/
to factũ manus vel pedis adenes.i.ꝑtes glandose que ꝭm a/
las.i.assellas ꝛ q̃ ꝭm bubones.i.inguina eleuant͛.i.tument
ꝛ flegmonant.i.recipiunt sanguinẽ qui defluit ꝭꝫ colla ꝛ cru
ra.¶Aui.quoqꝫ p̃dictas cãs reduxit ad añtes ꝛ ꝓmitiuas.
Et dixit.ꝙ ex eis sunt cãe añtes corꝑe.i.itrinsece ꝛ ex corꝑe
ꝓcedẽtes ꝛ nõ extrinsece,ꝛ iste sunt ex repl͛one.s.in q̃ꝫto aut
a malitia humorꝫ.i.a repl͛one qualis.sup.aut ab vtraqꝫ re/
pletione in corꝑe toto vel in aliquo mẽbro siue aliqb⁹ mem
bris:ẽt debilitas mẽbri recipiẽtis,ꝛ alias cãs añtes Aui.re
liqt notas.ꝛ dicte sunt supra in gñali cap° causarꝫ a̅patis.Et
alie cãe.dixit Aui.sunt extrinsece siue ꝓmitiue ꝛ sunt sicut cõ
tusio vel cõcussio aut incisio aut fractura:dislocatio aut vlce
ra que multiplicant͛ in mẽbro:quare declinat mã ad mẽbrꝫ
illud ꝓpter dolorẽ ꝛ debilitatẽ.sup.ꝛ his similia.¶Ex di/
ctis patere pñt spẽs a̅patis sanguinei ꝛ quot ꝛ que sunt,ꝛ
de eis sunt qbus sunt noia imposita:ꝛ dicet͛ de eis in capl͛is
illis ꝓprijs.Et quedã sunt qbus nõ sunt noia iposita.Et ꝑ
ipsarꝫ signis ꝛ cura recurrendũ est ad cap^m de signis ꝛ cura
flegmonis:ꝛ q̃dã sunt q̃ qbusdã precipue eueniunt mẽbris,
ꝛ dicet͛ de eis in sequẽti sũma hui⁹ tractat⁹.Dixit Aui.parꝫ
cõtingit ꝙ flegmon sit simplex,sꝫ ꝭm pl͛m associat͛ ei:aut he
risipilla:aut durities aut furiositas.Herisipilla qdẽ qñ san/
guini fluenti colera miscet͛ aut qñ subtile sanguis iam fluxi
ꝯuertit͛ in colerã.durities ṽo.s.q̃ est maior duritie ꝓpria fle
gmonis:tũc admiscet͛ ei qñ sanguine fluẽte admiscet͛ flegma
vel mel͛ia:vel qꝛ in se sanguis sit multũ grossus:vel qñ pars
grossa sanguis iam fluxui ꝯuertit͛ in mel͛iaꝫ.furiositas ṽo.i.
ignis ꝑsicus vel formica corrosiua ei tunc admiscet͛ qñ alius
humor subtilis adustus corrosiuus vel qñ ꝑs subtilis san/
guinis iam fluxit ꝭm qd adurit͛.¶Et Aui.cũ voluit decla/
rare flegmonẽ per sua tẽpora nõ fecit mẽtionem de ꝓn°:qm̃ De tꝑib⁹ flõis.
reliquit notũ:ꝙ tũc est ꝓn^m eius qñ in mẽbro incipit tumor
ꝛ tensio ꝛ tandiu durat q̃ꝫdiu permanet ꝭm illã dispõnẽ vel
nõ auget͛ notabil͛r.Augmẽtũ ṽo eius.dixit ipse.declaratur
notabili additione tumoris ꝛ tensionis:ꝛ tãdiu durat q̃ꝫdiu
augmẽtãdo ꝓcedit.Et status eius declarat͛ ꝑ fineꝫ augmẽti
eius.qñ nõ amplius auget͛:ꝛ durat q̃ꝫdiu stat in vltimitate
magnitudinis sue vel nõ minuitur notabil͛r ꝛ declinatio est
quãdo incipit pendere ad lenitatem ꝛ debilitatem.i.diminu
tionem tumoris ꝛ tensionis:vel etiã aliorꝫ accidentium.

¶De signis flegmonis. Cap.xx.



Signa flegmonis Gal͛.13° terap.posuit ẽẽ
quatuor.nã voluit ꝙ de flegmonis
rõne sit inflãmatio siue calor in loco ei⁹ intẽsus
ꝛ tensio ꝛ dolor.s.pulsatiuus siue pulsatio siue
saltus ꝛ rubor,rubor nãqꝫ ꝛ calor mãm peccan
tẽ significat.s.sanguinem.ꝛ tensio ṽo siue durities ꝛ tumor
pororꝫ indicant ipletionẽ ꝛ mãe q̃ꝫtitatem:ꝛ dolor siue pul
satio caliditatis indicat estuationẽ partiũ extensionẽ ꝛ cõti/
nuitatis sol͛onẽ.¶De ꝓmo signo.subdit Gal͛.noscas ꝙ in
mẽbro in quo erit a̅pa cal͛ꝫ.i.flegmon erit febris.i.caliditas
intẽsa sil͛is caliditati febrili.Et dixit.2° ad Glauconẽ.cali/
ditatẽ sentit ampliorẽ:ita vt cõburi putet ꝛ refrigerari cu/
piat patiens.caliditas illa est inflãmatiua:quã ẽt manus tã/
gentis.tolerare nequit ꝑcipit͛ eniꝫ caliditas eius nõ solum a
patiente:sed ẽt a tãgente ꝛ nõ solũ in loco flegmonis,sed ali
qñ in toto corpore ꝓpter febrẽ que qñqꝫ sequit͛ flegmonẽ ꝓ/
ꝑrie eũ q magnus est ꝛ in loco arterioso ꝛ cordi vicino ꝛ cãꝫ
huius caliditatis assignat auctor compẽdij dicens.ꝙ cã est:
qm̃ sanguis ad illud membrꝫ veniens nãl͛r calidior est:ꝛ in
eodem mẽbrꝫ calidius efficitur:eo ꝙ caret refrigeratiõe ꝑꝑ
multitudinẽ q̃ꝫtitatis eius in illo mẽbro exñtis:ꝛ qꝛ pori il/
lius mẽbri nõ sufficiũt in excludẽdo qcq̃ꝫ fumorꝫ:ideo in eo
generat͛.i.coadunat͛ ꝑꝑ eorꝫ multitudinẽ neqꝫ aerẽ exterius
põt sibi attrahere ꝑꝑ pressurã fumorꝫ in eis se cõculcantiuꝫ.
¶Scõm signũ Gal͛.reliquit notũ cũ.n.mẽbrꝫ extẽsibile re/
plet͛ saltẽ cõuenienter grosso notũ.s.humor est ꝙ in tumorẽ
eleuat͛ cui associat͛ tẽsio ꝛ aliq̃lis durities.¶De 3° signo.di
xit 2° ad Glauco.sanguine benigno ꝛ cõmẽsurate grossitiei
ad aliquã fluẽtẽ ꝑticulã repente sil͛ꝛ ꝑꝑ multitudinẽ icunea
tur dolor a vapore multo eleuato ad ꝑtes cutis iducet͛ in eã.
Cũ eniꝫ a̅pa resoluit͛ talis prurit⁹ si cute gñat͛ ꝛ minorat͛ si/
ue intẽdit͛:qm̃ quotidie cũ ꝓcedit resol͛o plus mã a̅patis in
vaporẽ eleuat͛ q̃ ꝓueniẽs ad cutẽ pruritũ illũ causat ꝛ inten
dit.Sunt aũt q dicũt.ꝙ pulsatio hic sumit͛ ꝓprie,sed nõ ꝑ
ambobus motib⁹ ei⁹:qꝛ nõ ꝑ diastole:qꝛ diastoles minuit͛
ꝑꝑ minoratã esse cãm necessitatis aerẽ attrahẽdi:ac ẽt coar/
tationẽ arterie:sed ꝭm sistolẽ ꝑ qua sola hic sumit͛ pulsatio
in resolutiõe mãe a̅patis auget͛:qꝛ auget͛ cã sistolãdi.s.mul
ta effumatio:qꝛ mã cõuertit͛ in vapores ꝛ fumos in nã ꝑ se
vel iuxta beneficio medicine.Et qdã exponũt pulsatio.idest

expulsio incipit intēsionē.i.intendi cuꝫ mā apatis rarificat:
qꝛ tūc incipit quasi extra resolui. ¶ Et ponēs Aui.signa ꝓ/
Signa ꝙ apa puenit ad exituram. uentus apatis ad exiturā.dixit.tu scis.i.cognoscis illud apa
qd̄ aggregat.i.in q̊ aggregat mā eiꝰ in cupuꝫ vt sanies ꝑ ad
ditionē pulsa^{nis} ⁊ calitatꝫ ⁊ fixionē vtriusqꝫ.sup.pulsa^{nis} ⁊ ca
liditatꝫ.sup. ⁊ addi^{nem} doloris ⁊ alioꝝ accñtiū vsqꝫ ad tps ꝑ/
fecte saniationis:sꝫ de h̄ ampliꝰ dicet in ca° de exituris. ¶ Et
dixit Aui.quāto in mēbro arterie erūt maiores ⁊ pulsatio ⁊
dolor maior tāto eiꝰ resolō:aut eius collectio erit velocior:
qꝛ iudicat de maiori caliditate māe:⁊ de maiori nocumēto ⁊
per maiorē caliditatē velocius mouet ad resolui vel aggre/
gari in cupū ⁊ pp maiꝰ nocu^{m} velocius ⁊ plus mouet a nā.
¶ Et ponēs signa terminationis apatis ad corruptionē mē
Signa terminatiōis apostematis. bri dixit.tu scis.i.cognoscis illud apa qd̄ putrefit ⁊ cōuertit
ad putrefactionē ꝓpter difficultatē digōnis:apa tñ calidꝫ
malū pōt corrūpere mēbrū altero triuꝫ modoꝝ:aut qꝛ eius
mā est multa ⁊ cū multitudine vincit ⁊ suffocat calorē nālē:
aut qꝛ eius mā est venenosa sua venenositate corrūpens ca/
lorē nālē:aut qꝛ eius mā est mala corrosiua corodēs sub̄am
mēbri ⁊ sic corodēs ipꝫ.Cū enī mā vincit nāꝫ aut sua multi
tudie aut sua malitia:ita ꝙ nō pōt nā eā resoluere nec sania/
re:tūc ipsa ꝯuersa in malā putrefactionē putrefaciet ⁊ corrū
pet mēbꝝ ⁊ cognosces ipꝫ.dixit Aui.per tenebrositatem.s.
sui coloris,qm̄ cū mēbꝝ mortificat ⁊ corrūpit color efficit
malus tenebrosus obscurus. Et dixit.cognosces ipꝫ per ve/
hemētiā tēsionis:que vehemēs tēsio seqt ad eleuationē mul
toꝝ vapoꝝ a mā apatis facta a calore extraneo putredinali:
q̄ꝫuis calor inatus mortificatꝰ existat q vapores nō potētes
resolui ⁊ excludi a mēbro inflant ⁊ tēdunt ipꝫ, multiplicat
ēt in tali mēbro multa hūiditas extranea q̄ inflat ⁊ tēdit ipꝫ.
¶ Et dixit.Aui.in hoc ca°.ꝙ si nā nō submergit māꝫ.i.nisi
repleat poros mēbri ex ea:ita ꝙ ex eis submergat ⁊ ibibat
nō fit apa:vel vt dixit.alia litera,nisi mā submergat nām.i.
nisi mā vincat nām:sic ꝙ non pōt eā repellere.vñ submergit
mā ⁊ occultat in poris mēbri:nō fit apa qꝛ vt patuit apa nō
fit de mā in venis stante,sꝫ de mā in poros effusa ⁊ in eis sub
mersa ⁊ incuneata:que pōt dici submergere nām mēbri reci
pientis eaꝫ:ex quo nō potuit sibi resistere. ¶ Sꝫ qꝛ ex dictis
pōt argui.ergo ois mā apati est putrida:ex quo est submersa
⁊ suffocata in poris:vñ nō est sufficienter trāspirata. ¶ Rñ/
dit Aui. ⁊ dixit:ꝙ hoc nō sequit:qꝛ talis mā respirat ⁊ aliq̄/
liter euentat:sꝫ male.talis respiratio:sꝫ nō oino multa est cā
ꝙ nō putrefit:⁊ talis respiratio fit ꝑ ignē eius qd̄ est exteriꝰ.
idest ꝑ vacuitatē poroꝝ cutis que est exteriꝰ. ⁊ ꝙ per ignem
intellexerit. A.vacuitatem poroꝝ cutis patere pōt:qꝛ ꝯsilr
vacuitatē talē Serap̄.4° breuiarij capitu.7°.igneā appella
uit:⁊ ponit hoc dictuꝫ Serap̄.ab.A.14° ca° de causis idro
pisis in cōmuni. Et hoc vocabulum in lingua arabica est cer
tum ꝙ significat vacuum.s.quandā maneriem eius.

¶ De curatione flegmonis. Cap̄.xxj


Supradictū est de curatione apatum tam intrinsecoꝝ q̄ꝫ extrin
secoꝝ in gñali:⁊ in p̄cedētibꝰ sermonibꝰ dictuꝫ
est de spāli curatiōe intrinsecoꝝ:q̄re restat vt in
hoc tractatu de spāli cura extrinsecoꝝ sermo se/
quat:⁊ pmo calidoꝝ:⁊ spālr ⁊ pncipalr flōnis:nō tñ putan
dū est ꝙ oē apa curationē ꝑ medicinas exqrat. Multa eniꝫ
apata nā se sola sanat.Silr Ras.13.dti.apa calm si paruum
fuerit dispget.i.curabit. Et qdā dicūt.dispget.i.sanabit. Et
qdā dicūt.disperget.idest sanabit per viaꝫ resolōnis absqꝫ
hoc ꝙ sanietur:sed si magnū fuerit nō disperget absqꝫ ema/
natione putredinis.s.ƀm plm ponenda est itaqꝫ primo cura
tio apostematum per viam resolutionis si ea resolui fuerit
posse.resolōnem enim eoꝝ ante oia medicus querere dꝫ cum
sit resolutio melior modoꝝ terminationis eoꝝ.

Cura vt soluatur. Dieta. Curantur itaqꝫ apata flōnica ꝑ viā resolōnis dupli/
ci instro.s.dieta ⁊ potiōe.dieta ergo sit ꝙ
in aere ad frigiditatem declināte qescat patiens toto tēpore
pncipij:⁊ post pn^{m} diminuat frigiditas eius:⁊ sic in eius di
minutione ꝓcedat donec cū apa ad declinationē deuenerit
seruet eger in aere tēperato vel ad remissaꝫ declinātē frigidi
tatē. Et sit aer in passiuis q̄litatibꝰ mediū tenēs. Si tñ flōn
ad colericitatē declinauerit dꝫ aer tēdere ad hūiditatē:sicut
ēt humidus eē dꝫ in apatibꝰ colericis. ¶ Et opꝫ vt patiens
letet ꝑ posse ⁊ dormiat moderate ⁊ qescat saltē ƀm mēbruꝫ
aposuꝫ:mēbra tñ illi opposita exercitio vti pñt ⁊ custodiat
ipꝫ mēbꝝ a fricatione ⁊ balneis calefaciētibus. ¶ Et dixit
Almā.lib°7°.ca° de apate calō regimen subtiliet ⁊ a carne
⁊ vinis ⁊ dulcibꝰ ⁊ vnctuosis necnō ⁊ acutis.sup. ⁊ amaris
⁊ salsis:⁊ p̄cipue ab oi regie sanguinē multiplicante ⁊ ipꝫ ca
lefaciente abstineat.Sꝫ acetosis cibarijs ⁊ his silibꝰ nutria
tur:⁊ maxie tali regimine vti dꝫ flōnē patiēs quousqꝫ vene/
rit ad declinationē.tūc.n.ipse paulatine ⁊ gradatim redire
poterit ad suā cōsuetudinē. Et si añ declōnē coegerit te vtu/
tis debilitas aut inobediētia patiētis aut accñs aliqd̄ qd̄ su
peruenerit ad exhibitionē carnis ⁊ vini dent carnes auicu/
larū paruaꝝ ⁊ pullaꝝ paruaꝝ alteratas cū rebus acetosis ⁊
aggresta ⁊ arancijs limonibꝰ:⁊ silibꝰ, ⁊ extremitates edoꝝ
⁊ castratoꝝ ꝯdite cū aceto:⁊ det vinū albū debile aut rubeū
ponticū adaquatū cum aqua decocta. ¶ Et oi die ꝓcuratio
fiat cū sollicitudine vt venter eius lubricus ꝑmaneat ꝑ se vel
beneficio suppositorij aut cristerij.
¶ Cura vō flōnis ꝑ potionē qñqꝫ vertit ad cām:qñqꝫ ad ipm
apa:⁊ ad accñs sequēs ipꝫ. Et lꝫ de his sit satis dictū in gña/ Potio
li ca° curationis apatū:tñ hic magis in spāli dicet.neqꝫ erit
malū si aliq̄ ex dictis reiterent.Diuersificat aūt cura flōnis
intētionē habēdo ad cām ꝓut cā eius fuerit cā pmitiua ex/
trinseca aut intrinseca:a quacūqꝫ tñ cā ꝓcedat intētio cura/
tiua cōplet ꝑ vlia q̄ sunt eūatio ⁊ diuersio cāe. Et cōplet per
spālia siue ꝑticularia q̄ medicamina localia noiant q̄ sūt re/
cursuꝫ aut extractū faciētia. ¶ Itaqꝫ iplēdo intētiones p̄di/
ctas.dixit Serap̄.5° breuiarij.ca° 23°.si flegmon fuerit a cā Cura cu a cā mitiua
pmitiua ⁊ nō fuerit in corꝑe replō:incipienduꝫ est ab eūone
hūoris cōtēti in apate cū medicinis mollificatiuis ⁊ resolu/
tiuis q̄ extractū cōplēt:sꝫ si est in corꝑe replō incipiamꝰ eūa
re ipꝫ:sꝫ si flōn est a cā añte q̄ currit ad mēbꝝ ex replōne cō/
tenta in corꝑe.sup.vel mēbro aliquo forti:tūc nō opꝫ vt inci
piamꝰ cū medicinis mollificatiuis:qm̄ attrahūt ad mēbruꝫ
supfluitatē multā plus illo qd̄ resoluit ex eo. ⁊ subdit.neqꝫ
ēt incipiamus cū illis q̄ refrenāt ⁊ ꝓhibēt ⁊ exiccant ⁊ stipti
cant:vt nō faciamus redire supfluitatē ad mēbꝝ pncipale:sꝫ
incipiamus cū extractione sanguis:⁊ hñt p̄dicta veritatem
siue cā añcedens fuerit mota ad apandū a cā intrinseca vel a
cā extrinseca. ¶ De predictis loquēs Aui.dixit.si cā pmiti/
ua obuiat corpori mūdo nō est necessariū nisi curatio apatis
que est ex̄ctio māe extranee q̄ fecit apa. Et vt ostēderet de q̄
extractione māe intelligeret.subdit.ꝙ est illa q̄ ꝑ mollifican
tia ⁊ resoluentia leuia fit.h̄ supplēt nō tm̄.nā ex̄ctio apatis
inq̄ꝫtū est apa pōt ēt fieri per recursuꝫ:⁊ maxie per tractū:
tractus euacuās ⁊ diuertēs ēt in tali apate q̄le est qd̄ est sup
positū q̄ aliqñ ꝯfert vt in ca° de gñali cura.ex verbo Gal.ibi
adducto.ex 13° terapen.cōpetit ⁊ maxie si apa malignū fue/
rit:qm̄ tūc rōne magnitudinis morbi cōpetit eūatio.vt Ga.
ibidē voluit.supplent ēt nō tm̄,qm̄ vt supra patuit eūa° que
per extractū fit nō solū per resoluentia pōt fieri,sed ⁊ per ca
rassationē ⁊ alios modos supra positos.Aui.tñ de his eūo
nibus hic nō expssit:qꝛ ex dictis in gñali curatione notuꝫ re
linquit:sed expssit de mō eūonis mollificātiū ⁊ resoluētiuꝫ:
qꝛ modus eūonis per ista est:qui maxie cōpetit in apate hoc
corꝑe ente mundo:⁊ qꝛ raro in tali apate est nec̄ia carassatio
vel aptio:qꝛ vt expientia declarat hoc tale apa ƀm plm ƀm
viā resolōnis curat.rarissime.n.tale apa saniat:si tñ alr cō/
tingeret ipm saniari,tūc apertio fienda esset.de his ampliꝰ
dcm̄ est supra in gñali curatione. ¶ Dixit Aui.notanter per

mollificantia ⁊ resoluētia leuia. per mollificātia. n. intellexit poros aperiētia dolorē sedātia ⁊ mām aperiētia resolōni vt cadat in ea resolutio. nā exiccantia nō sunt doloris sedatiua: neqȝ māe dispositiua equali resolōne: sed ꝯ̄rium potius sunt opantia: q₂ disponūt ad subtilis resolōnē ⁊ grossi indurationem ⁊ ꝑ resoluētia intellexit mām subtiliātia ⁊ in vaporē cōuertētia: q vapor postea extra excludit̄: sed addidit ꝙ debēt esse leuia nō fortia: ne nimia caliditate locū inflāment: particulā mordeāt ⁊ dolorē augeant: ⁊ ne cū velocitate sue actionis subtile resoluāt ⁊ grossum petrificent ⁊ ne sua caliditate mām trahant ēt si corpus mundū fuerit. ⁊ medicamina mollificātia ⁊ resoluētia leuia sunt. dixit. A. sicut emplm̄ de farina tritici cū aqua ⁊ olō: qȏ rōne olei ⁊ farine resoluit: ⁊ rōne olei ⁊ aque humectat ⁊ mollificat. ⁊ est eius resolō leuis. Et de isto emplō dicūt. ꝙ q̄ȝuis sit humectatiuū sufficienter est tn̄ resolutiuū debiliter ⁊ insufficiēter in tali apāte ꝑse ⁊ principaliter tn̄ per accn̄s ⁊ ex ꝯn̄ti reddit̄ sufficiēs: qȏ est q₂ dolorē mitigat ⁊ sic ꝓhibet tractū māe ad locū: ⁊ mām equali resolōni p̄parat: poros apit ⁊ calorē cōfuscat ⁊ auget nālē q roboratus mām preparataȝ poris apertis resoluere sufficit.

¶ Et dixit. A. si cā primitiua inductiua flōnis corpori obuiauerit corpori repleto: tūc opȝ vt nō tangas apā cū mollificatiuis. s. ⁊ cū resolutiuis dictis: qm̄ per ipsa trahet̄ ad ptē mā supra id qȏ resoluet̄ ab ea: imo dixit: opȝ ꝙ eūet̄ per flōmiā mā in p̄mis: ⁊ fortasse indiget eūone vētris. sup. vel vomitu ꝑ farmaciā: ⁊ cū alius humor eūone egens esset sanguini mixtus: ⁊ fortasse eget eūone ꝑ cristeria cū venter esset stipticus: vn̄ dixit Almāso. curatio eius a minutiōe incipiēda est. Et si flegmō in dextra pte fuerit de sinistra fiat flōmia: ⁊ ecōtra. ⁊ est de basilica vel mediana faciēda: ⁊ si basilica non fuerit inuēta tūc in vno eius ramoꝝ fiēda. Jn eo tn̄ ꝙ supra furculā ortū fuerit minutio fiat de cephalica: ⁊ hoc supplent: ⁊ in eo qȏ infra furculā ortū fuerit fiat de mediana: ⁊ vt dicūt hoc vltimū dictū Alm̄. veritatē hȝ si repletio corporis valde magna fuerit. vbi aūt nō fuerit sic magna sufficit ꝙ eūaᵒ fiat in opposito flegmonis ꝑ vnā diametrū. ¶ Et dicūt. si apostema magnū fuerit ⁊ dolor acutissimus flōmia magna fiēda ē. ¶ Dixit enī Gal. ꝙ in apāte maxio ⁊ dolore acutissimo nulla est melior medicina q̄ȝ flōmia ducēs ad sincopim q̄ dȝ fieri in vnica vice si patiētis virtus tolerauerit: ⁊ si nō fiet magna in plurimis vicibus paruū interponēdo spatiū. ¶ Et dicūt. si apāta fuerint plura: ita ꝙ simul in vtroqȝ latere oppōnē sumēdo q̄ est ꝑ inferius ⁊ supius: ⁊ hoc vt. simul vel paruū interponēdo spatiū. q̄dā tn̄ dicūt. esse incipiendū a flōmia lateris ꝙ oppositū est maiori apāti: ⁊ si ambo fuerint apāta eq̄lia tūc incipiendū est a flōmia lateris ꝯsueti si fuerit illi ꝯsuetudo flōmandi: ⁊ si nō fuerit ei ꝯsuetudo: tūc fiat ꝟm oppōnē inferioris ad supius: ꝙ si apāta plura fuerint ⁊ simul fiunt in dextris ⁊ sinistris ⁊ supioribus ⁊ inferioribus: tunc a flōmia inferioꝝ partiū vt saphene vel artetice incipiēdū erit. ¶ Dixit Aui. opȝ vt incipias cū eūone vt cōpleas cū eo qȏ meretur. s. dispositio māe ⁊ corporis ex flōmia ⁊ solōne ventris si indiget ea. s. solōne ventris: q₂ flōmie indigentia eūonis est: aut qm̄ corpus est imūdū: aut qm̄ egritudo est magna ⁊ amplius de his dictū est de curatione in gn̄ali: ⁊ cū feceris euacuationē administra mollificātia predicta. etenim post euacuationem. dixit. A. cura huius apātis est ꝓxima curationi apātis facti a cā primitiua inueniente corpus mundū: ⁊ ista proximitas curationis est in hoc ꝙ sicut in flegmone facto a cā primitiua in corpore mūdo apponi debēt mollificātia resoluētia leuia: ita ēt in hoc p̄missa eūone. Differūt tn̄ in hoc. dixit Aui. ꝙ curatio eius que obuiat corpori mūdo nō indiget repercussione plurima in principio sicut ista indiget que obuiat corpori repleto post eūoneȝ: imo indiget minus illa: eo ꝙ in corpore repleto: q̄ȝuis eūatio plus timet̄ de cōcursu humoꝝ ad locū ꝓpterea ꝙ ꝟm plm̄ eūatio nō fit exq̄sita: sed relinquit̄ portio humoꝝ qui possent fluere. insup ⁊ curatio cū fortiori repcussiuo in hoc corpore tutior est: pro eo ꝙ non pōt medicus esse securus: qm̄ post euacuationē remanserunt humorū reliq̄e. Et sic. A. innuit ꝙ in vtraqȝ dispōne cōuenit repcussio: sȝ minus qn̄ cā primitiua obuiat corpori mūdo q̄ȝ qn̄ obuiat corpi repleto: ⁊ minus qn̄ obuiat corpi replō an̄ eūonē q̄ȝ post eūonē: q₂ an̄ eūonē corpus nō recipet: vt supra patuit. ex Gal. in tegni. ¶ Notant tn̄ ꝙ Aui. ꝓprie nō intellexit hoc de repcussione ꝓprie sumpta: q₂ talis nō cōpetit in prinᵒ apātis facti a cā p̄mitiua obuiāte corpi mūdo: imo cōpetūt mollificātia ⁊ resolutiua: vt dictū est. sȝ intellexit de repercussione iproprie vel large sumpta q̄ est quedā ꝯfortatio mēbri facta in p̄nᵒ cū debilr̄ stipticis q̄lis esset q̄ fit solū ꝑ solum oleū roſ. ⁊ silia. qm̄ ista sunt doloris sedatiua. i. aliqualr̄ ꝓhibitiua fluxus siq̄s adesset: q₂ nō est incōueniēs tali ꝯfortatiuo vti in p̄nᵒ: paruo tn̄ tpe. ⁊ dicūt. ꝙ hoc dictū Aui. hoc est quasi modificatiuū dicti sui supra. qn̄ dixit mollificatiuis ⁊ resolutiuis eē vtendū in p̄nᵒ in corpe mūdo. quasi. d. Aui. q̄ȝuis supra dixerim sic vlr̄ loquēdo hic magis in spāli dico ꝙ mō dicto repcussio parua fieri pōt ante mollificatiua.

¶ Cura aūt flōnis facti ꝑ influxū a cā intrinseca variata ꝟm diuersa tpa eius: est vt attēdat̄ ad v̄ba Gal. 2ᵒ ad Glauco. dicētis opȝ maxie in his talibꝰ flōnibꝰ p̄nᵃ saluātiū benigna. i. bn̄ fcā eē, peccata. n. in eis dissanabiles ⁊ difariā insanabiles operant̄ dispōnes: ⁊ maxie peccatoꝝ hoꝝ duoꝝ sunt. s. neqȝ vllā totius corporis eūonē facere ⁊ calefacere ⁊ humectare particulaȝ. dogmaticoꝝ. n. medicoꝝ rō ⁊ expientia insinuat corpus eūari ꝯgruis eūonibꝰ ⁊ ipsam flōnātē pticulā embrocare ⁊ cataplasmare ⁊ repellere qȏ supfluat. potētia igr̄ mollificatiua ⁊ resoluētia in p̄nᵒ talis apātis sunt nociua. q̄ȝuis eni oi tpe dolorē mitigēt: ita ꝙ ēt in p̄nᵒ: nō tn̄ hic ꝯueniūt: q₂ q̄ȝuis ꝑse sint mitigatiua doloris: sunt tn̄ ꝑ accn̄s ipsius augmētatiua inq̄ȝtū malā discrasiaȝ calām augēt ⁊ mām ad locū trahūt: vn̄ apā augēt ⁊ fit vt nocumētū ipsarū sit longe maius iuuamēto: ⁊ maxime nisi dolor cā vehemēs fuerit vt trahat ad se curā. ¶ Dixit itaqȝ Gal. eodē 2ᵒ ad Glauco. Jn flōnibus q fiūt ꝑ influxū si nō vehemēter doleāt repcussiuis opȝ vti. i. cū v̂o minor dolor fuerit reumate incūbēte. i. fluxu durāte: nō opȝ neqȝ aquā calāȝ: neqȝ oleū calidū neqȝ ꝑ farinas frumētales afferre cataplasmata. Diuersa. n. sunt vniuersa q̄ talia reumaticis dispōnibus: q̄ȝuis videant̄ ꝯfestim mitigationē quādā facere: sȝ vt ipse dixit. 13. terap. dū apā calȝ est in p̄nᵒ vtēdū est in cura rebꝰ fridis ⁊ stipticis ⁊ non dissolutiuis: q̄tenꝰ mā aut in totū aut ꝟm magnā ptē recursum faciat. Vn̄ dixit Almā. ꝙ post eūonē epithimatibꝰ infridātibꝰ epithimet̄ locus. dȝ tn̄. subdit Ga. infridari infridatione opportuna ⁊ nō plus: q₂ dixit auctor cōpēdij. in repugnādo sanguis sufficiat fluxui. nā refrigerare calā apāta duobꝰ modis valet. Vno mō: q₂ ꝓhibēt mēbra sāguinē fluētē recipe. Alio mō: q₂ calorē eoꝝ refrigerādo q cā doloris ⁊ attractiōis sanguis ad mēbrū est. Jn oi. n. apāte calō in p̄nᵒ in corpe mūdo vel mūdificato spōte vel arte cōpetit repcussio ꝑ se vel, de se: q₂ mouet mām motiōe opposita fluxui: ⁊ hoc nisi ꝑ accidēs repcussio ꝓhibeat̄: vt supra patuit in curatiōe gn̄ali apātuȝ. ¶ Et de repcussiuis ꝯuenientibꝰ in hoc dixit Ga. vbi supra. sunt cataplasmare pticulā ꝑ sempuiuā ⁊ cortices granatorū coctas in vino. s. stiptico ⁊ sumach ⁊ farinā ordei. Etenim cōpositū hoc ad oīa q̄bꝰ egemꝰ in his talibꝰ potēs est, repcutit eni ꝙ supfluit ⁊ desiccat ꝙ cōtinet ⁊ robur p̄bet particule vt trāsmitti possit: optima. n. sunt q̄cūqȝ exiccare sil̄ ⁊ expellere pn̄t sup influentē sanguinē sine dolore: qm̄ q̄ tēdūt vehementer: ⁊ pp hoc dolorē inferūt plus ledūt doloribꝰ maioribꝰ q̄ȝ ꝓsint siccātia. tale igit̄ dixit ipse. opȝ eē farmacū q̄le est ꝙ cōsuetū est a nobis ꝑ calcidentē. i. cadimiā imissam oleo ro. Si vero ⁊ lanā purā. i. lotā vino madefeceris stipti. ⁊ supponis ꝑ ampliꝰ iuuabis. Et dixit 5ᵒ tera. Si ꝟm extremitatē aliquā flōneȝ incipit sufficit infridatio aliq̄ ⁊ stiptica supponere vt spōgiā ifusaȝ aq̄ frida sola vel cū modico aceti mixta vel cū

Cura facti a cā intrinseca ꝑ influxuȝ.

modico vino austero ⁊ aq̄ frida mixta. vt dcm̄ est melior: vt eni ipse dixit ibidē. modificādo hoc dictū: vitāda est aq̄ frida scʒ sola ne tarda fiat maturatio eius. ⁊ dixit Ga. ⁊ ponit̄. 13. pti. si coquant̄ folia mirte: deīde distēperent̄ in oleo ro. ⁊ sup ponant̄ apātibꝰ calis pferūt: ⁊ pprie eis q̄ fiūt in testiculis ⁊ herisipille ⁊ formice. ¶ Dixit Serap. 5° breuiarij. post sanguis exctionē ponimus sup mēbrū medicinas de pprietate quaꝝ est vt refrenēt ⁊ exiccēt ⁊ reducāt ipʒ ad eq̄litatē ⁊ phibeāt cū refrenatiōe sua mām pcurrere ⁊ cū exiccatiōe sua psumant qd̄ aggregatū est in mēbro: ⁊ cū eq̄litate quā faciūt extinguūt calitatē ⁊ fortificāt ipm mēbrū donec sit ei pos̄e mūdificare illud qd̄ aggregatuʒ est in ipso: phibere qd̄ fluit ad ipm sic est empl'm factū ex sempuiua ⁊ granatoꝝ corticibꝰ ⁊ sumach ⁊ farina siue sauich ordei: qn̄ est decoctū decoctione vltima cū vino aut aceto pmixto. s. cū aq̄ ⁊ vino qdē qn̄ indigemus pfortatiōe mēbri plus: aut qn̄ tps esset fridū. Cū aceto vō qn̄ volumus infrigidare plus aut qn̄ tps esset estiuuʒ. ¶ Dixit Rasis in diuisionibus. in apāte cal'o sanguineo fiat epithima cū eis q̄ infridāt ⁊ stipticitatē inducūt: sicut sūt dactili. s. imaturi rosa memithe cāphora aqua rosarū ⁊ acetū. ¶ Dixit Isaac. granatū dulce coctū in vino ⁊ suppositū mitigat dolorē apātū caloꝝ iuncturaꝝ pferens eis mirabil'r: ⁊ his q accidūt in capitibꝰ musculoꝝ. ¶ Dixit Dios. ⁊ Ga. q folia populi trita ⁊ supposita apātibꝰ calis accn̄tibꝰ in genibus pferūt mirabil'r. Et dixit Dios. cicer impatoris in oibꝰ spēbꝰ suis pfert ad phibēdū apā cal'm q nō fiat. Et dixit. trifula q̄ est lēticula q̄ fit sup lapidē de rore cadēte sup eos phibet gn̄ationē apātū caloꝝ. Et dixit. si capita papaueris terātur bn̄ ⁊ cū farina ordei mixta supponant̄ apātibus calis ⁊ herisipille pferūt eis. Et dixit. citruli ortenses suppositi cōferunt apātibus calidis in pn° ⁊ augmēto ipsoꝝ. dixit Ga. in de simplicibus. ⁊ ponit̄ 13°. pti. aceto nisi haberet in se punctionē ⁊ asperitatē nō vteremur nisi in apātibus calidis: qa infrigidat: sʒ ex eius tenuitate pūgit ⁊ excitat aliquātuluʒ: iō nō vtimur eo solo: sʒ aqua mixto: dixit Auic. q de pferētibꝰ est spōgia infusa in aqua frida ⁊ aceto. fortasse. n. excusat laborē. s. in aqua frigida excusat. i. phibet laborē. i. lesionē existentē in eo. s. aceto q̄ tollit pūctionē ab eo: q̄ʒuis etiā possit dici q fortasse excusat. s. ista fomētatio cū spōgia dicta laborem in eo. s. apāte: q̄ aliqn̄ totū repellit: ⁊ liberat patientē: ⁊ medicū a labore. ⁊ dixit. incipe cū repcussiuis sicut sunt succi herbarū frigidarū. sup. ⁊ stipticarū: corpora ēt ipsarū contrita ⁊ ipsa sunt sicut portulaca cucurbita endiuia virga pastoris ⁊ succus. i. mucillago psilij. ⁊ sili̇a: ⁊ de fortibꝰ sunt cortices granatoꝝ ⁊ sempuiua ⁊ sauich decoctū valde cū aceto cōmixto. s. cuʒ aqua. Et alia l'ra hʒ sumach loco sauich: ⁊ est melior ⁊ cōcordat cū Ga. ⁊ Serap. vt supra adducti sunt. Et dixit. tumbal est bonū valde. ⁊ si indigemus fortiore illo qd̄ esset pp maiorē caliditatē adde sandalū acaciā: ⁊ sili̇a. Et dixit Auic. de repcussiuis est cerotū cū aqua frida. ¶ Et p hoc cerotū intellexit cerotū Gal. positū 4° de simplici medicina. qd̄ adduxit Mesue in antidotario. ⁊ dixit. q est vltimum in infrigidādo. Et alkekēgi. dixit Aui. est forte. ⁊ herba apātū in pn° est valde bona. Et dn̄t q herba apātū est cimbalaria siue vmbilicus veneris. Et subdit. qn̄q̇ʒ iuuat̄ eius exiccatio ⁊ stipticitas cū croco. dicūt qdā eius. s. herbe apātū. Alij dicunt. ⁊ melius eius. s. medicaminis repcussiui qd̄cūq̇ʒ fuerit illud: q̄ crocus stipticitatē hʒ ⁊ desiccationē: q̄ʒuis sit cal'us iuuat cū stipticitate: sed ēt cū calitate sua qua facit penetrare medicinas repcussiuas: ⁊ sic fortius agere. reprimit ēt ⁊ phibet nocumēta friditatis eoꝝ: ⁊ cū his ēt dolorē mitigat. Et ppterea dicta iuuamēta dicūt. q crocus maxime cōuenit in fine pncipij ⁊ in augmēto. ¶ Repcussiuū optimū in apātibꝰ calidis q̄ sunt cum pulsatione ⁊ dolore vehemēti. ℞. folia ⁊ radices iusquiami albi: ⁊ cōquassa ea bn̄. Deinde inuolue ea in stuppis madefactis i aqua ⁊ expressis ⁊ pone sub prunis ad decoquēdū: cūq̇ʒ decoctū fuerit extrahe: ⁊ cū recēti assungia porci ptere: qm̄ caliditatē minuit ⁊ mām repellit ⁊ lenit dolorē: ⁊ puenit ēt in maturādo. ¶ Aliud bonū. ℞. farinaʒ ordei ⁊ in aceto ⁊ succo plātaginis bullire fac ⁊ superpone. ¶ Aliud. ℞. plantaginē epaticā lenticulā aque vmbilicū veneris ⁊ ptunde optime ⁊ suppone. vel succi extrahant̄ ⁊ epithimet̄ cū eis frequēter inouādo. ¶ Aut. ℞. olei ro. ⁊ aque ro. an̄. ʒ. iij. aceti. ʒ. i. Et aliqn̄ addit̄ cū eis succus solatri aut cimbalarie aut iusquiami ⁊ in vehemēti calitate ⁊ dolore est necessariū parū cāphore ⁊ apij: q si cū aqua ros. ⁊ oleo ro. ⁊ aceto addat̄ bolus armenus erit vtile ⁊ pueniēs. ¶ Ex pdictis itaq̇ʒ remedijs: ⁊ istis silibus eligēda sunt minus repercussiua ⁊ minus frida ⁊ plus śm varias pditiones corpis ⁊ mãe tēpoꝝ anni: ⁊ aliaꝝ indicantiū. Et dicūt. q sicut i flōne facto a cā pmitiua inueniēte corpus mundū cōpetunt in pn° minus repcussiua q̄ʒ in facto a cā an̄te in corpe repleto post euacuationeʒ eius. Et in flegmone a cā primitiua: ⁊ corpore mundo: ac etiā in corpore repleto post eūonem in principio cōpetit empl'm de farina ordei ⁊ oleo rosaꝝ: ⁊ pcedente pn° fiat de farina frumenti cuʒ oleo anetino vel keirino ⁊ aqua. ¶ In augmēto vō flōnis a cā an̄te: opʒ repcussiuis miscere resolutiua: vn̄ dixit Aui. deinde. s. post pnm fluēte adhuc mā: ⁊ pro pte cōculcante oppone te augmēto cum intromissione mollificatiuoꝝ humectātiū cū refrenatione: ⁊ ista mollificātia debēt esse resolutiua leuia q̄lia sunt anodina: de quoꝝ numero sunt malua maluauiscus mellilotuʒ camomilla semen lini fenugrecū semē aneti ⁊ eoꝝ olea: ⁊ oleū de lilio: ⁊ de keiri adeps anseris ⁊ anatis: ⁊ his silia: ⁊ debent resolutiua ista nō esse exiccātia in augmēto sicut in statu ⁊ declinatiōe: q̄ in augmēto nō ponunt̄ pp resol'onē faciēdā sicut apponunt̄ in statu ⁊ decl'one: ⁊ iō debēt eē mollificātia vt remolliāt mām flegmonis p appositionē repcussiuoꝝ in pn° aliqual'r induratā: ⁊ vt rarificēt ⁊ poros apiant ⁊ mām aliqual'r pculcatā dissoluāt ⁊ calorē nālē pfortent: ⁊ quādā delitiā mēbro inferant cū sint ei appropriata pformia ⁊ pueniētia: ⁊ sic dolorē mitigēt: ⁊ sic melius mām ad resol'onē disponūt: neq̇ʒ malaʒ cōpl'onē augēt imo potiꝰ remittūt cū sint ipsa remisse calitatꝭ respectu illiꝰ male cōpl'onis ⁊ mãe faciētis ipsaʒ: ⁊ sint cum hoc frida excedētia ipsaꝝ calitatē mixta. Et cū debeāt esse viscosa viscositate opilatiua ⁊ clausiua poroꝝ ne poris clausis sanguis ibi collectꝰ intrāspirabilis factꝰ inflāmet̄ ⁊ ebulliat ⁊ inflāmationē in mēbro augeat ipmq̇ʒ magis extendat. Et adhuc dolorē addat: ⁊ vt pʒ in ca° gn̄ali mollificātia resolutiua admiscēda repcussiuis debēt in pn° augmēti eē pauciora ⁊ remissiora q̄ʒ in medio eiꝰ: ⁊ in medio q̄ʒ in fine: ita q in pcessu augmēti nō sufficiētibꝰ resolutiuis pnoiatis ascēdendū sit ad volubilē apiū: ⁊ silia. ¶ Et de pueniētibus q̄ admisceant̄ in pn° augmēti: vt Ga. testat̄ in de simplici medicina. est oleuʒ ro. qm̄ mollificat ⁊ resoluit ex pte olei ⁊ refrenat ex pte ro. Et de pferētibꝰ est empl'm factū de farina ordei maluis oleo ro. ⁊ aq̄. Et sicut dixit Ga. in li. de tiriaca. pinguedo anatis eliquata: ⁊ cū oleo ros. mixta pfert apātibꝰ inflāmātibꝰ. s. in pn° augmēti: ⁊ si magna fuerit inflāmatio pmiscet̄ ei aqua ro. vel solatri: ⁊ pueniēter miscet̄ repcussiuis in pn° augmēti aq̄ decoctionis seis lini: sicut in fine augmēti cōueniēter pmiscet̄ eis aq̄ decoctionis fenugreci. eius. n. decoctio est resolutiua: lʒ minus q̄ʒ decoctio fenugreci: vt dixit Ga. 6° de regimine sanitatis. ¶ Qr si augmētū flōnis pcessit supponat̄ ei empl'm qd̄ sic fit. ℞. farine ordei. ʒ. ij. mucillaginis se. lini. ⁊ maluauisci olei ros. nenufarini camomillini ⁊ adipis anatis ⁊ galline. an̄. ʒ. 5. ⁊ circa finē augmēti addat̄ in empl'o pdicto mucillago fenugreci. ¶ Dixit Gal. q paritarie inest virtꝰ expurgatiua leuiter ⁊ stiptica cū hūitte: vn̄ sanat vniuersos flōnes in pn° ⁊ aug'to vsq̇ʒ ad statū. Et dix' in 6° de simpl'. medicina. q folia vngule caballine viridia mēbra flōnez patiētia cū difficultate digōnis catāplasmata iuuant per admixtionē aquose humiditatis q̄ oia viridia ⁊ tenera pticipant. ¶ Dixit Auic. apud finē ⁊ statū ⁊ vltimitatē magnitudis ⁊

[Right margin notes:] In aug° — In statu

⁊ additionē sue vltimitatis fac vincere mollificātia.s.resolu/
tiua ⁊ fac ea pura ⁊ nō itellexit apud finē.s.augmēti:vt qdā
iā dixerūt:qm̄ eo tp̄e resolutiua nō debēt vincere sup repcus/
siua:imo neqꝫ in p̄n° statꝰ:vt patuit in cap° gn̄ali.⁊ maxie in
apate calido.¶ Ait Raſ.in diuisiōibꝰ.cū stat apa ⁊ nō addi
tur sūt nec̄ia illa q̄ resoluūt cū facilitate de qbꝰ aliqd miscea
tur cū ifrigidātibꝰ ⁊ stipticātibꝰ.Et iō dōm ꝙ totū istud di/
ctū Aui.apud finē ⁊ statū vltimitatē magnitudis ⁊c̄.dꝫ re/
ferri ad diuersa tēpora statꝰ:sꝫ tn̄ culpa trāslatoris lr̄a Aui.
trāsposita est.Et dꝫ sic iacere.apud statū ⁊ finē eiꝰ:⁊ ꝓ.scilꝫ
apud vltimitatē magnitudis ⁊ additionē sue vltimitatis fac
vincere mollificātia.s.resolutiua.s.supra repcussiua.Et aliq
trāsponūt literā sic.apud statū:⁊ ꝓ.s.vltimitatē magnitudis
⁊ additionē sue vltimitatis fac vincere ⁊c̄.⁊ apō finē.s.statꝰ
fac ea.s.mollificātia resolutiua pura:nō fecit aūt mētionē de
p̄n° statꝰ:q: ex cañ.gn̄ali notū reliq̄rat resolutiua ⁊ repcussi
ua eq̄l̄r esse miscēda:ꝙ ēt approbat:q: in augmento dixerat
repcussiua debere vincere supra resolutiua:⁊ in medio statꝰ
resolutiua debere vincere supra repcussiua:q̄re relinq̄bat no
tū ꝙ in p̄n° statꝰ debebāt eē eq̄lia.¶ Et ex h̄ appet falsitas
dicentiū ꝙ in statu statꝰ debēt eq̄ri resolutiua repcussiuis:sꝫ
in p̄n° statꝰ augmēto eiꝰ repcussiua debēt excedere resoluti/
ua:q̄zuis in fine status resolutiua debēt vincere supra reper/
cussiua:q: nō est ita.vt patuit.Et notant fortibꝰ resolutiuis
in resoluēdo mām apatis calidi supra dcm̄ est resoluētia for
tia in mām ipetuose agētia subtile eius ab ipsius grosso se/
gregāt ⁊ grossū ampliꝰ exiccādo ineptū resol'oni ⁊ suppura/
tioni relinquūt:sꝫ ⁊ ad lapidis māꝫ deducūt:⁊ ad signāduꝫ
resolutiua in hꝯ dispōne nō debēt eē fortia.¶ Dixit.A.cum
apa flōnis puenerit ad statū tūc sunt nec̄ia anetū camomilla
maluauiscus semē lini:⁊ alia silia anodina q̄ sunt cal'a in p̄°
gradu aut saltē nō debēt trāscēdere gradū 2m.Dixit Gal.13.
terap.noli opari ꝯ residuū apatis calidi qō nō est purū cali/
das.s.medicinas multū.Et de medicis cōpositis ꝯferētibus
in statu.dixit Aui.sunt empl'm dcm̄ basilicon ⁊ empl'm dcm̄
diaglon:de quo dixit Dinus:ꝙ q: mollificat ⁊ resoluit:ma/
xime valet in flōne qō induratū fuerit p exclusionē ptis sub/
tilis:⁊ ꝙ maxie valꝫ in flōne saniato:⁊ iaꝫ erupto:de q° egre/
dit' sanies grossa sic̄ trūbꝰ cū q̈ ptes in circuitu sūt grosse du
re ⁊ nō pueniūt ad natiuitatē.¶ Et de ꝯuenietibꝰ in p̄n° sta
tus ē epithima factū ex succo vmbilici veneris:⁊ succo apij
equal'r mixtis.Empl'm factuꝫ ex furfure triticeo decocto in
aceto cū supponit' tepidū:ēt vt qdā dicūt.si furfur triticeum
decoquat' in vino pontico ⁊ supponat' apati frigido in p̄n°
status ꝯfert.Et qdā addūt ei absinthiū.Et si p̄dicto furfuri
in aceto decocto adderent' flores camomille ⁊ mellilotū cō/
peteret in augmēto statꝰ.Et si adderet' ei decoctio in vino cō
peteret in statu.¶ In declinatione flōnis vtēdū est resoluti/
uis:nō tn̄ eleuatis in gradu.Dixit Raſ.in diuisiōibꝰ.cū qe/
uerit pulsatio tota:⁊ dolor sil'r apponant' resolutiua.i.pura
nō mixta cū refrenātibꝰ.Et dixit.iueniant' ex eis q̄ resoluūt
ſm debilitatē ⁊ tp̄e eoꝝ.Debēt.n.sumi resolutiua ſꝫ q̄ztita/
tē cal'itatis apatis ⁊ māe eiꝰ ⁊ sui tp̄is.Et nō debēt resoluti
ua in declinatiōe eē mollificatiua:imo exiccatiua.Dixit eniꝫ
Aui.ꝙ exiccātia sūt q̄ sanāt in fine.i.in declinatiōe:q: resol/
uētia q̄ desiccāt totū ꝙ habilitatū est ⁊ resol'oni dispositū est
⁊ resoluunt,⁊ cū exiccatiōe ꝓhibēt ne portio māe in saniem
ꝯuertat'.Uerūtn̄ sicut resolutiua nō debēt excedere in calidi
tate:ita nec in siccitate:⁊ icipiēdū est in p̄n° a debilioribꝰ.Et
gradatim ꝓcedēdū est ad fortiora.nā ꝓcedēte declinatione
ſꝑ paulatine ⁊ gradatiꝫ ꝓcedendū est in resol'one:ꝙ si cōtin/
gat resolutiuū p̄dictū resoluere mām:sꝫ nō ad plenū:imo re
linquat ptē eiꝰ vel modicā:tūc resoluet illā.¶ Dixit Aui.re
solutiuū in quo est acuitas.i.resol'o fortis vt possit illā ptē ēt
si grossa fuerit attenuare ⁊ resoluere:⁊ no est in hoc casu ti/
mēdū de acuitate resolutiui pp māe paucitatē.resoluet eniꝫ
eā totā ⁊ nō subtile relinquēdo grossuꝫ.Et in hoc casu cōue
nit empl'ꝫ de mellilоto diaglon:diaplasma ⁊ silia.¶ Empl'ꝫ
ꝯueniēs in p̄n° decl'onis sic fit.℞.se.lini.ʒ.j.ʒ.fenug.ʒ.ʒ.flo
rū camomille ⁊ mellilоti añ.ʒ.ij.seis aneti ⁊ yreos.añ.ʒ.iij.
croci.ʒ.j.decoquant' in aq̄ ⁊ cōdiant' cū fece olei de lilio ⁊ de
camomilla ⁊ calidū supponat'.¶ Aliō bonū.℞.floꝝ camo
mille:seis aneti.añ.ʒ.j.yreos.ʒ.ʒ.decoquāt' in vino:deinde
terant' ⁊ incorpent' cū melle.⁊ addito pauco croco fiat ēpl'ꝫ. In decli natione.
¶ Uel.℞.caricas pingues ad libitū ⁊ decoque eas in vino.
Deinde tere eas cū ysopo ⁊ origano:⁊ hec oia incorpa cuꝫ
farina ordei ⁊ furfure tritici ⁊ cal'm suppone.¶ Dixit Aui.
ꝙ de cōuenietibꝰ in declinatione flegmonis est empl'ꝫ ꝺ col
cotar:⁊ est illud qō vocat Serap.in suo antidotario diaplas
ma.verūtn̄ dixit Aui.incōuenietior eēt eiꝰ administratio cū
inflāmatio esset flegmonis pp suā caliditatē:sꝫ est ꝯueniēs.s.
qn̄ nō est inflāmatio.Alij dicūt.est incōueniēs cū adest inflā
matio:vt in p̄n° augmēto ⁊ statu:sed est ꝯueniēs.s.in decli/
natione:⁊ est ēt cōueniēs qn̄ non timet' aggregatio saniei:⁊
simil'r esset incōueniēs oē medicamen exiccatiuū:q: qn̄ time
tur ꝙ flegmon fiat exitura nō cōueniūt exiccatiua:sed matu
ratiua.Et dixit.ꝙ meliꝰ est ꝙ ponas sup istud empl'm lanā
infusaꝫ in vino stiptico eo ꝙ iuuat ad exiccādū cū sua stipti/
citate.¶ Empl'm vtile in declinatione.℞.fenugrecū pulue/
rizatū decoque ipꝫ cū succo apij ⁊ melle ⁊ suppone.Et scias
ꝙ qn̄ necesse est vti resolutiuis siue status sit siue declinatio
attendere debes si pp aliquā cām mā flueret ad locū apatis
vt resistas illi fluxui.Dixit.n.Raſ.13.ꝯti.auc̄te Gal.vtendū
empl'o ⁊ epithimate.s.resolutiuo in declinatione morbi:vel
in alio tp̄e quo ꝯuenerit:cū multotiēs videris manationem
māe eē abūdātē vtere stipticis.s.repcussiuis abūdantiꝰ in q°
verbo reddit medicū sollicitū ⁊ attentū vt oī tp̄e ita ꝙ etiam
in statu ⁊ declinatione si viderit pp aliquā cām mām reuma
tizantē ad locū nō ꝓcedat tūc cū eis q̄ ſꝫ illud tp̄s ꝯuenirēt.
sed intēdat fluxui ⁊ opponat se illi.Intētionē tn̄ sūptā ab il/
lo tp̄e nō penitus p̄termittēdo.dicūt qdā.temptet medicus
si resistere posset illo tp̄e fluxui supponēdo i circuitu apatis
que ifrigidāt ⁊ stipticāt ⁊ resolutiua supponēdo apati:tn̄ re
missioris gradus.¶ Et dixit Raſ.ibidē.auc̄te Gal.post ces/
sationē insultus apatis vtendū est empl'is dissoluētibꝰ.At/
tn̄ si dispositio sit antiqua scarificatio pōt fieri ⁊ nec̄ia erit:⁊
ꝓprie quotiēs relicta fuerit in mēbro aliqua ps solida cū ni
gredine:tūc eniꝫ emittat' ex eo aliqua pars sanguinis.

¶ De ademul ⁊ forunculo spina siue clauo. Cap.xxij.

Ademul a qbusdā exponit' forunculus ⁊ nr̄o idiomate vocat' malignuꝫ.
al's.malozū.siue cicio.Quidā tn̄ inter ademul
⁊ forūculū dr̄iaꝫ faciunt sumptā a q̄ztitate.Nā
ademul dicūt.qō est magnū.forūculū v̄o qō est
paruū.Et ademul apud Almā.dr̄ carbūculus:⁊ cam intitu/
latū ab eo de carbūculo est ⁊ ademul.¶ Et dixit Raſ.in di
uisionibꝰ.ademul est genꝰ apatis calidi.s.sanguinei ꝙ mul
tiplicat' in eo q multū vtit' cibis multū sanguinē gn̄antibꝰ.
al's.nutriētibꝰ.Et Azara.dixit.ꝙ accidit post cōmestionem
plurimā carniū lactis mellis:⁊ potū vini grossi:⁊ similiuꝫ:
iōqꝫ multiplicat' in corporibꝰ repletis ⁊ degentibꝰ in delitijs.
Et Aui.dixit.ꝙ pl'm eiꝰ fit ex malitia regiminis ⁊ motibus
supra repletioneꝫ:⁊ que currunt cursu eoꝝ.⁊ dicunt.multi/
plicat' in cōsuetis euōni sanguinis que postea dimissa est.

Dixit Almā.carbūculi ex sanguine multo gn̄ant' ⁊ vexa
tione.i.cōturbatione,⁊ labore q post saturitatē su De causis
mit'.Dicūt.ademul qōcūqꝫ fit ex sanguine cōsistente grosso:
verūtn̄ sanguis grossus faciēs ademul:qn̄qꝫ est multū gros
sus ⁊ pmixtꝰ hūori melico ⁊ ad nāꝫ hūoris melici declināś:
⁊ qn̄qꝫ est pmixtꝰ colere ⁊ ad nām colere declināś.¶ Dixit
Azara.cā eiꝰ est sanguis corruptꝰ mixtus colere vel melie.
¶ Et scias ꝙ sanguis faciēs ademul:qn̄qꝫ est corruptꝰ cor/
ruptione pticipāte venenositatē.Et factū ex sanguine gros/
siori accipit de carne plus ⁊ ꝓfundatur.Qr autē fit ex san/

guine minus grosso accidit plus ad ptē cutis supficialeꝫ. Et tale ademul vocat̄ clauus: qꝛ aciem hꝫ subtilē ⁊ caput grossuꝫ ad modū claui: ⁊ vocat̄ ēt spina: qꝛ est cum dolore acuto pūgitiuo ad modū punctionis spine: ⁊ est hoc ademul superficiale vtplm̄ paruū: ⁊ est ꝓprie illud qđ vocat̄ forunculus. ¶ Dixit Raſ. 13. ꝯti. carbūculus fit ex sanguie grosso: ⁊ quotiens grossitudo erit minor ꝓximior erit pelli ⁊ erit eiꝰ horribilitas minor. Et quotiēs grossitudo erit maior magis adens in ꝯcauitatē corpis erit tūc crudelis ⁊ malus. ¶ Dixit Aui. deteriores ademul sunt q̄ sūt ꝓfundiores. ⁊ supficiales sūt minꝰ mali: ⁊ q̄ ex eis hn̄t corruptionē neruosaꝫ siue ꝓfūdi sint siue supficiales deteriores sunt alijs: ⁊ accedūt ad nāꝫ antracū: ⁊ cognoscunt̄ p colorē eoꝝ liuidū vel nigrū: de q̄bus magis intellexit Raſ. in diuisionibꝰ cū dixit. cui accidit post ademul plm̄a: aut post exiturā tremor in corde ⁊ nausea ⁊ sudor fridus: tūc illud est signū malū. ¶ Dixit Auicē. ademul sunt de genere exituraꝝ. nō qꝛ velit ꝙ incipiant exiture: ⁊ sic pseuerent: qꝛ hoc nō est veꝝ ꝙ incipiūt exiture: sꝫ sic dixit. qꝛ vtplm̄ cōuertunt̄ ad exituras. fiūt eniꝫ de mā calida grossa q̄ difficulter resoluit̄: sed vtplm̄ maturat̄: qꝛ mā grossa sua grauitate faciliter querit sibi cupum.

De cura. **Dixit** Raſ. in diuisionibus. Jlle in quo multiplicat̄ ademul minoret cibū: ⁊ ꝓprie carnes ⁊ ꝯfectiones de melle lac ⁊ vinū ⁊ oē regimē repletiuū. Et Aui. dixit. illuꝫ q̄ passus est multitudinē ademul liberat soluͦ vētris ⁊ rarificatio cutis cū balneis administratis ⁊ exercitio. Sꝫ balneū ⁊ exercitiū fit post soluͦnē vētris: imo vt dicunt. post flōmiā si necīa fuerit. ¶ Dixit Alm. carbūculus postq̄ꝫ acciderit non est negligēdus qn̄ ei succurat̄. fortasse eniꝫ tota eiꝰ mā i vno loco colligit̄ ex qua magna fiet exitura. Et Aui. dixit. nō oꝫ vt sit negligētia in curatione ademul. multotiens. n. ꝯuertit̄ ad exiturā magnā. ¶ Et dixit Alm. cibaria acetosa ⁊ stiptica: ⁊ ea q̄ has duas aggregāt q̄litates comedere dꝫ vt est caro cū succo vue acerbe: ⁊ cū ribes: ⁊ cū pomis: ⁊ cū suchabegi: ⁊ his silib̄ꝰ. Et si necīuꝫ fuerit ei bibere vinū defecatū illō ⁊ clarificatū sumere dꝫ. sup. ⁊ sapore poncticū vel austerum. Et Raſ. dixit in diuiſ. declinet cibus ad acetositatem.

¶ De cura p potionē intētionē habēdo ad cām añtem. Dixit Aui. cura eiꝰ est euaͦ ſm q̄ꝫtitatē necītatis flōmie ⁊ soluͦnis vētris. Dixit Alm. ex eis q̄ carbūculū gn̄ari nō pmittūt. sup. ⁊ gn̄atū curāt vel diminuūt sūt flōmia ⁊ vētosatio ⁊ soluͦ vētris ex mirab. attritis cū sene ⁊ fumoterre ⁊ prunoꝝ ⁊ iuiubaꝝ ⁊ tamarindoꝝ infusiōe. sup. ⁊ silū. quā sepe sumere dꝫ.

¶ De cura p localia. dixit Raſ. i diuisiōibꝰ. in pnͦ sue iceptionis regat̄ regimie apatis cali. Et Aui. dixit. circiter tres dies idest in pnͦ qđ est vnū de 4ᵒʳ temporibꝰ morbi curat̄ cura apatū calidoꝝ. s. recursū faciētibꝰ put dcm̄ est in pcedētibꝰ. Et de repcussiuis bonis in ademul est oleū rosaꝝ cū aceto ⁊ lacte mulieꝝ deinde post illud. s. pnᵐ: opꝫ vt sit occupatio in resoluēdo ⁊ ꝓ vt maturādo. fortasse eniꝫ resoluit̄. Veꝝ. s. ꝙ resoluat̄ est ſm minus qꝛ raro est ꝙ terminet̄ p resoluͦnem. Si tn̄ videas ꝙ nō appareāt signa exiture: tūc ꝓcede cū resolutiuis. Et de resoluētibꝰ bonis est emplm̄ factū ex passulis floribꝰ camomille ⁊ baurach cū melle. Et fortasse dixit Aui. maturabit̄. sup. Et hoc est ſm plus: imo est tm̄ ſm plus ꝙ fere: oēs alij auctores nō fecerūt mentionē nisi de maturatione eiꝰ. ¶ Jnqt Raſ. 13. ꝯti. ꝙ Pau. nō dixit in cura carbūculoꝝ nisi ad maturādū. tanq̄ꝫ igit̄ credēdo ꝙ oia maturari debēt: q̄re velociter fieri dꝫ maturatio. Et iō dixit Raſ. nō vidi carbūculū in vltima dispōne dissolui absq̄ꝫ maturatiōe: lꝫ paruus fuerit carbūculus purus hn̄s radiceꝫ ⁊ pulsationē. Et dixit. vidi ēt carbūculos fieri in quodaꝫ viro paruos quos credidi dissoluere ⁊ dispergere absq̄ꝫ putredine ⁊ non potui ⁊ nō fuerūt dissoluti: sꝫ pulsabāt donec putredo facta est in eis. Et iō cōsulo ꝙ maturatio toto posse fiat: ⁊ iō in diuisionibus dixit si ptranseunt tres dies. i. pnᵐ: ⁊ nō extenuātur. s. per repcussionē: sꝫ pmaneat ipsoꝝ pulsatio ⁊ febris. i.

Carbūculi nō resoluunt̄ sed maturādi sunt sēp.

caliditas eoꝝ tūc necīuꝫ est vt saniei collectionē faciāt: ⁊ opꝫ vt iuuent̄ ad illud vt velox sit eoꝝ maturatio ⁊ aptio. Et Almā. dixit. postq̄ꝫ aūt carbūculus accidit nō est necīuꝫ nisi vt in ipsius maturatione studiū ipedat̄. ¶ Dixit Aui. cū fuerit in ademul pulsatio ⁊ basis radicis. i. qꝛ sit de ꝓfundis: qꝛ fortasse ademul supficiale obediet resoluͦni tūc ē necessaria maturatio: qꝛ tūc signat̄ ꝙ mā collecta est in cupo. g̊ adiuuetur ad illud cū medicinis maturatiuis. De his dixit Alman. est vt de caricis viscosis in qbꝰ est multū mellis. i. pinguibus ⁊ multū carnositatis cōtritis fiat emplm̄: aut ex carne vue passe cū baurach panis. i. cū sale mixta: aut emplm̄ diaglon desup ponat̄: qꝛ est vtile. ¶ Dixit Pau. carbunculos maturat carnositas vuaꝝ passaꝝ trita cū sale. Et de maturātibꝰ vtilibus est emplm̄ factū ex caricis. i. passulis pmixtis cū melle ⁊ maturat furunculos puos frumētū masticatū suppositūꝫ. Amplius in regimine exituraꝝ plura maturatiua ponent̄. ¶ Dixit Almā. ꝙ si carbūculus ad maturandū durꝰ existat sinapis cū ficubꝰ ⁊ pauco oleo liliaceo cōterat̄ ⁊ desup ponat̄. ¶ Et Aui. dixit. cū ademul difficulter venit ad pus: ⁊ ē cū gete calitatis grauis tūc flōmia venā q̄ ibibit ipꝫ. Deinde vētosa locū. s. cū scarificatiōe vt exoneret̄ nā ⁊ possit sup digestionē residui. Et q̄dā apponūt in loco sanguisugas loco scarificationis ⁊ est vtile. Verūtn̄ dixit Aui. nō facias hoc in pnͦ: qm̄ egrederet̄ ex loco sanguis virulētꝰ. i. liq̄dus subtilis ⁊ remaneret grossus ⁊ fieret illic vlcꝰ durū. ¶ Dixit Almā. si eius aptio post maturationē tardat̄ pforet̄ ⁊ cōprimatur donec q̄cq̄d in eo ꝯtinet̄. s. maturū fluat. ¶ Dixit Auic. qn̄ maturat̄ ⁊ nō aperit̄. s. p se neq̄ꝫ p medicinas: tunc pfora ipꝫ. ¶ Et de rūpētibꝰ ademul. dixit Aui. est emplꝫ factū de seie lini ⁊ fimo colūbino ⁊ fermēto. ¶ Post aptionem. dixit Almāsor. ponat̄ in circuitu eius vnguētū de cerusa: qꝛ malā cōpluͦnē alterat derelictā: ⁊ sup ipꝫ ponat̄ vngᵐ cum melle. ¶ Vnguētū de melle qđ cōfert furūculis post apertionē eorū ⁊ mūdificat vlcera. ℞. sarcocolle ꝯtrite ⁊ mellis albi crudi. añ. ptes equales: ⁊ incorporentur contrite ⁊ mellis imponatur ⁊ incorporentur. Et sunt qui mel decoquunt donec inspisset̄: deinde sarcocollam cū eo permiscent.

¶ De curatione mori. Cap. xxiij.

quitur cū oleo:⁊ fit empl'm cū ea curat apata calida,⁊ sanat
ea:⁊ aliqñ ꝑ frigida stiptica cū pauca hūiditate,vt cū curat̃
per empl'm factū ex rosis ⁊ balaustia ⁊ lēticula aq̃ cuz succo
psilij.i.mucillagine eiꝰ mixtis,ideo narrauerūt mixtiz mul
tas medicinas auxilioꝝ dictaꝝ diuersaꝝ virtutū diuersoꝛuz
graduū:⁊ māsionū eoꝝ relinquētes discretioni medici,⁊ ex
illis vtit̃ qbꝰ magis vr̃ expedire. ¶ Bona aūt discretio me/
dici in hac electione ꝓcedit ex cōsideratione in q̃ztitate ⁊ q̄li
tate māe herisipille,⁊ in tēpoꝛibꝰ eiꝰ maxie. In quātitate q
dē:qm̄ qñ mā est pauca approximet frigida ⁊ humida:⁊ qñ
est multa frigida stiptica. In qualitate aūt:qm̄ qñ fuerit in/
tense caliditatis ⁊ siccitatis:vt qñ est adusta approximet fri
gida ⁊ hūida. Et cū nō fuerit sic intēse caliditatis ⁊ siccitatis
vt in col'a facta ex pmixtione flātis frida stiptica. Et si fuerit
grossa frigida hūida. In tēpoꝛibꝰ v̄o herisipille,qm̄ qñ erit
in pn° approximet frigida stiptica. In alijs v̄o tēpoꝛibꝰ fri/
gida humida. Et adhuc depēdet bonitas discretionis medi
ci in hac electione ex cōsideratione in pticularibus cōsiderā/
dis,vt cōplexione etate tēpoꝛe anni regione ⁊ alijs. ¶ Et ex
dictis patere pōt ꝙ cura herisipille:aliqñ fieri dz ꝑ frigida tē
perata in siccitate ⁊ hūiditate:vt qñ teneret mediū iter dispo
sitiōes p̄dictas. Sic ergo pz ꝙ cura herisipille cuiuscūq̃z hz
fieri ꝑ frigida,vñ Hip.5° affo. In his aūt opz frida vti ⁊c.ꝙ
frida apposita ad flegmones:⁊ iflāmatiōes.i.herisipillas in
rubeū:⁊ subsanguineū tēdētes ex recenti sanguie iuuāt,⁊ ꝑ
coloꝛē rubeū itellexit rubeū clarū:⁊ ꝑ sanguinē coloꝛē remis
sioꝛē coloꝛe sanguis. Uel meliꝰ retulit rubeū coloꝛē ad fleg/
mones intelligēs coloꝛē rubeū obscurū subsanguineū retu
lit ad inflāmationes itelligēs rubeū clarū. Et per recētē san/
guinē intellexit mām flegmonis vel herisipille fluētē adhuc

ꝛ nodũ collectã, incuneatã in loco: ꝛ sic voluit ꝙ in pn° fleg
monis ꝛ herisipille frigida ꝯueniãt. Et Aui. 4ª dixit. opꝫ vt
stiptica cõstrictiua retentiua repcussiue frigide cõplonis pu/
re existant si apata fuerint acuta calida intense. ℭ Dicunt
itaqꝫ ꝙ cura herisipille diuersificata bm tẽpora eius imple/
ri dꝫ, vt in pn° añ euationẽ si tardare nõ oportuit ꝛ fiat epi/
thima ex oleo ro. ꝛ viol. mixtis cũ pauca aqua ros. ꝛ pauco
succo plantaginis: ꝛ post euonẽ fiat emplm frigidius: vt fa/
ctũ ex succo plantaginis solatri lactuce ꝛ malue: aut factum
ex farina ordei mixta cũ succo semperuiue, solatri plantagi/
nis: portulace: vermicularis: ꝛ oleo nenufarino, ꝛ de vtilib⁹
est emplm Constantini factũ ex succo plantaginis: chimo/
lea, ꝛ cerusa, ꝛ oleo ro. ꝛ virga pastoris optime contrita est
vna de melioribus medicinis herisipille ambulantis. Et ace/
tũ. dixit Ras. 13° cõti. phibet reumatiçationẽ humoꝝ coleri
coꝝ ad mẽbrũ, ꝛ si effundat. s. embrocando super ipsuꝫ tol/
lit herisipillã inflãmatã: ꝛ reprimit ꝛ expellit humiditatem
acutã. Et si inflãmatio valde vehemẽs fuerit addant succis
frigidis supradictis: succus iusqami albi: ꝛ papaueris ꝛ mã/
dragore: ꝛ qñqꝫ est necesse addere paꝝ opij. ℭ Medicamen
Almã. qđ oib⁹ mẽbris in qb⁹ est apa calidũ. s. inflãmatum
valde cõuenit sic fit. ℞. sandaloꝝ rubeoꝝ: sief memithe fau/
fel ceruse boli ar. añ. pt. equales, corticũ mãdragore opij. añ.
pt. 5. ꝛ ex his cũ aqua niuis cõtritis fiant auellanaꝝ silitudi/
nes, ꝛ exiccent: ex qbus cũ necessariuꝫ fuerit aliqd ex eis te/
rat: ꝛ ex eo cũ aqua ro. ꝛ modico aceto fiat epithima: ꝛ frigi
dũ superponat. ℭ Cũqꝫ accesserit ad augmẽtũ medulla pa/
nis mixta cũ rasura cortic. recentis cucurbite: ꝛ succo plãta/
ginis ꝯuenit valde. ꝛ vtiliter apponit emplastrũ de sola mal
ua cocta ꝛ cõtrita: ꝛ vtile est emplm de lentibus coctis ꝛ in/
corporatis cũ succo coriandri: ꝛ malue: ꝛ oleo rosa. ꝛ viola/
rũ, ꝛ aqua ro. ꝛ pauco aceto, ꝛ de expertis ad herisipillaꝫ su
peruenientẽ vulnerib⁹ est emplm factũ ex litargirio ꝛ ceru/
sa mixtis ꝛ optime incorporatis cũ succo solatri ꝛ oleo ros.
ℭ Et circa statũ dixit Aui. frigiditas medicaminis sit vehe
mentior stipticitate eius. supplent qdã. ꝛ misceat cũ resoluti
uis: nã dicũt ipsi nõ intellexit Aui. vt qdã putant ꝙ medica/
men in statu herisipille debeat esse pure frigidũ cũ stipticita/
te: sed hoc tacuit ꝙ cũ stipticitate ꝛ frigiditate debeat habe
re resolonẽ relinquẽs notũ esse ipꝫ: ꝛ sic debere esse ex cañ.
generali. Expressit aũt de stipticitate ꝛ frigiditate hui⁹ me
dicaminis ad tollendũ errorẽ q potuisset ꝯtingere ex dictis:
cũ eniꝫ ex cañ. generali curationis apatũ habitũ sit repcussi/
ua in statu eoꝝ misceri dbere cũ resolutiuis. Et iõ dix. A. re
percussiua in pncipio debere esse frigida cũ stipticitate vehe
menti excedente frigiditatẽ: ꝛ talia repercussiua nõ cõpetunt
in statu herisipille. Sed vt admisceant cũ resolutiuis, eo ꝙ
in statu herisipille intentio admiscẽdi repercussiua cũ resolu
tiuis est magis ad infrigidadũ qꝫ ad repellendũ: cuius oppo
situꝫ facerent frigida iuncta stipticitati excedenti: ꝛ ẽt eo ꝙ
h⁹ stiptica excedẽtia exiccãdo ꝛ ingrossando mãm ac etiaꝫ
poros multũ claudẽdo resolonẽ ipedirent, ad quã ẽt est eq/
lis intẽtio in statu herisipille expulsioni. Et iõ Aui. expressit
qualia debent esse ista repercussiua in statu herisipille miscẽ
da cũ resolutiuis dicens. ꝙ debẽt esse frigida cũ stipticitate
pauca: ita ꝙ frigiditas multũ superet stipticitatẽ: ꝛ dicũt nõ
est sumendũ ex dictis verbis Aui. vt qdã estimant vt reper/
cussiua miscenda cuꝫ resolutiuis in statu herisipille debeant
esse frigida intense: sicut in pn°: qnimo debent esse remissiora
ne resolonẽ ipediant. Unde dicunt. ꝛ bene: ꝙ Aui. in dictis
verbis nõ cõparauit medicinã repercussiuã in frigiditate in
statu herisipille ad eandem frigiditatẽ in pn°, imo cõparauit
frigiditatẽ eiusdẽ medicine ad eius stipticitateꝫ in statu ꝛ in
pn°. Et voluit ꝙ sicut in pn° stipticitas debeat superare fri/
giditatẽ: ita in statu eo°. frigiditas debeat superare stipticita
tẽ: eo ꝙ in statu plus querit amotio male cõplonis calide p
frigiditatem qꝫ repercussio materie per frigiditatem iunctã
stipticitati. eo ꝙ in statu nihil aut parum valde de materia
fluat: ꝛ que fluxa est nihil aut parum tunc patiatur de repul
sione: quare in statu dꝫ queri poti⁹ ei⁹ extract⁹ ex loco p re/
solutionẽ. ℭ Et dicũt. ꝛ bñ ꝙ quãto plus pcedit in statu, tã
to magis minorãda est medicine frigiditas: ꝛ ipsius stiptici/
tas. Ita vt circa finẽ status medicina sit cũ stipticitate puata.
Et sic bm istos medicamen Dyni ꝙ ipse laudat in statu heri
sipille nõ vulnerate nõ cõueniret in eo cũ stipticitas in eo su/
peret frigiditatẽ ꝛ resolonẽ: fit eniꝫ sic. ℞. rosarum ꝛ malue.
añ. M. j. decoquãt in aq̃: ꝛ cocta fortiter cõterant: ꝛ cõtrita
cũ ipsaꝝ decoctione incorporent ꝛ supaddat aceti. ℥. 5. olei
ros. ℥. ij. corticũ granatoꝝ vel lentiũ. ℥. ij. ꝛ simul decoquant
ad ignẽ, donec inspisset ad formã empli ꝛ dicũt cõuenire di/
ctũ medicamẽ in augmẽto ei⁹. ℭ Medicamen vtile in statu
herisipille fit ex pulte facta de farina ordei: cui misceat modi
cũ croci: ꝛ olei ro. sedat eniꝫ dolorẽ ꝛ resoluit sine attractiõe
ꝛ additione i caliditate: imo poti⁹ caliditatẽ diminuit: ꝛ si q̃
mã parata fluere est phibet. ℭ Et dicũt. ꝙ qꝫuis ex cañ. ge/
nerali curationis apatũ habitũ sit in statu herisipille equan
da esse repcussiua resolutiuis: nihilomin⁹ in statu herisipille
refrigeratiua debẽt supare resolutiua: nõ qr intẽtio in herisi
pilla nõ sit eq̃lis in statu ei⁹ q̃ est in statu alioꝝ apatũ qꝫtũ est
in h ꝙ eq̃lr dꝫ mã repcuti ꝛ resolui: sꝫ h est in statu herisipil
le pp duas cãs: qꝝ vna est, qr in statu herisipille opꝫ hre intẽ
tionẽ: ẽt ad malã cõplonẽ calidã que in eo intensior est qꝫ in
alijs apatib⁹ ẽt calidis. Et alia est qr in statu herisipille opꝫ
hre intẽtionẽ ad cobustionẽ: siue vesicationẽ: siue excoriatio
nẽ loci q̃ in statu herisipille puenit plusqꝫ in alijs apatib⁹ ẽt
calidis: ꝛ ei⁹ phibitio fit cũ frigidis, ꝛ ppea cõpationẽ faciẽ
do cure herisipille ad curã flonis. Dicũt: ꝙ sicut in pn° heri/
sipille intẽtio est ad ifrigidãdũ plusqꝫ in pn° flonis, ita ꝯsilr
est in statu ꝙ in statu herisipille infrigidatio dꝫ esse maior qꝫ
in statu flegmonis. ℭ Medicamẽ ꝯueniẽs in statu herisipil
le. ℞. succi plãtaginis: ꝛ malue. añ. ℥. vj. succi violarie: ꝛ vge
pastoris. añ. ℥. iij. aque vite. ℥. iiij. 5. misceant ꝛ epithimentur
cũ eis. credo ꝙ intelligat de aq̃ q̃ currit ex ligno vitis cũ adu
rit: qdã vtile fore dicũt emplm factũ ex folijs vel florib⁹ lilij
albi decoctis in vino: ꝛ postea ꝯtritis ꝛ mixtis cũ farina mo
lendini. Et deinde decoctis ad formã empli: ꝛ puto ꝙ fit vti
le in fine stat⁹: ꝛ pn° decl̃onis: resoluit. n. ꝛ desiccat absqꝫ ma
nifesta calefactione. ℭ Et dicũt grauiter errasse eos q dixe/
runt medicinã in statu herisipille debere eẽ desiccatiuã ꝛ cõ/
sũptiuã mãe ei⁹. Et dicũt h voluisse Aui. cũ dixit. curet cuꝫ
eo in quo est reso°lo ꝛ exiccatio fortis cũ infrigidatiõe: qꝫuis
dicãt ꝙ h⁹ maxie ꝯueniãt in fine stat⁹. ℭ Et dñt. A. nõ exp̃s
sisse de cura herisipille in declinatiõe: sꝫ dedit illã intelligi ex
cura stat⁹: nõ. n. est ita: nã. A. exp̃ssit de cura eius in declina/
tione: cũ supradicta vba q̃ ipsi adducũt ptulerint: nam talia
sũt q̃ ꝯueniũt in declinatiõe herisipille: nõ. n. ꝯueniũt q̃ reso/
luunt ꝛ exiccãt fortiter: cũ. n. pp malã ꝯplonẽ calidã nõ pos
sint applicari resoluẽtia fortia: oportuit vt eẽnt exiccãtia for
tia vt ꝯsumerẽt mãꝫ derelictã in decl̃one: neqꝫ timet tpe heri
sipille. sup. ꝙ mã p fortiter exiccãtia nimiũ exiccet ꝛ iduret:
qm̃ mã in decl̃one est putrefacta ꝛ subtilis apta pus resolui
ꝛ ꝯsumi qꝫ valeat p illa exiccãtia idurari: ꝛ i herisipilla ẽt in
decl̃one miscẽda sũt resolutiuis aliq̃ frida ad malã ꝯplonẽꝫ
calidã alterãdã: ꝛ phibẽdũ ei⁹ intẽsionẽ q̃ intẽderent p illa
resoluẽtia, ꝛ notũ est ꝙ illđ in q̃ est reso°lo ꝛ exiccatio fortis
nõ ꝯuenit in statu herisipille: ꝛ ẽ ꝯdictio in h vbo: ꝛ vbo su
periori ei⁹ in q̃ dixerat ꝙ stipticitas ꝛ exiccatio eẽt minor in
frigidatiõe. ℭ Ampli⁹ si ꝯsiderent medicamina q̃. A. post p
dicta vba posuit appebit ꝙ illa cura est ꝯueniẽs in decl̃one
nõ i statu, qm̃. A. referẽs sua medicamia ad herisipillã purã
dixit, si fuerit herisipilla sup cutẽ. p quã sigñauit herisipillaꝫ
purã de mã colica pura ẽ. vt patuit deuenire ad cutẽ: ꝛ stare
ꝛ detineri i ea, vñ dr stare sup cutẽ: tũc curet cuꝫ scoria ferri
plumbi cum vino pontico bullito prius cum folijs sicle: ꝛ

Medicamina conuenientia in pn°.

Medicamina in augmẽto conueniẽtia.

Medicamina i statu conuenientia.

Medicamina ꝯueniẽtia in decl̃one.

 ꝑscoriam plumbi pōt poni plumbum vstuꝫ optime puluerizatuꝫ. Et posuit medicamen aliud tale. ℞. lane veteris vste nō lote.ʒ.ij.ß.carbonis de cortice pini.i.de interiori ligno pini tantūdē, ⁊ cere.ʒ.ß.⁊ scorie plumbi.ʒ.x.⁊ sepi caprini veteris abluti cuꝫ aqua.ʒ.j.ß.olei myrthini.ʒ.v.⁊ fiat vnguentū. ¶ Medicamen aliud qđ Aui.dixit esse leuiꝰ alio ꝑdicto nō q̄deꝫ quo ad effectū:sed ad facilius cōponēdū. ℞. scoriā plumbi ⁊ cōpone eā cū succo ruthe oleo ro.⁊ cera. Et qꝛ ꝑdicta medicamina Aui.sunt ꝯueniētia ad curā herisipille vulnerate:ideo q̄dā dixerūt ꝙ qn̄.A.dixit.curet̄ cuꝫ eo in quo est resol̄o ⁊ siccatio fortis:incepit ponere curā herisipille vlcerate:⁊ hāc dicūt intellexit ꝑ herisipillā sup cutē, qꝛ ꝺm eos tūc dr̄ sup cutē, qn̄ vulnerat eaꝫ, ⁊ in tali herisipilla cōuenit medicina in qua, est resol̄o ⁊ exiccatio fortis cum infrigidatione:nā resol̄o cōuenit vlceri:⁊ infrigidatio male cōplexioni calide. Et si dicūt bn̄ cōsiderent̄ predicta medicamina Aui.inuenient̄ esse resolutiua cū exiccatione forti ⁊ infrigidatione aliquali. Si aūt timueris herisipillā vlcerari:tūc oppone ei cū emplastro qđ ipsiꝰ ꝓhibet vlcerationē qđ sic fit. ℞. malū granatū:⁊ scinde ipꝫ in ꝑtes:⁊ scissuꝫ decoque in aceto, deinde exprime ipꝫ ab eo:⁊ optime tere:⁊ tritū loco herisipillato suppone. ¶ Ad idē bonū ⁊ ꝯueniēs. ℞. stercus vaccinū:⁊ fac bullire in aceto, ⁊ bullitū fortiter exꝑmat̄:⁊ loco supponat̄:sal aūt optime tritū mixtū cū vitellis ouoꝝ:⁊ herisipille vlcerate superpositū confert valde. Et tu quideꝫ iam sciuisti ex affo. ꝙ herisipille vlcerate non debēt apponi actu frigida. Ideoq̄ꝫ tepida superponantur.

¶ De formica. Cap.xxvij.


Ormica Dixit.A.est de nūero bothor:siue pustulaꝝ:⁊ dr̄ formica:quia hꝫ sil̄itudinē cū formica aīali in tribus. ꝑmo ꝓꝑ sui paruitatē, qꝛ sicut formica inter aīalia est animal paruū ita formica pustula īter pustulas est parua. 2° ꝓꝑ ambulationē:nā formica pustula ad modū formice aīalis est deambulatiua transiens de parte ad partem, vn̄ dixit Haly. formica dr̄ ad sil̄itudinē formice huc ⁊ illuc discurrentis. 3° ꝓꝑ sensum punctionis:naꝫ in formica pustula sentitur punctio similis ei que sentitur ex formicarum morsibus. ¶ Dicunt. formica est apostema colericum paruum deambulatiuū vnā vl̄ plures simul pustulas in cute excitās. Vel formica est apā cutis col̄icū paruū incipiēs:sicut pustula vna vel plures ex mā adusta deambulatiuū:⁊ pūctionis inductiuū ad modū pūctiōis formicaꝝ:vnde nomen accepit.

De causa — Materia generās formicā est subtilissima ⁊ calidissima vn̄ aduritur vel iam adusta est. ¶ Dixit Raſ.13.ꝯti. ꝙ Ga.dixit. ꝙ humor agēs formicā est subtilior alijs humoribꝰ:⁊ dixit.14° terap. ꝙ morbꝰ q appellat̄ formica accidit ex humore colerico:de gn̄e herisipille:veꝝ humor iste qn̄ gn̄at formicā adurit̄:vel iaꝫ adustus est, ⁊ ꝙ ipse dixit. formica fit ex humore colerico tenui penetrāte pellem totā absq̄ꝫ īpedimēto dum perueniat ad superficieꝫ corꝑis:⁊ qꝛ materia eiꝰ cū sui subtilitate est acuta:iō est deambulatiua:trāsire enim pōt de parte ad partē. Iuuante ad hūc transitū expulsiua virtute mēbri pūctione eiꝰ sentiente:⁊ est ambulatio eius in plus ⁊ minus ꝺm subtilitatē ⁊ acuitatē eius maiorē vel minorē. ¶ Dixit Raſ. in diuisiōibꝰ. effluūt qn̄q̄ꝫ in corpore bothor vna vel plures numero parue:⁊ apat̄ locus apate paruo. ¶ De formica dixit. ꝙ ipsa est pustula, aut pustule:qꝛ qn̄q̄ꝫ est vna, qn̄q̄ꝫ plures:ꝺm pl̄m tn̄ sunt pl̄es:⁊ qn̄ sunt plures:⁊ sūt oēs in vno loco pariter coadunate:⁊ totū ex eis cōgregatū pōt dici formica vna:⁊ quelꝫ etiaꝫ pustula pōt dici formica:⁊ siue vna siue plures fuerint:faciunt apā paruū. al̄s. purū.i.de colera pura absolute, aut saltē cū magno predominio, vel purū.s.quātū ad mēbrū qđ occupat:qꝛ occupat cutē solā sine carne:⁊ ambulant iste pustule, scilꝫ preter ꝙ multū accipiāt de mēbro in latitudine:qꝛ stant collecte in vnū, ⁊ nō dilatant̄, sicut herisipilla:ꝓꝑ qđ subdit Aui. ꝙ oē apā in cute ambulatiuū qđ latitudinem nō hꝫ.s. multā est formica. ¶ Notant. ꝙ mā colerica vsta faciēs formicā nō est sic vsta ꝙ subtile eiꝰ sit exclusuꝫ, ⁊ remāserit grossuꝫ, qn̄ sic foret nō penetraret i cutē:⁊ remaneret in ea absq̄ꝫ eius remanētia ēt in carne:sed ipsuꝫ remanet ꝑmixtū grosso eius:vn̄ totū penetrat ad cutem. Et est iª mā vsta aliqn̄ pure colerica vt ꝑdictū est:⁊ aliqn̄ cū predominio multo, vt cum ꝑmiscet̄ ei ꝑua portio flātis:per cuius ꝑmixtionē suba eius aliquātulū reddit̄ grossior siue minus subtilis. Et reddit̄ minus acuta ꝺm hoc due fient spēs formice:quaꝝ vna absolute dr̄ formica:⁊ est illa:cuius mā est colerica pura absq̄ꝫ flegmatis ꝑmixtione:⁊ alia dr̄ formica miliaris:⁊ est illa:cuius mā hꝫ pauci flātis ꝑmixtionē, dr̄ miliaris ꝓꝑ sil̄itudinē quā hꝫ ad grana milij in quātitate ⁊ colore. Quidā tn̄ ꝯcedunt ꝙ formica miliaris pōt fieri ex colera cui permixta est portio parua mel̄e. Ois tn̄ formica potest dici miliaris:qꝛ in oī formica apparent grana sil̄a granis milij. Verūtn̄ illa que hꝫ ꝑmixtionē colere cū flegmate vel mel̄ia hꝫ maiorē sil̄itudinē cū granis milij:⁊ cū pluralitate pustularū:qꝛ est pluriū pustularū:⁊ in paruitate:⁊ in eleuatione eaꝝ:nā sunt minores ⁊ magis depresse:⁊ etiā in colore, qꝛ sunt magis albe. Ille aūt q̄ sunt ex colera pura sunt albe cū declinatione ad citrinitatē:⁊ ideo illa q̄ est ex ipsa colera ꝑmixta flegmati vel mel̄ie retinet sibi nomen formice miliaris:⁊ dr̄ formica miliaris absolute. Alia aūt dr̄ formica absolute ⁊ nō miliaris. ¶ Et notāt ꝙ subtilitas māe formice absolute hꝫ latitudinē in qua sūt gradus in plus ⁊ minus ꝺm quos aliqua eiꝰ mā dr̄ subtilis absolute:siue multū subtilis. Et alia dr̄ grossa nō absolute:sed cōparata ad ꝑdictā q̄ ꝯgruētiꝰ dꝫ dici minꝰ subtilis:⁊ sil̄r mā miliaris absolute hꝫ latitudinē ⁊ gradꝰ in ea maioris vel minoris admixtionis:⁊ sic subtilitatis maioris vel minoris. Et tā formica absolute q̄ꝫ miliaris diuiditur in ambulatiuā ⁊ nō ambulatiuā nō qꝛ oīs formica nō sit ambulatiua:īmo oīs ꝑambulat vt dictū est supra:sꝫ tn̄ q̄dā ambulat minꝰ vt formica miliaris:qꝛ est de colera ꝑmixta:⁊ ideo minꝰ subtilis:⁊ q̄dā ambulat plus vt formica absolute ꝓꝑ subtilitatē sue māe:hec est illa q̄ appropriauit sibi nomē formice ambulatiue, ⁊ dr̄ formica ambulatiua absolute:altera vō nō:qꝛ ꝓꝑ ꝑuitatē sue ambulatiōis cōparata ad ꝑdictā dr̄ nō ambulatiua:⁊ tā ambulatiue q̄ꝫ nō ambulatiue. siue tam formice absolute q̄ꝫ miliaris alia est corrosiua, siue vlceratiua, ⁊ alia nō:⁊ tā formica corrosiua q̄ꝫ nō:siue tā vlceratiua q̄ꝫ nō:vt supra patuit ꝑ Gal̄. fit a mā q̄ aduirt̄:aut iā adusta est, ꝓꝑ qđ dicūt, q̄dā ꝙ in adustione māe faciētis formicā est latitudo hn̄s gradus in plus ⁊ minꝰ:nā qn̄ adustio est ꝑua quā signauit Gal̄. cū dixit. q̄ adurit̄ tūc fit formica nō corrosiua nō vlceratiua:sed qn̄ adustio est maior aliquātulū q̄ꝫ ꝑdicta:tunc fit formica corrosiua vlceratiua. Et qꝛ in formica nō corrosiua adustio est ꝑua cōparata ad corrosiuaꝫ pōt dici ꝙ eiꝰ mā nō sit adusta:⁊ sic intellexerūt dicētes ꝙ nō corrosiua fit a colera nō adusta ⁊ corrosiua ab adusta:mā nāq̄ꝫ nō corrosiue est subtilior ⁊ minꝰ acuta, ⁊ iō nō corrodēdo ꝑambulat:sed mā corrosiue est subtilis:sꝫ nō tātū q̄ꝫtū nō corrosiue:qꝛ ꝑ adustionē quā recipit aliquātulū ingrossat̄:⁊ est calidior ⁊ acutior:⁊ ꝓpea ambulādo corrodit. ¶ Ex dictis sequit̄. ꝙ aliq̄ formica est vlcerata:⁊ aliqua nō:⁊ que est vlcerata magis perambulat:que vō nō est vlcerata dispōnē hꝫ:vt ꝑ acq̄sitionē vlterioris adustionis fiat vlcerata:⁊ illaꝫ dispositionē sign̄auit Gal̄. cuꝫ dixit. q̄ adurit̄. Vn̄ Al. bn̄ dixit. Caro vulnerata ⁊ cū vulnerata fuerit incipit ambulare ⁊ dilatari ad vicina loca.s. magis ⁊ magis manifestari cū maiori lesione q̄ꝫ faceret an̄ vlcerationē. ¶ Dixit Gal̄.14°. terapen. formica corrosiua pōt dupl̄r fieri. Vno mō incipiēdo:vt cū ab ipso ꝑn° fluit ad aliqđ mēbrū col̄a adusta aliq̄ꝫtulū minꝰ subtilis:plus tn̄ calida ⁊ acuta q̄ incipiet facere formicā incipiet corrodere, ⁊ qꝛ ista colera aliquātulum ingrossata est corrosiua ⁊ q̄ est ea subtilior:q̄ꝫuis forte aliqual̄r calida nō est:qꝛ

Formice due sunt species.

In sūma spēs formice sunt duodeciꝫ

Oēs spēs formice ad q̄tuor reducunt̄

De signis

est:q2 magis figit̃ ꝛ diutius manet in loco. Alio mõ põt fieri formica corrosiua nõ incipiẽdo:ſʒ sequẽdo ex ꝑmutatione nõ corrosiue ad corrosiuã:vt cum mã formice absolute:siue formice miliaris acqrit alteratiõẽ ꝛ gradũ adustionis ꝛ ingrossat̃ ꝛ acuit̃:verũtñ ista ꝑmutatio facilius ꝛ freq̃ẽtius fit ex mã formice absolute q̃ʒ ex mã miliaris:pro quãto mã miliaris est minoris caliditatis ꝛ acuitatis q̃ʒ mã formice absolute citius recipit adustiõẽ:ita ẽt recipit citius intẽsiõẽ q̃ʒ mã miliaris:vñ est ꝙ formica absolute facta corrosiua fortius ꝛ magis vlcerat:ꝛ ꝑambulat cũ maiori lesione q̃ʒ formica miliaris facta corrosiua:verũtñ formica miliaris:sicut nõ vlcerata est tardius recipiẽs vlceratiõẽ ꝛ curationeʒ q̃ʒ formica. ita ẽt post q̃ʒ facta est corrosiua est difficilioris resolutionis ꝛ tardioris curationis q̃ʒ formica absolute corrosiua:qd̃ ꝓcedit ex minori subtilitate sub̃e mãe ei⁹. ¶ Quidã distinguũt formicã vlceratã in duas:q2 quedam dr̃ vlcerata simpl'r:ꝛ q̃dã nõ simpl'r:sed est cõposita cũ corrosione:nõ.n. dicũt ipsi oĩs formica vlcerata est corrosiua:vnde sequit̃. hec formica est corrosiua:ergo est vlcerata:sed nõ cõuertit̃:est vlcerata ergo corrosiua. Et hoc dicũt esse de mẽte Auic. cũ dixit. qñ fit vlcus ꝛ putrefit appropriat̃ nomini putridi. idest vocat̃ vlcus putridũ:ꝛ sil'r vt putridũ ip̃m curat:ꝛ nõ vt corrosiuũ. ꝑmã spẽm dicunt isti perambulare:ꝛ scd̃am nõ:ꝛ nõ intellexerunt ꝙ nullo mõ perambulet:q2 nulla formica priuatur aliquali corrosione:sed q2 paꝝ nõ manifeste multuʒ ꝑambulat:ideo cõpantes eã ad aliã speciẽ que multũ ꝛ manifeste perambulat dixerũt eã nõ ambulare. ¶ Reducunt̃ aũt

In sũma spẽs formice sunt duodeciʒ

spẽs formice ad. 12. ꝑma spẽs est formica absoluta nõ ambulatiua. 2ª est formica absoluta ambulatiua. 3ª est formica miliaris nõ abulatiua. 4ª est formica miliaris ambulatiua. 5ª est formica absoluta nõ ambulatiua nõ corrosiua. 6ª est formica absoluta nõ ambulatiua:sed corrosiua. 7ª est formica absoluta ambulatiua non corrosiua. 8ª est formica absoluta ambulatiua nõ corrosiua. 9ª est formica mliaris nõ ambulatiua corrosiua. 10ª est formica miliaris nõ ambulatiua non corrosiua. xjª est formica miliaris ambulatiua corrosiua. 12ª est formica miliaris ambulatiua nõ corrosiua. ¶ Quidam

Oẽs spẽs formice ad q̃tuor reducunt̃

aũt reducunt eas ad quatuor que sunt formica ambulatiua soluʒ:formica corrosiua solũ:ambulatiua corrosiua:ꝛ miliaris. Et hi magis appropinquant dictis Aui. dixit Gal'. 14° terap̃. ꝛ ponit̃. 13° ꝯti. sic. vlcera que sunt ad modum panici nõ sunt de gñe ignis persici:sed sunt ex humore colerico mixto cũ flegmate:ꝛ sunt de gñe formice. Et dixit. sup̲ 6° affo. ꝛ ponit̃ a Rabi. 23. particula. qd̃cũq3 vlcus cutem non ꝑforat nominatur formica. s. absolute. Et quodcunq3 vlcus ꝑforat cutem ꝛ carnem:ꝛ serpit nominat̃ corrodens.

De signis

Signa generis in aliqb⁹ locis corporis sunt paruum apã ꝛ ꝓ. i. paruũ bothor. i. parua pustula:neq3 nõ ꝛ pruritus ꝛ feruor. s. percept⁹ ab infirmo:ꝛ in tactu calor magnus. s. ꝑceptus a tangente fieri cõsueuit. Et hoc tale bothor est formica. Et. A. dixit. color formice ad citrinitateʒ est decliuis:ꝛ est inflãmata cũ sub̃a embilice. i. verucalis vel poralis:nisi ẜm sil'itudinẽ quãtitatis ꝛ figure, q2 sicut veruca vel porus est eminentia ꝑua:ita ꝛ formica:ꝛ sicut veruca hʒ figurã attinentẽ longitudini ꝛ rotunditati ꝛ porus plus attinens latitudini maxime in extremitate exteriori:ita ẽt de formica est que circa extremitatẽ exteriorẽ plus attinet longitudini ꝛ rotunditati sil'is veruce:ꝛ alia plus latitudini similis poro. ¶ Notãt. ꝙ oĩs formica est vesicans:ꝛ ille vesice sunt sue pustule:ꝛ ẜm pl'm formica est verucalis. s. figure pinealis lata in radice ꝛ paulatine subtiliãdo ꝓcedẽs in sua elongatione:donec restringat̃ ꝛ ꝑueniat ad acutã cuspidem in qua vesicaʒ causat. Quedã tñ formica ꝛepit̃ esse eꝯ⁹. s. habere radicem strictã paruã ꝛ ꝓcedere elõgãdo in sua elongatione:donec perueniat ad cuspidẽ latiorẽ radice que vesicaʒ causat ꝛ est poralis. ¶ Dixit Aui. formica ẜm pl'm hʒ radicem lataʒ:nisi quedã spẽs eius que vocat̃ atrabor. i. poralis que est radicis parue:q̃si sic pendẽs. i. habẽs appendiculuʒ. ¶ Notãt. ꝙ color citrinus nõ est solũ in pustulis ipsis:ſʒ ẽt in cute mediãte inter eas ꝛ circũeunte ipsas ꝛ ꝙ in formica omni est dolor pungitiuus:nã patiens percipit in ea pũcturas paruas ẜm plures ꝑtes eius. ¶ Signa spẽꝝ formice absolute differũt a miliari in mã ꝛ in caliditate ꝛ acuitate maiori ꝛ acutiorib⁹ punctionib⁹:vt ex dictis pʒ, ꝛ est cũ paucioribus pustulis q̃ʒ miliaris ꝛ maioribus:Vñ miliaris cognoscit̃ ꝑ pũcta alba minuta ꝛ multiplicata:quasi sit miliũ sparsuʒ sup̲ ea. Et color formice absolute est decliuior ad citrinitatẽ intẽsiorẽ q̃ʒ color miliaris:q2 in miliari color citrin⁹ declinat ad aliqualẽ obscuritatẽ:vt in ea que est ex colera permixta cũ humore melico:precipue si est adustio. ¶ Et dicũt. citrinitas in formica absoluta ambulatiua nõ corrosiua declinat plus versus rubeuʒ q̃ʒ in corrosiua:q2 in ea remanet color magis similis colori colere nãlis q̃ʒ in illa:ita ꝙ in corrosiua color est magis citrinus. ¶ Dixit Ras. in diuisiõib⁹. In formica miliari egrediunt̃ botie parue sil'es milio:cũ quibus est mordicatio vehemẽs ꝛ apã. i. tumor ꝛ cursus virus. Et color bothor est albus nõ qdẽ absolute:ſʒ cõpat⁹ ad colorẽ bothor formice absolute in qua color est magis rube⁹, ꝛ ꝙ est sup̲ eas:ꝛ in circuitu eaꝝ de carne ẽ rubeũ. s. clarũ:formica v̾o ambulatiua soluʒ differt a corrosiua vlcerata:eo ꝙ vt patuit ambulatiua solũ trãsit de ꝑte ad ꝑtẽ ꝑter ꝙ locũ inter vnã ꝑtẽ ꝛ aliã exñtẽ corrodat vel vlceret:formica v̾o nõ ambulatiua corrosiua locũ mediũ iter ꝑtes ꝑ quas deambulat nõ vlcerat, ſʒ postea in loco in quo figit̃ aliquã vlcerationẽ efficit. Formica v̾o ambulatiua corrosiua ꝓcedit corrodẽdo oẽm locũ mediãtẽ inter ꝑtẽ a qua discedit, ꝛ ꝑtẽ ad quaʒ accedit. Et corrosiua absoluta differt a corrosiua miliari:q2 corrosiua absoluta facit vlcera sua magis in sup̲ficie ꝛ citius perambulat corrodẽdo ꝛ citius curat̃ q̃ʒ miliaris corrosiua:miliaris v̾o corrosiua sua vlcera facit magis in ꝓfundo:tardius tamen perambulat ꝛ tardiuſ curatur.

Cura v̾o formice ꝑ dietã est valde similis diete herisipille:ꝛ sil'r cura ei⁹ per potionẽ in intẽtionibus iuuatiuis sil'r valde sil'is existit. Cõplet̃ eniʒ cura eius eũone:ꝛ alteratione ꝛ ẜm plus eũatio dʒ p̃cedere alterationẽ:ꝛ alteratio qñq3 respicit apã:ꝛ qñq3 vlcus in ea que vlcerata est, vt cõsolidet̃ ꝛ in tali semp̲ intẽtio ad apã dʒ p̃cedere intentionẽ vlceris:vt pʒ ex cañ. gñali posito in tractatu p̃cedente. capᵒ de cura vlceris ꝯpositi cũ apate:q cañ. q̃ʒ q̃ʒ in oĩbus habeat impleri, precipue tñ qñ apã est cã vlceris:vt est in formica vlcerata:qm̃ ad cãm intẽdẽdũ est ꝑus. Quidaʒ tñ putauerunt auctores in cura formice vlcerate egisse ꝯ̃ dictũ cañ. q2 vt in eis apparuit ipsi dixerũt curã vlceris nõ apati. sed nõ est ita. nã ipsi curã apatis formice dereliquerũt notã ex cura herisipille tã in vlcerata q̃ʒ in nõ vlcerata:cũ sint iste cure:vt dictũ est:valde sil'es adinuicẽ. visi sũt aũt intẽdere vlceri plus tãq̃ʒ periculosiori:vlc⁹. n. formice maxĩe corrosiuũ qd̃ est tale ẜm pl'ʒ cũ fiat a mã vsta mala plus ꝑiculi portat q̃ʒ ipsa pustula formice:nõ tñ neglexerũt pustulã:nõ. n. ꝓhibuerũt hũectantia:ſʒ multũ hũectãtia. ¶ Ampli⁹ ipsi docuerũt curare formicã vlceratã ĩfridatiuis ꝛ exiccatiuis:ꝛ talia ꝯueniũt apati ꝛ vlceri:nã frigida sicca ꝯueniũt apati inq̃ʒtũ ꝓhibẽt mãm ad locũ fluere, ꝛ eã recurrere faciũt:ꝛ inquãtũ exiccãt cõueniũt vlceri:ꝛ inquãtũ infrigidãt amouẽt malã ꝯpl'õẽ calidã:ita ꝙ ꝑ idẽ mediũ. al's. medicamẽ curauerũt apã ꝛ vlcuſ, ꝛ malã cõpl'õẽ. ꝛ in cura morboꝝ ꝯpositoꝝ tale mediũ. al's medicamẽ qñ ꝛepit̃ eligi dʒ vt pʒ in sermone 2°. trac. ꝑmo. ¶ In cura aũt formice vlcerate alteratio dʒ p̃cedere ꝯsolidationẽ qñ nõ põt vtrũq3 fieri ꝑ idẽ medicamẽ:ꝛ eũatio dʒ p̃cedere alterationẽ ꝛ ꝯsolidationẽ. Dixit Gal'. 14. terap. ꝛ ponitur. 13. ꝯti. sic. cũ in formica aliqs ꝓcedit in cura cũ laxatiõe col'e rubee supponẽdo postea formice medicias repcussiuas sanabit formicã:ſʒ si ipse nõ purgauerit corp⁹, neq3 inhibuerit ꝙ nõ manet hũor ad locũ cũ repcussiuis:sed breuiter intẽ

dit ad ꝯsolidationẽ nõ curabit͛, sed excoriabit͛.s.z vlcerabit͛ locus alius ꝓxim⁹ illi insepabiliter: nisi euet͛ prius humor. ℭDixit Aui. cũ nõ incipis in ea cũ euõne hũoris ₚm ꝙ oꝫ: imo medicaris vlcus cũ eo qȯ sanat ipꝫ vlcus.s. cũ ꝯsolidari uis redit ex alio loco cũ nocumẽto: nã auget͛ z spãdit͛ z oc/cupat aliũ locuꝫ cui nocet: z sic ex loco ipso ₚmo fit additio nocumẽti z extẽdit͛ ad aliũ locum: z nõ cessat humor facere corrosionẽ post corrosionẽ de pte in ptẽ, ambulãs corroden/do: z cã est: q2 sanãtia vlcus sũt exiccatiua q̃ apposita añ eua cuationẽ z mãe minorationẽ nõ sunt potẽtia multã exiccare mãm: sed fiũt cã retẽtionis ei⁹ in ꝓfũdo: z sic sparsionis ei⁹ ad ptes circũstãtes. Si ergo curat͛ formica vlcerata ꝑ exiccã tia añ euationẽ: z si sanet͛ ꝑ ea: tñ postea redit cũ nocumento maiori vel in ipsa pte: vel in alia ꝓpinq̃ illi: sicut frequẽs ex/periẽtia demonstrat. ℭEuatio itaq3 in formica absoluta oꝫ fieri col'e ru. hñtis aliq̃lẽ vstionẽ: sicut cuꝫ aq̃ casei folliculis sene epithimo fumoterre diagredio z silib⁹. Dixit Alman. vẽter ex his q̃ colerã rubeã expellũt est soluẽdus vt sũt mira bolani citrini scamonea cũ aq̃ de fructib⁹.s. solubilib⁹: vt sũt pruna tamarindi z silia. ℭEuacuatiuũ bonuꝫ. decoq̃ in aq̃ lactis flores fumiterre: z viol'. folliculos sene epithimum z semen endiuie: deinde cola z in colatura distempera medulle cassiefis. ℥.j. aut mãne. ℥.j.ʒ. z iterꝫ cola z supmitte catolicon aut diasene z el'ariuꝫ de succo rosaꝝ. añ. ʒ.ij. z exbibe. ℭDixit Auic. scamonea cũ aq̃ casei iuuatiua est in euõne mãe formice z siliuꝫ ei. Cõficit͛ aũt sic. ℞. aq̃ casei. ℥.iiij. z distẽpera in ea de diagredio a gñis.v. vsq3 ad.10. z exbibeat͛. ℭAliȯ euatiuũ bonũ. ℞. reubarbari. ʒ.j. terat͛ z infũdat͛ in. ℥.ij. aq̃ endiuie ꝑ horas.6. deinde colet͛ cũ exp̃ssione z imisceat͛ cum medulla cassiefi. dissoluta cũ aq̃ fumiterre. z qñq3 est necesse vt medicamẽ acuat͛ cũ gra.ij. aut.iij. diagredij: z sũt q addũt in eo. ʒ.ʒ. cinnamomi electi: est.n. cõferẽs in formica absoluta. Et dixit Aui. ꝙ miliaris similat͛ formice.s. absolute in curatione. verꝫ melius est in sol'one eius: vt si in eius catartico sit virtus ei⁹: qȯ est sicut turbith cũ eo qȯ soluit coleraꝫ: z h̃ vt sil' cuꝫ colera euet͛ de flegmate ibi ꝑmixto: z si est ẽt ibi de epithimo est meli⁹ ꝓꝑ humorẽ mel'icũ qui aliq̃ñ admiscetur colere in formica miliari. Et scias. ꝙ in miliari agaric⁹ ẽ optimũ solutiuũ. ꝙ si fuerit euõnis iteratio tũc exhibeat͛. Dige/stiuũ bonũ in formica absoluta est permixtio sirupi de fumo terre: z sirupi de epithimo cũ sumit͛ cũ aq̃ endiuie z buglosse z in miliari digestiuũ bonũ est syrupus acetosus sumptus cum aqua endiuie fumiterre lupulorum z buglosse.

De alteratib⁹ cõuenietib⁹ in ₚn° nõ vlcerate.

ℭCura formice per alterationẽ: aut dirigit͛ ad curam formice nõ vlcerate: z tũc aut ad curationẽ eius: aut ad ꝓhibitionẽ: ne fiat vlcerata: aut dirigit͛ ad ipsaꝫ iaꝫ vlceratã: z q̃ dirigit͛ ad curationẽ nõdũ vlcerate q̃3uis indicatione sũpta a mã q̃ q2 cal'a z sicca exigit͛ frigida z hũida: tñ q2 in oi formica vt patuit est vlceratio aliq̃ ẽt in ₚn° q̃ indicat de exiccatione exigit frigida z sicca: z ambas istas duas indicationes innuit. Aui. cũ enumerãdo medicinas ꝯueniẽtes formice nõ vlcerate enũerauit q̃sdã fridas z hũidas: z q̃sdã frigidas z siccas: vñ dixit. admistra in ₚn° ei⁹: sicut lactucã z nenufarẽ z sẽpuiuã z tuelub.i. lẽticulã aque z portulacã z sil'ia, verũtñ indicatio sumpta ab vlcere ꝑualet in hac cura idicationẽ sumptã a mã: z iȯ nõ sunt administãda in cura formice frigida z humida, nisi indicatio sũpta a mã multũ ꝑualeat ꝓꝑ excellentem caliditatẽ z siccitatẽ suã, z tũc ẽt nõ sunt administrãda pura, sꝫ ꝑmixta exiccatiuis z maxie in ₚn° in quo dixit Gal'.14. terap. cura fieri oꝫ ad ꝓhibẽdũ hũorẽ fluentẽ ad mẽbrũ q̃ ꝓ/hibitio fit cũ frigidis stipticis nõ cũ humidis: z iȯ dixit. noli vti in empl'is h⁹ hũectatiõe: sicut in empl'is herisipille.s. non vlcerate: sꝫ erũt ei nec̃ie medicine infrigidatiue z exiccatiue. Et caue ne i hac passiõe cura fiat cũ lactucis nenufare psilio portulaca z silib⁹ hũidis. sup. saltẽ puris. Sꝫ dixit Gal'. supponat͛ ei sempuiua z spongia infusa in aq̃ frigida z solatro, q̃3uis.n. solatrũ modice desiccet: tñ est cõueniens desiccatio eius, z hoc aut q2 iuuat͛ eius exiccatio a frigiditate ipsi⁹: aut q2 cõfert cũ ꝓꝓrietate: aut ꝯfert desiccatio ei⁹ nõ recẽtis: sed sicci vt dixit Aui. Et dixit Gal'. supponant͛ ei in ₚn° folia vitis z rubi z plãtaginis. Et Aui. dixit. si fuerit nec̃iuꝫ. si ꝑ q2: q2 est nec̃iuꝫ.s. vtpl'm, z nisi indicatio sũpta a qualitatibus multũ ꝑualeat: tũc administra: sicut solatrũ z ꝓꝓrie siccũ trituꝫ: q̃m in ipso ẽ exiccatio, z sicut arnoglossa z rubrũ z lẽs.

Uidetur pl'z ꝙ maxime ẽ cõueniẽs in formica i qua dubitat͛ ne fiat corrosiua

ℭDicũt. fomẽtatio cũ aq̃ decoctionis rubri z cataplasma/tio cũ folijs ipsi⁹ ꝯfert in herisipilla z formica nõ multũ intẽse caliditatis z fomẽtatio, siue ablutio cũ aq̃ decoctionis so/latri, z cataplasmatio cũ folijs ei⁹ ꝯfert: vbi caliditas est in/tensa: cũ aũt ꝓꝑ mãm nec̃iuꝫ fuerit admiscere in cura aliqua humida: tũc cõfert fomẽtatio siue ablutio cuꝫ aq̃ decoctiõis cõsolide minoris z ros. malue violarie, z empl'm cum folijs ipsis. Qꝫ si timueris ne fiat corrosiua z vlceret manifeste: tũc ex ꝓhibẽtib⁹ eã a corrosione est empl'ꝫ factũ ex farina lupi/noꝝ, z farina ordei decoctis in aq̃, z empl'm de folijs oliua/rũ cõtritis vtil'r supponit͛ z nõ sinit eã augeri z empl'ꝫ de fa/rina ordei cocta in aq̃ maxie vbi caliditas fuerit ignita: z emplastrũ corticũ ĝnatoꝝ z lẽticulaꝝ. ℭDix. A. z post ipsã.s. qñ timet͛: ne corrodat z vlceret ꝯuenit sauich ordei z corti/ces granatoꝝ: z rami vitis.s. extremitates vitis tenere vel ꝑ puria ei⁹, z si timet͛ sup ipsaꝫ corrosio z vlcus.s. magis, tunc dixit Aui. administra cũ infrigidatiuis aliq̃d mellis z siliuꝫ. scilꝫ in qb⁹ est aliq̃ abstersio z administra farinã thuris cuꝫ aceto z aq̃ q̃ currit ex ligno vitis viridi: cũ adurit͛, z stercus ouiũ cũ aceto. ℭNotãt. ꝙ in cura formice absolute indiget͛ frigidiorib⁹ z stipticiorib⁹ q̃3 in cura herisipille, sed in miliari infrigidatio oꝫ esse minor q̃3 in herisipilla, z q̃3 in formica absoluta, sicut mã ei⁹ min⁹ cal'a est ꝓꝑ hũorẽ frigidũ colere admixtũ: sꝫ desiccatio z stipticitas oꝫ esse eq̃lis in miliari z absoluta: si miliaris habuerit mel'icũ admixtũ, aut aliq̃3tulũ maior si habuerit hũorẽ secũ flãticũ, z iȯ cũ auctores nõ fecerint exp̃ssaꝫ mẽtionẽ de cura miliaris ex permixtione mel'ic ꝓꝑ ipsius rarũ euẽtũ: sꝫ solũ ex ꝑmixtiõe flãtis. iȯ. A. in cura miliaris posuit medicinas multũ exiccatiuas. Dixit.n. sumãtur galle z fruct⁹ tamarisci. al's. cypressi z cortices granatorũ bolus ar. z aggregent͛ oia in aceto z aq̃ ros. tali mẽsura, ne mordicẽt.s. acuitate aceti z liniant͛ desup cũ pẽna. ℭEt de ꝓhibẽtibus absolutã z miliarẽ ambulare z curãtib⁹ eas de expertis est illinitio facta cũ succo extremitatuꝫ myrthi: aut folioꝝ cypressi, aut folioꝝ rubi z maxime cymini mixte cũ puluere facto de carbonibus salicis: cinis ẽt ligni salicis mixtus cuꝫ aliquo robub stiptico suppositus curat z sanat eos. ℭQꝫ ãt dixit. A. in cura miliaris ꝙ lac dulce est valde cõueniẽs curationi ei⁹: nõ itellexit de approximato ꝯsup ab extra: nã ne duꝫ ꝯueniret, sꝫ noceret, sꝫ intellexit de sũpto in potu, q̃m humores corpis adequat, posset tñ vt dicũt q̃dam ab extra approximari nõ solũ: sꝫ cũ multũ exiccãtib⁹ mixtũ.

In augmento z statu.

ℭIn augmẽto aũt z statu tã absolute q̃3 miliaris ꝓcedẽdũ est cũ additione gradata resolutiuoꝝ leuiũ: sicut dictũ est in herisipilla. Et de vtilib⁹ in fine ₚncipij z augmenti est, vt sumat͛ puluis olibani z misceat͛ cũ aceto z oleo cũ tali mensura, ne acetũ mordicet z illiniat͛ cũ eis: aufert.n. absolutam z miliarẽ. In declinatione autem procedendũ est: sicut in declinatione herisipille dictum est.

De cõueniẽtib⁹ in ₚncipio vlcerate.

ℭCura ṽo absolute vlcerate in ₚn° ₚm Gal'. vbi supra est: vt fiat illinitio sup loca cũ troc̃. andaracon z dissolutis cuꝫ vi/no stiptico: aut aceto cõmixto, aut administra eos cuꝫ succo cucu. asinini. Et dixit. administra sal z fel yrci.s. mixta. z ru/thã cũ melle z piper z piretrũ cũ vrina pueri. troc̃. andaracaron scribunt͛ ab Haly. 13° practice sic. ℞. galle viridis ima/ture z thuris. añ. ʒ.6. alumis scissi z myrrhe. añ. ʒ.iiij. vitrioli. ʒ.j. aris. lon. z ro. añ. ʒ.ij. cõficiant͛ cũ vino z exiccent͛, z cũ opus fuerit terant͛ z cribellent͛ z dissoluant͛ cũ aqua ro. aut cuꝫ predictis. ℭIn ₚn° aũt miliaris corrosiue vel vlcerate. Dicunt q̃dã ꝯueniũt medicine suprapo/ite ꝑ Aui. ad curam

miliaris nō vlcerate. q2 ꝑm eos Aui. ibi loq̄t de cura vlcerate: sed melius est: vt in vlcerata fiat additio illis medicinis de sexta pte vitrioli. ¶ Dicūt apparet de intentione auctoꝝ ꝙ in formica vlcerata admiscent exiccātia intēsa valde q2 intēsiora q̄3 in alijs vlcerib⁹: q̄ eni3 alia vlcera desiccāt in cura hui⁹ vlceris sunt debilia: ⁊ nō solū debilia: sed incōueniētia addentia in putrefactionē ei⁹. Et dicūt. apparet ēt de intētiōe eoꝝ ꝙ sicut in miliari nō vlcerata cōueniūt exiccantiora q̄3 in absoluta nō vlcerata ēt in miliari vlcerata exiccātia debēt eē intensiora q̄3 in absoluta nō vlcerata ꝓp cās ibi dictas: exiccatio tñ d3 eligi intēsior ⁊ remissior ꝑm nām mēbri in quo est: ac ēt ꝑm ꝙ vlcus est ꝓfundius: aut min⁹ ꝓfundū. Dixit eni3 Gal. vbi supra. ꝙ quotiēs formica erit in sup̄ficie pellis non indiget medicina vehemētis exiccationi3, sed deficiēs exiccatio. i. remissior erit sufficiens in ea. Et h3 dictū eius veritatē in oī formica. ¶ In ꝓcessu vo absolute vlcerate addendū est de resolutiuis leuib⁹ cū exiccantib⁹ fortiter mixtis: imo fortiorib⁹ q̄3 in p̄ncipio. Et de cōueniētib⁹ est nitrū cū succo mēte: aut cucumeris asinini: aut nitrū ⁊ piper cū illis succis. Et simil'r post p̄nm addendū est in miliari vlcerata ad exiccationē. Et Aui. posuit in cura eius tres medicinas fortiter exiccatiuas. Et incipiēs a debiliori eaꝝ dixit. qñ pertrāsit p̄ncim op3 vt curet cū eis que sunt sicut caput piscis saliti vstu3 cū vino pontico mixto postq̄3 pulueriçatū est ⁊ desuper leniat cu3 eo. Et fortior illo est qñ querit exiccatio vltima vt sumātur folia albederogi. i. basiliconis latoꝝ foliorū3: ⁊ cōponat cū eis calcadis ⁊ administrent. s. simul mixta ⁊ pulueriçata. Et adhuc fortior ista est vt sumat flos eris ⁊ sulphur citrinū vstū: ⁊ fiat ex eis linimētū cū vino. s. pontico: aut cū aqua ligni vitis que emanat ab eo qñ ɔburit. s. viride. Et auctores docuerūt ꝑmiscere fortiter exiccātib⁹ in vlcerata aliq̄d mellis. ⁊ hoc ad abstergēdū: ⁊ maxime qñ vlcus fuerit multaꝝ humiditatū ⁊ sordidaꝝ. Et intellexerūt ex canone gñali ꝙ p̄dicta exiccātia q̄ hñt infrigidare sint infrigidātia potētia nō actu ne noceāt vlceri. Q2 si supradicta nō suffecerint ad formicā vlceratā est tūc recurrendū ad capl'm vlceꝝ corrosiuorū. ¶ Et quāuis. A. p̄mi 3a posuerit curā bothor accñtis infantib⁹. Nihilominus hic incidenter aliq̄d de cura formice euenientis pueris tetigit. Et dixit. ꝙ illoꝝ formice eoꝝ qui sūt sic pueri ōstruūt cū mittūt i balneū nō i aerē cal'3 balnei: nā dixit ipse aer balnei nocet eis nimiū calefaciēdo ⁊ resoluēdo eos. Et ꝓp dictā cām nō debēt trahere longā mora3 ēt in balneo dulcis aque: imo dixit Aui. egrediant ex eo velociter: ⁊ post egressu3 inungat cū oleo ⁊ aqua ros. cōmixtis ad cōtēperandū caliditatē acq̄sitā ex balneo: ⁊ iō si dictū balneū fiat vniuersale toti corp̄i p̄dicta illinitio d3 fieri nō solu3 sup̄ locū formice: sed ēt sup̄ toto corpore. Notāt ꝙ p̄dicta cura p̄ balneū refert ad formicā nō vlceratā: si aūt fuerit vlcerata: tunc curari d3 cura ab eo posita vbi supra p̄mi 3a. Et notant. ꝙ aqua balnei nō d3 esse pura dulcis nisi raro: ⁊ h̄ vbi exiccatio mãe eēt tāta ꝙ sup̄indicaret de humectatione: ⁊ iō ꝑm pl'm d3 eē aq̄ decoctiōis reꝝ frigidaꝝ stipticaꝝ vt rosꝫ. myrthi psilij ⁊ siliu3. ¶ Gal. quoq3 vbi supra posuit curā formice verucalis que est formica nō vera: sed potius d3 dici verucaformicalis ꝓpter morsu3 q in ea sentit ad modū formice. Et recitauit curā ei⁹ Aui. ⁊ dixit. ꝙ Gal. dixit eē ɔueniēs. s. ad curā eius: vt sumat aliq̄d q̄d sit sicut embula extremitate alicui⁹ pēne: ei⁹. s. ꝑtes q̄ est cōcaua cū qua scribit vel alteri⁹ rei: cui⁹ extremitas sit acuta. i. incidēs, ⁊ sit tante amplitudinis ꝙ pos'e sit ei deglutire formicā totā: ⁊ cōprehēdere eā intra cōcauitatē suā: deinde appone eā formice: ⁊ fac ꝙ penetret eā in circuitu vsq3 ad ꝓfundū eius cū acuitate sua. i. cum extremitate sua incidēte: ⁊ tūc eradicet cū ea formica ex radiçe sua. i. cum tota radice sua. Dicūt. ꝙ de hac spē formice loquutus fuit. A. 2o cañ. cao de vite: cū dixit: ꝙ lachryma vitis valet super verucas: q̄dā aūt putauerūt errantes. ꝙ predicta cura cū embula cōpetat in formica vera: nō. n. formica vera possēt tal'r extirpari ꝓp radicē quā h3 ampula: neq3 hec cura ab auctore tradita rep̄it. Et q̄dā dicūt. ꝙ veruca formicalis est pustula dura, vt veruca: ⁊ est ambulatiua vt formica, ⁊ ꝙ ipsa vtiliter curat cum thure masculo: aut cortice eius cum dissoluitur cū oleo rosꝫ. ⁊ modico aceti ⁊ super illinitur.

In augmento et statu.

De formica puerorum.

De formica veruca li siue de verucaformicali.

¶ De igne persico pruna ⁊ carbone. Ca. xxviij.



HEc egritudo noiat ignis persicus: siue ignis sacer: ⁊ pruna: ⁊ carbo apud Gal. 14o terapē. ⁊ apud Ras. 13o ɔti. ⁊ apud Paulū: ⁊ apud Auer. coll'3. 7o. Et apud Haly. sup̄ tegni. ⁊ apud multos alios doctores carbunculus noiat. Et iō op3 medicū attente cōsiderare cū inuenit curā carbūculi, de quo habeat intelligere: nā vt supra patuit, carbūculus ēt dr̄ de apate paruo facto ō grosso sanguine ⁊c. vt supra patuit suo cao. vt nō erret in curatione eius. ¶ Et ignis p̄sicus, siue carbo rep̄it dupl'r sumptus. Uno mō cōiter ⁊ large ꝓ oī apate p̄uo siue pustula de mā vsta grossa ml'tū acuta ⁊ corrosiua, siue locū vesicet: siue nō: ad quē seq̄t escara in loco sicut ab igne accidit. Et vt sic herisipilla corrosiua mala ⁊ formica mala pñt dici ignis persicus. Et vt sic sil' determinat. 13. ɔti. de igne sacro corrosiōe ⁊ formica. Alio° rep̄it stricte ⁊ ꝓprie: ⁊ vt sic dr̄ de pustula inducente in loco escarā: siue p̄cedat vesicatio, siue nō. Escarā vo qñq3 p̄cedit vesica vna q̄ cū ap̄it statim ibi efficit escara. Et qñq3 p̄cedit vna pustula cū pluribus alijs pustulis in circuitu ei⁹ p̄uis sil'ib⁹ panico: qb⁹ aptis fiūt vlcera cū ascara. Et qñq3 añcedit pruritus q̄dā in loco ⁊ post pruritū. sequtur pustula vna vel plures qb⁹ aptis seq̄t vlcus cum escara. ¶ Quidā dicūt. ꝙ ignis p̄sic⁹ ⁊ ignis sacer sunt idē vt apud Haly. ⁊ ꝙ pruna ⁊ carbo ēt dr̄nt in q̄busdā ⁊ dicunt. ꝙ ista egritudo aliqñ absolute vocatur corrosiua: aliqñ herpes vel herpeta mordax: ⁊ a q̄busdā vocat herisipilla: vt a Siliber. sed nō recte ignis sacer: siue p̄sicus, siue carbo: siue pruna est pustula, siue apa p̄uū in p̄no sue app̄itiōis cū istis cōditionibus q̄ ponunt. 13o ɔti. s. ꝙ pustula sit corrosiua, siue comestiua sit adurens sit vesicās sit ambulās, sit aliquā emittēs hūiditatē virulētā fetidā sit pauce putrefactiōi3 ꝓp intensa3 siue mãe siccitatē sit hñs pustulas in circuitu sit declinās ad nigredinē: ⁊ sit escarā faciēs: ⁊ q̄dā ɔñt. ꝙ q2 de mã ei⁹ ꝓp suā spissitudinē parū defluit ad locū p̄ua est iflatio ei⁹, imo qñq3 nō extollit supra cutē. ¶ Dicūt. ꝙ ignis p̄sicus ⁊ pruna sub gñali acceptione cōicāt in duob⁹ sigñatis: q̄3uis magis ꝓp̄e in vno q̄3 in alio. Et p̄m ⁊ min⁹ ꝓpriū sigñatū cōe ambobus est. dixit Aui. qm̄ fortasse. al's. qñq3 ista duo noia sunt absoluta sup̄ oē3 pustulā corrosiuā vesicātē faciētē accidere escarā q̄lē facit accidere cōbustio ⁊ cauteriū ⁊ locus est cineritij coloris: aut nigri ⁊ qñq3 plūbei ꝑ3 ꝙ plus vel min⁹ ꝓcessit adustio in mã, ⁊ est in loco iflāmatio vehemēs, ꝑ3 sigñatū ⁊ magis ꝓpriū est. dixit Aui. ꝙ qñq3 vesicat. i. ꝙ qñq3 ignis p̄sicus ⁊ pruna dñr de pustula hñte vesicā: ex q̄ currit aliq̄d. s. virulētu3, q2 oīs talis pustula est vlcerosa, ex q̄ emanat aliq̄ hūiditas virulēta, sicut emanat ex cauterio cum igne: hec tñ hūiditas ex igne p̄sico in spāli sigñato sūpto sp̄ emanat, s3 a pruna in spāli sigñato sūpta nō sp̄ emanat, nā ex ea in p̄no nō emanat, vt patebit nisi q̄3tū est ex vesica cu3 ap̄it. ¶ Et ideo sciēdū est. ꝙ ignis p̄sic⁹ ⁊ pruna in spāli sigñato ipsoꝝ dr̄nt. ⁊ h̄ est. ꝙ dixit Aui. qm̄ nomē ignis p̄sici absoluit sup̄ illō. i. dr̄ de illo apate p̄uo: siue de illa pustula q̄ est de gñe formice comestiua adurēs vesicās in qua est aliq̄d ambulās, ⁊ humiditas col'ice mãe pauce nigredis ⁊ adustionis q̄3uis respcū formice sit multe nigredis ⁊ adustiōis, ⁊ est illa pustula cum plurimis pustulis. s. in circuitu alteratis: q2 iflāmatis, ⁊ q̄si sit illic hūor ⁊ fetor. i. hūor fetidus: ⁊ non voluit ꝙ sit verus humor, s3 est q̄dā hūiditas virulēta q̄ est fetida ꝓp ipsi⁹ putrefactionē. Mã nāq3 ⁊ maxie col'ica: qñ putrefit fetet vt colericoꝝ demōstrāt vrine, ⁊ est illa hūiditas plurime ebullitionis. al's. eleuatiōis. i. ipulsiōis ad extra ꝓp subtilitatē ⁊ cali/

Ignis persicus siue carbo dupliciter sumitur.

In quo differant ignis persicus et pruna.

ditatē sue mãe:⁊ intellexit respectu pꝛune. Et qꝛ ebullitio in illo humoꝛe est plurima:iō pl'es sunt ampule ⁊ pustule:⁊ ꝓꝑ hāc cām.dixit Aui.ꝙ erat de genere foꝛmice ꝓꝑ silitudinē in ampulis ⁊ pustulis plurimis ⁊ ꝓpꝛie similat' foꝛmice male: ipsa.n.herisipilla q̄ mala est:vt supꝛadictū est:pōt dici ignis persicus. Et dn̄t qdā:vt multotiēs appet in igne ꝑsico inenarrabilis multitudo pustulaꝝ paruaꝝ nigraꝝ:ex qbus exit virus:sȝ nomē pꝛune in spāli sign̄ato.dixit.A.absoluit' sup illud.i.dr̄ de illo ap̄ate ꝑuo qd̄ denigrat locū:⁊ facit mēbꝛum hr̄e coloꝛē carbonis.s.extincti:qꝛ reddit mēbꝛū multe nigredinis:⁊ ꝓpea carbo vocat' ⁊ facit ipm absqȝ humiditate ⁊ virulētia:qꝛ est ap̄a siccū a quo nihil emanat:nisi cū apit' vesica:⁊ est submersuȝ.s.respectu ignis ꝑsici:qꝛ occupat plus de carne:qꝛ minus ipellit:⁊ iō ei⁹ pustula est ꝑua:sicut foꝛmica: ⁊ vt dn̄t est ad magnitudinē lupini:⁊ ita paꝝ ipellit ꝙ.A.dixit.foꝛtasse nō erit illic pustula oīno:qꝛ aliqn̄ est ita submersuȝ in carne ꝙ in cute nō appet aliqs tumoꝛ pustulosus:imo incipit in ꝑmis ꝑª.s.ad modū carbonis accēsi cuȝ rubedine. Vn̄ pꝛuna dr̄ ⁊ totū illud.s.q̄libet pꝛuna:tā hn̄s pustulaȝ q̄ȝ nō hn̄s eā incipit cū pꝛuritu:sicut scabies q̄ scabies est mã colerica vsta sicca. Et icipit cū pꝛuritu q pꝛuritus est:qꝛ mã est submersa nō bn̄ transpirabilis ꝑ cutē. Cū aūt ꝓꝑ pꝛuritū patiēs se scalpit fiūt pustule in loco q̄ postea erupte fiūt ibi coꝛtices ⁊ eleuant'. ¶ Et tādē.A.dixit.tibi medico inest:vt nomines vnūqd̄qȝ eoꝝ ex intētione q̄ aggregat ambo. Deinde diuidas ꝯsil'r:qꝛ ali⁹ est magis col'icus:ali⁹ est magis mel'ic⁹. Et inest ēt tibi:vt des ēt vnicuiqȝ intētioni nomē ꝓpꝛiū ⁊ voces magis colericū ignē ꝑsicū:⁊ magis mel'icū pꝛunā. Noia ergo sicut vis:qꝛ in hoc non est dr̄ia plurima. ¶ Et scias.ꝙ ignis sacer ꝓut est nomē generis:qn̄qȝ vocat' ab auctoꝛibus vlcus:qn̄qȝ ap̄a:qn̄qȝ pustula. Ait enim Gal.5° cathaginis. ⁊ ponit' a Rabi.15ª particula:quedā vlcera carbones vocātur:⁊ carboneȝ vlcus:loco cuius accidit tanq̄ȝ vstio ignis:⁊ subdit.⁊ est apostema vndiqȝ circulatum malignum.

De causis dixit Auic.ꝙ vnūqd̄qȝ eoꝝ est de colera citrina adurente mixta mel'ie:⁊ ꝓꝑ illud accidit ex eis escara nigra:est tn̄ vt sit ignis ꝑsicus vehemēti⁹ colericus:⁊ pꝛuna vehemētius mel'ica:⁊ nō voluit ex h̄ ꝙ in aliquo eoꝝ sit mel'ia ꝑmixta col'e:qꝛ in vnoquoqȝ est mã col'ica pura adusta:sȝ qꝛ in adustione ipsa mã acq̄siuit dispōnem ⁊ mãm q̄si sil'eȝ nãe mel'ie. Jō dixit.ꝙ mã ei⁹ erat ꝑmixta mel'ie. Veꝝ est tn̄ ꝙ in igne ꝑsico mã nō ꝓcessit ad tantā vstionē ad quātā ꝓcessit in pꝛuna:⁊ ꝓpea dixit Aui.ꝙ est vt ignis ꝑsic⁹ sit vehemētius col'icus:qꝛ nō tm̄ acq̄siuit de dispōnib⁹:qꝛ de nã mel'ie:⁊ pꝛuna sit vehemētius mel'ica:qꝛ plus acq̄siuit de nã mel'ie. Vtrūqȝ tn̄ est colericū. Errauerūt g̊ dicētes.ꝙ pꝛuna fiat ex mel'ia vsta:aut ex col'a tm̄ vsta:qꝛ ꝑ exclusionē subtilis ipsi⁹ grossuȝ remanēs factū sit mel'ia innãlis:nã ex tali mã fit:vt patebit cancer non pꝛuna:in igne.n.ꝑsico ⁊ pꝛuna subtile mãe in adustione nō excludit':sȝ remanet in gn̄e col'e nãlis:⁊ nō trāsit in mel'iaȝ. ¶ Et dixit Aui.ꝙ pustule iste cū maligne fuerint:qn̄qȝ accidūt cā pestilētie.coꝛrūpētis ⁊ adurentis humoꝛes. Gal'.aūt ait in libꝛo de ap̄atibus:⁊ ponit' a Rabi in.23.ꝑticula sic.carbo est ap̄a cal'm:cui⁹ gn̄atio est ex sanguine cui accidit ebullitio adeo ꝙ cuteȝ cōburit. Et dixit pꝛio de febꝛib⁹.carbo est ex sanguine inclinato ad colerā nigrā valde cal'o. ¶ Propter p̄dicta dixerūt qdā.ꝙ cā an̄s harū pustulaꝝ est sanguis sup̄flue cal'us subtilis ⁊ col'icus q putrefit ⁊ in putrefactiōe ei⁹ subtile qd̄ multū est trāsit in col'aȝ: que col'a postea adurit' ⁊ in adustione ingrossat' mō dicto:⁊ postea sic ꝑ adustionē ingrossat' ⁊ ingrossata expellit' ad aliqd̄ mēbꝛū:⁊ in eo gn̄at pustulas supꝛadictas facta cā ꝯiūcta earū. ¶ Et qdā dicūt.ꝙ p̄dicte pustule aliqn̄:q̄ȝuis raro pn̄t fieri a cā ꝑmitiua:⁊ dicunt ꝙ iste pustule multiplicant' in regione calida ⁊ vēto meridionali:⁊ simil'r in estate ⁊ autūno. ¶ Ex dictis pȝ.ꝙ dr̄ie que assignant' inter ignē ꝑsicū ꝓpꝛie sumptū ⁊ pꝛunaȝ ꝓpꝛie sumptā ꝓcedunt ex diuersitate mãe eoꝛuȝ in maioꝛi vel minoꝛi subtilitate vel grossitie in maioꝛi vel minoꝛi adustione. Vnde dixit.A.pꝛuna est nigre radicis ignite.i.hȝ radicē nigrā inflāmatā:⁊ est ei splendoꝛ pꝛune.i. carbonis extincti:⁊ h̄ qꝛ mã ei⁹ est magis vsta:sȝ ignis ꝑsic⁹ hȝ radicē inflāmatā tēdētē ad aliqualē rubedinē:similat'.n. carboni nō extincto:qꝛ nō fuit in mã eius tanta adustio.

Ex predictis patere pn̄t signa generis:⁊ signa etiaȝ speꝝ. Dixit Almā.aliqn̄ in mēbꝛis feruoꝛ ⁊ pꝛuritus intolerabiles accidūt ⁊ succedēte tp̄e ampule aq̄ subtili plene gn̄ant' in eis. Dixit Gal.14° terapē.carbūculus pꝛo carbone:siue igne ꝑsico incipit q̄ȝ multuȝ ampula:⁊ qn̄qȝ nō incipit cū ea:sȝ sine ea:sȝ tn̄ scalpūt demuȝ oino ꝑticulā. Et deinde surgit ampula aliqua qua scissa vlcus kakocade.i.male moꝛigeratū citatinosum.i.escarosum generat':⁊ multotiēs nō vna ampula gn̄at' scalpētibus:sȝ multe parue queadmodū mel'ia ꝯspissantes ꝑticulā qbus abscisis sil'r vlcus gn̄at' escarosum.i.cicatrizosum. ¶ Dixit Auic.ꝙ ignis persicus est velocioꝛis apparitionis ⁊ motus v̄sus supꝼiciē: vn̄ in ea tumoꝛ magis appet:qꝛ ei⁹ mã est subtilioꝛ:sȝ pꝛuna est tardioꝛis.s.apparitionis ⁊ motus v̄sus exterius:⁊ iō min⁹ appet ⁊ minoꝛis est tumoꝛis:aut nullius ꝓꝑ mãe eius grossitieȝ. Et dixit.ꝙ mã pꝛune est sicut mã pustule ⁊ ipetiginis:⁊ est sicut mã pustule ipetiginose aspe plane:sȝ in igne ꝑsico est acutioꝛ.i.eleuatioꝛ:⁊ nō est in eo sicut aspitas q̄ est in ipetigine. q̄ȝuis.n.in aspitate pꝛune vna ps eleuet' supꝛa aliā. Vn̄ fit in ea vt nulla ps tm̄ eleuet':vt ꝑueniat ad eleuationē ⁊ eminētiam ignis ꝑsici. Est ēt pꝛuna asperioꝛ ⁊ sicciоꝛ ad tactū:⁊ est ꝓfundioꝛ:⁊ in coloꝛe nigrioꝛ:etiā est sicciоꝛ ⁊ minus hn̄s de humiditate q̄ ab ipso emanat:⁊ est in motu tardioꝛ:qꝛ min⁹ perambulās:sȝ est tardioꝛis resol'onis. Ex igne tn̄ persico ⁊ pꝛuna.dixit Aui.ꝙ ex eis accidit in carne.i.mēbꝛo carnoso: ⁊ est velocioꝛis resol'onis:⁊ ꝙ accidit in neruis.i.in mēbꝛo neruoso est tardioꝛis:qꝛ mēbꝛū carnosum calidius est ⁊ rarius ⁊ poꝛosius:neruosuȝ v̄o minus calidū ⁊ solidius ⁊ spissius. ¶ Dixit Gal.in libꝛo de ap̄atibus:⁊ scribit' a Rabi.in 23:ꝑticu. Seqtur hāc pustulā febꝛis acuta q̄ supꝛa patiētē celeriter dn̄at'. Et auctoꝛ cōpendij dixit.ꝙ seqtur eā magna febꝛis maioꝛ ea q̄ accidit in flōne ⁊ vera herisipilla. Et Aui.dixit qn̄qȝ sunt cū spēbus foꝛmice.i.absolute ⁊ miliaris male: ⁊ ignis ꝑsici ⁊ pꝛune q̄ vt supꝛadictuȝ est vocari pn̄t:⁊ aliqn̄ vocant' foꝛmica mala cui febꝛes vehementis caliditatis accidunt ꝑnitiose:q̄ febꝛes tūc in ea accidere pn̄t:qn̄ mã eoꝝ acq̄siuit vltimū malitie gradū quē hēre pn̄t in sua nã:⁊ tunc iste pustule appꝛopinquāt malignitati antracis. ¶ Et dixit.A. ꝙ iste pustule sic male:qn̄qȝ similant' flōni.s.in coloꝛe:qꝛ sunt cuȝ ruboꝛe tendēte ad nigredinē in ꝑn° ⁊ ꝓpꝛie etate illa exponunt qdā.i.in fine pꝛincipij:⁊ foꝛtasse in ꝑn° augmēti. Et quidā dicūt.⁊ ꝓpꝛie in etate illa.s.in qua col'a magis multiplicat' ⁊ dn̄at':⁊ magis pōt aduri ⁊ malignari:⁊ talis est etas iuuētutis in qua etate magis similant' he pustule flegmoni ⁊ magis inducūt vehemētes febꝛes ⁊ malas. ¶ Et dicūt qdā. ꝙ he pustule circūdant' a rubedine nō verificata:sȝ declinātе ad rubedinē:ita ꝙ locus in circuitu est rube⁹ obscurus:siue magis ꝑmixtus cū rubedine:⁊ foꝛtasse hoc intellexit Aui.cū dixit.ꝙ similat' flegmon in coloꝛe. ¶ Notant.ꝙ Gal.14° terapē.eodē cap°.ponit curā ignis ꝑsici pꝛune ⁊ antracis ⁊ inuuit ꝙ ignis ꝑsicus ⁊ pꝛuna cū antrace ꝯueniūt:⁊ ꝯueniētia est:qꝛ oēs fiunt ab eadē mã.lȝ diuersificata in grossitie ⁊ subtilitate ⁊ maioꝛi vel minoꝛi adustione:⁊ maioꝛi vel minoꝛi malicia:⁊ sic in accn̄tibus:⁊ ēt in coloꝛe. Dixit itaqȝ Gal.2° ad Glauco.qn̄qȝ sup̄fluit sanguis sufficiēter.i.multū calidus ⁊ grossus ꝰm quā ꝑticulā.i.aliquā repēte sil' influxerit hanc cōburēs escarā.i.vlcus vel ap̄a escarose inopata est illud qd̄ in circuitu est in flōnē eleuās ebullientē ⁊ versute doloꝛosuȝ noiant' vlcus antrax ⁊ carbūculus:qn̄ vero supinfluens est sanguis niger ⁊ grossus ⁊ eruginosus ⁊ ebulliens:sicut qui predictus est fuerintqȝ sil' ⁊ liquoꝛes aliquos subtiles coleri-

De signis

cos mixtos habuerit:⁊ vesicas in superficie cutis erigit simi les eis qui ab igne qbus eruptis escarosum ab eis vlcus inuenit:⁊ ignis quidẽ persicus ꝓpꝛie que ex eis sunt maligna sunt valde moꝛigerata ⁊ venenosa ꝑducentia ad defectionez ⁊ sincopim:q̃uis in antrace accidẽtia oĩa sint vehemẽtioꝛa: ⁊ dicunt ignis ꝑsicus in coloꝛe similat̃ antraci rubeo ⁊ citrino:⁊ pꝛuna antraci nigro. Et dicunt.pꝛunam semꝑ pꝛecedit pꝛuritus in loco:sed antracẽ non semꝑ pꝛecedit pꝛuritus.

De sign…

Cura ignis persici ⁊ pꝛune per dietã similis est cure herisipille ⁊ foꝛmice:dꝫ tñ cura ista declinare ad frigiditatez ⁊ humiditatẽ intensioꝛes cũ abstinentia ab aere calido ⁊ sicco ira solicitudine motu balneis calẽfacientibus ⁊ exiccantibus ⁊ vigilijs:⁊ cũ custodia ab oĩbus acutis amaris ⁊ salsis ⁊ multũ dulcibus:⁊ ab oĩbus cibis multũ calefacientibus:aut multũ exiccantibus ꝓpter quã cãm qdam ꝓhibẽt acetosa stiptica:⁊ cõcedunt eis tẽperate dulcia ⁊ insipida ⁊ oĩa infrigidantia ⁊ humectantia que sint talia non solũ potentia:sed ẽt actu. ¶ Cura vero per potionẽ est:vt ab eũone incipiat̃.dixit Gal'.14° terapẽ.a flobotomia incipiendũ esse: ⁊ que ducit ad lipothomiã est magis iuuatiua:pꝛeterq̃z:nisi alioꝝ aliquid adsit qõ flobotomiã ꝓhibeat. Et Raß.dixit in diuisionibus.opꝫ vt extrahat̃ sanguis ex loco opposito eductione plurima:donec accidat syncopis. Et Serap.dixit.5° bꝛeuiarij.intentio curationis est euacuatio illius sanguinis grossi multi a quo generant̃.s.post conuersionẽ eius in coleram:que postea ingrossat̃ in adustione. ¶ Et iõ Auic.dixit. ꝙ necessaria est flobotomia:vt euacuet̃ sanguis colericus.i. sanguis cõuersus in colerã:qꝛ vt sic euacuat̃ cã antecedens. ¶ Quidã tñ dicunt.ꝙ Aui.ex suo mõ loquendi dedit intelligi ꝙ necessaria est flobotomia:qꝛ tunc qñ colera est permixta sanguini sic ꝙ cuꝫ eo simul possit educi in flobotomia ⁊ aliter non:qm̃ si fieret flobotomia colera a sanguine seꝑata: ⁊ sic ꝙ non educeret̃ in ea cũ eo:tunc illa flobotomia vehementer noceret euacuãdo sanguinẽ absq̃ꝫ colera:⁊ sic eũando illud qõ est frenuꝫ colere ⁊ ꝓhibens ipsam ebullitione ⁊ furiositate casu s:quare amplius flueret ⁊ fureret ⁊ ebulliret ⁊ magis adureret̃ ⁊ malignaret̃. ¶ Et quidã dicũt.ꝙ Aui. in mõ suo loquendi voluit ostendere ꝓpter quã cãm:flobotomia est necessaria in hoc apostemate:qꝛ ꝓpter cãm antecedentẽ que est sanguis ꝯuersus in colerã:⁊ non dꝫ fieri ꝓpter ipsam coleraꝫ que est causa cõiuncta:aut iam separata a sanguine:⁊ de ꝓximo cõuersura in colerã coniunctã:nam rõne eius flobotomia non cõpetit:imo noceret vt dictuꝫ est.ergo est necessaria flobotomia:vt euacuet̃ sanguis colericus.s.ille qui est dispositus cõuerti ad colerã:qm̃ eo euacuato non amplius generat̃ illa colera. ¶ Notant.ꝙ qꝛ Auic.non docuit flobotomiã fieri in herisipilla ⁊ foꝛmica:⁊ in hac egritudine sic duo innuit.ꝑm̃ est.ꝙ herisipilla ⁊ foꝛmica fiunt ex colera pura nõ sanguini mixta. Aliud est ꝙ mã faciens herisipillaꝫ ⁊ foꝛmicã est alia ⁊ diuersa a faciente ignẽ persicũ ⁊ pꝛunaꝫ: nam mã faciens herisipillã ⁊ foꝛmicã est colera nãlis vel facta innaturalis:sed faciens ignẽ persicũ ⁊ pꝛunam:nõ est colera nãlis stans nãlis:nec facta innaturalis:sed est colera facta ex subtili parte sanguinis foꝛma sanguinis nõ remanente:⁊ acq̃sita foꝛma colere:⁊ hinc est ꝙ ignis persicus ⁊ pꝛuna non sunt aꝑata sanguinea:sed colerica:⁊ inter colerica determinat̃. ¶ Et subdit Aui. ꝙ flobotomia in hac egritudine fienda:qñq̃ꝫ est necesse vt sit copiosa sic.ꝙ faciat appꝛopinquare sincopi:⁊ hoc esset ꝓpꝛie qñ esset inducens suspitionẽ ⁊ timoꝛeꝫ ꝓpter accidentia seua que sequerent̃:⁊ p̃cipue de intenso doloꝛe ⁊ intensa inflãmatione:nã in talibus accidentibus:vt voluit Gal'.in cõmento affo.que egerunt̃ ⁊c.lꝫ flobotomiã facere inducentẽ ad syncopim:vt extinguat̃ caliditas inflãmans:⁊ sedet̃ doloꝛis vehemẽtia:⁊ sunt qui dicunt ꝙ in tali egritudine colera stans sub rõne cause antecedẽtis nunq̃z reperit̃ a sanguine seꝑata:⁊ ꝙ concesso ꝙ reperiretur adhuc ꝓpter inflãmationis extinctionẽ ⁊ vehementie doloris sedationẽ cõpeteret flobotomia copiosa. ¶ Post illud.s. post flobotomiã.dixit Sera.vbi supꝛa opꝫ vt administretur curatio.s.per euacuationẽ cõpositam:qꝛ sanguinis mundificatiua ⁊ colere eductiua. Euacuandus est.n.humoꝛ colericus:⁊ ꝓpꝛie vstus:eius tñ digestione pꝛemissa.de qua dixit Raß.in diuisionibus.perueniat̃ ad infirmũ cum eis q̃ subtiliant sanguinem absq̃ꝫ acuitate:imo vel humectent ipsum:⁊ addant in aquositate eius:nam reddere sanguinẽ aquosum fluxibilẽ est ipsum subtiliare subtiliatione:de qua intellexit hic Raß.⁊ talis subtiliatio est digestio ipsius cuꝫ ipse peccet per siccitatẽ ⁊ spissitudinẽ substantie:⁊ iõ subdit nõ dent̃ in hac egritudine ea que sanguinẽ ingrossant penitus.s.nec q̃ exiccent ipsum:sanguis.n.in ea est grossus.s. ⁊ siccus in se ipso. Talem aũt digestionem facientia.dixit Raß.sunt sicut aqua oꝛdei:⁊ aqua melonis indi:⁊ aqua citrulli:⁊ cucurbite:⁊ mucillago psilij ⁊ siliã:ex qbus põt fieri syrupus ⁊ exhiberi. Medicine aũt in hac cura cõuenientes ad soluendũ eligende sunt ex eis que dicte sunt in cura foꝛmice. ¶ Dixit Alman.cito subueniat̃.s.cum eũatione:⁊ in hoc inuit euacuationẽ maxime que per flobotomiã fieri dꝫ in pꝛincipio:imo vt dicunt quidã in pꝛincipio pꝛincipiante si possibile fuerit. ¶ Et quidaꝫ dicunt.cito succurrat̃ anteq̃z locus vesicet̃ vel vlceret̃:ꝙ si non succurrat̃ anteq̃z ille pustule sint oꝛte:tunc ampule rũpende sunt:⁊ totũ virus qõ in eis continet̃ expellendũ est:non.n.sunt ampule dimittẽde:donec aliquo mõ in eis aqua coadunet̃. ¶ Et intẽtio habenda est ad cause ꝯiuncte ⁊ locate extractioneꝫ:de cuius extractione per scalpellationẽ in verbis Gal.reperit̃ cõtrarietas. Dixit enim scõo ad Glauc.⁊ ponit̃ a Rabi.in.15ª.particula.ꝙ in apostemate cognito per carbonẽ ignis declinante ad liuiditatẽ ⁊ viriditatem:vel nigredinẽ per scarificationẽ:⁊ maxime in pꝛincipio factã afferes dño eius magnã lesionẽ. Pꝛimo aũt catagenis: ⁊ ponitur.13° ꝯtiñ.dixit.quotiens nigrescit ignis sacer:aut liuescit coloꝛ eius:tunc effusio fiat suꝑ eum cũ aqua calida ⁊ scarificet̃. Amplius quidã laudant scarificationẽ fieri debere ꝓfundam:⁊ quidã eam vituperant. ¶ Aui.aũt in verbis suis locutus fuit cũ dubitatione:⁊ dixit.foꝛtasse est necessarium facere scalpellationẽ pꝛofundã:vt egrediatur sanguis malus ꝯstrictus qui est in nã veneni:in qbus verbis innuit. ꝙ aliqñ est necessaria scalpellatio:⁊ qñq̃ꝫ non est necessaria: necessaria aũt est qñ mã est maligna:aut multũ grossa:est.n. necessaria in mã maligna:qñ est in loco in quo non bñ transpiratur:vñ timet̃ de eius malignatione maioꝛi:⁊ est necessaria in mã grossa.maxime qñ est in loco in quo manens redit̃ inepta resolõni:sꝫ tũc mã non bñ trãspirat̃:⁊ inepta est resolõni:qñ est clausa in ꝓfundo.fit.n.scalpellatio vt mã maligna intrãspirata trãspiret̃:⁊ vt mã grossa inepta resolõni ꝑm ꝑtẽ eũet̃ vt possit eius residuũ facilius resolui.non nẽcia aũt est scalpellatio:qñ mã non est multũ maligna neq̃ꝫ ꝯstricta intrãspirata:aut nõ multa neq̃ꝫ multũ grossa inepta resolutioni:⁊ qꝛ in pꝛuna ꝑm plm̃ mã est magis maligna ⁊ magis grossa:⁊ qꝛ est magis ꝓfunda:vñ minus apta trãspirari ⁊ resolui. Jdeo in ꝑª ꝑꝫ plm̃ scalpellatio est nẽcia:⁊ q̃to mã est malignioꝛ ⁊ grossioꝛ ⁊ magis sita in ꝓfundo tãto scalpellatio est magis nẽcia:⁊ tanto ꝓfundioꝛ dꝫ fieri:⁊ qꝛ in igne persico est oppositũ eoꝝ q̃ dicta sunt eẽ in pꝛuna.qꝛ eius mã est minus maligna ⁊ minꝰ grossa ⁊ magis posita in suꝑficie: vñ est magis apta trãspirari ⁊ resolui:iõ in eo scalpellatio ꝑꝫ plm̃ non est nẽcia. Et ꝓpea dixit Aui.qñ mã est magis declinis ad colerã.i.hꝫ magis de nã colẽ qꝛ est subtilioꝛ:⁊ magis posita in suꝑficie:sicut ꝓpꝛie est in igne ꝑsico hñte pustulas plurimas ꝑuas siles panico:non fiat scalpellatio:qm̃ in tali igne ꝑsico nõ eget̃ ea cũ sit mã eius ꝑ se trãspirabilis satis ⁊ satis obediẽs resolõni rõne sue subtilitatis:⁊ sui situs.non g̃ fiat vt nõ iducat̃ suꝑ ifirmũ doloꝛ scalpellatiõis:⁊ sic ex ꝑdictis appet solõ ꝯrietatũ supꝛadictaꝝ. ¶ De cura aũt istaruꝫ pustulaꝝ debita mãe ꝯiuncte ꝑ medicinas locales eis appli

De flobotomia.

De digestione ⁊ solutione ventris.

De extractione cãe ꝯiuncte ꝑ eruptiõeꝫ ampulaꝝ aut scarificationem loci.

De localibus.

candas sciendū est ꝙ aliqñ intendendū est alterationi inflā/
mationis intēse in loco repte: ⁊ iplenda est eodē mō quo di/
cet in cura antracis: ⁊ aliqñ intendendū est apati: ⁊ aliqñ vl
ceri: ⁊ qꝛ ꝑm plus in eis apa est vlceri cōplicatū: iō opȝ vt cu
ra vtriusqȝ cōplicata fiat. sic tñ ꝙ intētio ad apa excedat eā q̄
est ad vlcus: cū nō possit vlcus curari remanete apate. Cuȝ ḡ
dixit Auic. opȝ vt sit cura earū sicut cura herisipille retulit se
ad herisipillā non vlceratā: ⁊ voluit ꝙ talis sit cura haꝝ pu/
stularū: si aliqñ repiant̄ sine vlcere qualis est cura herisipille
nō vlcerate: tūc retulit dictū suum vt sit distincta ꝑm diuersa
tpa eaꝝ sicut est distincta cura herisipille ꝑm diuersa tpa eius
⁊ nō intellexit vt cura eaꝝ fiat cū eisdē medicinis: vel eis sili/
bus in gradu ꝑm aliqđ tēpoꝝ eaꝝ: cuȝ qbus ⁊ eis silibus sit
cura herisipille. ¶ Dixit itaqȝ Gal. de cura ꝑncipij 14° tera.
Côueniē/tia in pn° nō esse repcutiendā mām ad interioꝛa cū fridis appositis su/
pꝛa ptē: ne humoꝛ supingrediat̄: ⁊ sui malitia iferat nocu^m.
Et Auer. collȝ. 7. dixit. hic nō sunt res repcussiue supponen
de ne mā reuertat̄ ad ꝑncipalia mēbꝛa: nec apitiue ne putre/
factionē inducāt. i. nec res calē q̄ hn̄t apire. s. ⁊ resoluē ne sua
calitate attrahētes mām apa augeāt: ⁊ ad putrefactionē pa
rent: sȝ exiccare opȝ. Et iō auctoꝛ cōpēdij auctē Gal. 14. tera.
dixit in pn° sup locū medicinā parū repugnantē. i. repcutiētē
⁊ mediocriter resoluētē supponamus. si. n. refrigerauerimꝰ:
sicut opȝ. s. ad mām repcutiendā grossities sanguinis. i. māe
collecte augebit̄ ⁊ dissolutio indurabit̄. Si vō repugnantiā
cōfoꝛtauerimus. s. cū stipticis eis admixtis doloꝛ inde auge/
bit̄ ꝯstricta magis mā: ⁊ apa ꝑinde nō cedet. ¶ Et Aui. di/
xit. nō opȝ vt in pn° apponat̄ linimētū: vel aliud medicamē
locale vehemētis infrigidationis sicut in herisipilla: qm̄ mā
harū pustulaꝝ ad grossitudinē est decliuis: ⁊ sui grossitie nō
obediret recursui: sȝ magis cōculcaret̄ ⁊ incunearet̄: ⁊ dato
ꝙ aliqd ex ea recurreret: illud nō deberet fieri: qm̄ mā earuȝ
est talis ꝙ nō tolerarer̄ vt redeat. s. ad interioꝛa ēt ex eo: qm̄
attinet venenositati. Et pp dictas cās. dixit ēt Aui. non lȝ vt
in pn° administrent̄ ea q̄ sunt vehemētis stipticitatis. Ac ēt
qꝛ vehemēter stiptica poꝛos opilāt: mām ingrossant ⁊ eius
resolōnē ꝓhibēt. ¶ Dicūt. ꝯsiderātibꝰ in dictis cāis appebit
manifeste ꝙ infridātia ⁊ stipticātia siue ꝑ pulsuȝ siue trāsmis
suȝ māe ibi sunt magis vitāda in pꝛuna q̄ȝ igne psico ꝓ q̄ȝto
mā pꝛune grossioꝛ est ꝓfundioꝛ ⁊ malignioꝛ. ⁊ subdit Auic.
ꝙ ēt in hac cura nō debēt apponi resolutiua. s. pura vel foꝛ/
tia neqȝ in pn° rei cū apparēt neqȝ apud qetē inflāmatiōis. s.
in statu vel in fine augmēti: imo ⁊ ꝑȝ quosdā neqȝ i declōne:
qm̄ addit̄ ꝑ ea in q̄litate māe. s. inflāmatiua adustiua: imo ēt
addēt ad q̄ȝtitatē māe: qm̄ mām amplioꝛē ad locū traherēt.
dicūt ḡ in pn° hoꝝ apponi debere frida mixta aliqbꝰ leuibꝰ
resolutiuis: nō tñ sup loco vesice escare siue vlceris: sȝ in loco
apatis q est in circuitu illius vesice: vel vlceris ab illis libere:
⁊ maxie sunt apponēde ex ea pte. ꝑ quā mā ꝓfluit: vt Gal. di
xit 5° catagenis. ⁊ ponit̄ a Rabi in 15ª pticula. sup locū apa/
ti ꝯiunctū supponat̄ emplm̄ qđ colligat cōpꝛimat ⁊ expellat
quicqd ab apate dissoluerit atqȝ fluxerit. Et Aui. dixit. oȝ vt
tu subuenias ei. s. de mēbꝛo sano qđ cōtinet locū ⁊ loca adu/
stionis. s. ptes apatis vlceratas. ⁊ hoc vt nō ꝑambulet coꝛro
sio ad ptem sanā: ⁊ hoc fiendū est cū bolo ar. aceto ⁊ aqua: ⁊
alijs q̄ repcutiūt infridando: vt nō ꝑueniat ad pteȝ sanā cali/
ditas ⁊ acuitas ex vlcere. Et dixit de ꝯueniētibus ad hoc est
lana ysopi: vel succida infusa in vino. s. austero. ¶ Supꝛa lo
cū aūt vesice escare siue vlceris apponēda sunt exiccātia. Di/
xit Raš. in diuisionibus. ponant̄ sup locū vlceris medicine
foꝛtis stipticitatis cuȝ aliquātulo acuitatis sicut sunt trocisci
andaracaron cuȝ ponit̄ in eis calcadis aut flos eris: aut hoc
medicamē qđ est ꝓpꝛiū huic egritudini. ℞. gallas imaturas
⁊ tere in aceto: ⁊ illine cū eis: aut illine cuȝ alumine ⁊ aceto:
aut cū alumine mixto cū decima pte sui de floꝛe eris. Dicunt
tñ qdā. ꝙ ꝑdicta acuta debēt amoueri qñ iste pustule sunt vl
cerate ne moꝛdicent̄ ab eis. Et dicūt. ꝙ plus ꝯueniūt ꝑdicta

medicamina in igne psico q̄ȝ in pꝛuna: qm̄ sunt magis exicca
tiua q̄ȝ resolutiua. ¶ Dixit Auer. vbi supꝛa. supponēde sunt
. s. vlceri oēs res q̄ sine moꝛdicatione exiccāt sic emplm̄ factū
ex farina oꝛdei indico: ⁊ plātagine. ⁊ dixit. ꝙ oia emplā que
supponunt̄ debēt ꝯstrui cū aqua ro. ¶ Auic. quoqȝ dixit. oȝ
vt administres medicinas exiccatiuas: in qbus est infridatio
⁊ resolō q̄dā. i. aliq̄lis. s. pua cū expulsione. Quidā referunt
dictū Aui. q̄dā. i. aliq̄lis: ⁊ pua solū ad resolōnē. quasi Aui.
voluerit ꝙ resolō fiat cū calitate tēperata nō intēsa. Et qdaȝ
referūt dictū illud ad resolōnē: ⁊ ad infridationē: qꝛ tā infri/
gidatio q̄ȝ resolō respectu exiccationis oȝ eē remissa. Et qdā
referūt dictū illud. s. ēt ad exiccationē quasi velit ꝙ exiccati/
ua debēt eē remissa. Et hȝ hec vltima expō veritatē: maxime
in pn°. nā medicina ꝯueniēs in pn° oȝ esse exiccatiua nō mul
tū: qꝛ oȝ solū desiccare quādaȝ humiditatē: q̄ in pn° a vesicis
gn̄atis ꝓfluit. ⁊ hȝ aliqd diminuere ⁊ ꝯsumare de mā. Et di
cūt eius ꝯsumatio oȝ esse cū stipticitate quadā vt ꝑ eā mēbꝛū
cōfoꝛtet̄ ⁊ nō recipiat vlterius de mā: nō tñ oȝ eē multū exic
catiua ne mām induret: nec multū stiptica ne poꝛos opilet. ⁊
oȝ esse nō multū infridatiua ne mām repcutiat: sȝ vt tm̄ malā
cōplōnē calaȝ remittat: ⁊ oȝ esse exiccatiua ⁊ infridatiua silr:
vt ꝓhibeat ambulationē coꝛrosionis ⁊ vlceris: ⁊ non oȝ esse
multuȝ resolutiua ne inflāmet ⁊ mām attrahat: sed tm̄ vt de
mā qd diminuat̄. ¶ Notāt tñ ꝙ q̄ȝuis oēs dicte qualitates
medicine debeāt eē remisse in pn°: tñ infridatio oȝ eē maioꝛ Emplā vnguētū in prin°.
exiccatione ⁊ resolōne: ⁊ exiccatio maioꝛ resolōne. ¶ De im
plentibus aūt intētiones ꝑdictas in pn° est emplm̄. qđ Gal.
14° tera. dixit. valere pꝛune ⁊ igni psico herisipille ⁊ foꝛmice
ambulatiue ⁊ miliari cū sint vlcerate. Et Aui. adducēs ipm
dixit. ꝙ fit de gallis arnoglosa ⁊ lētibus ⁊ pane plurimi fur
furis. est. n. optimū. nā in ipso est infridatio ⁊ exiccatio: ⁊ sti
pticitas ꝑ gallā arnoglossaȝ ⁊ lētes: ⁊ est in eo resolō ꝑ panē
plurimi furfuris. est. n. panis furfuraceꝰ subtilioꝛ ⁊ calidioꝛ
pane similaceo: seu de farina a furfure mūda. ⁊ cū hoc est in
eo ꝯueniētia a ꝓpꝛietate ꝑ arnoglosam: qm̄ ipsa spālitate sua
cōfert vlceribus fraudulētis. ¶ Et de cōueniētibus in pꝛin°
pꝛincipij est emplm̄ factū de coꝛrigiola lēticula aque solatro
sempuiua ⁊ paritaria. ¶ Dixit Alm̄. ꝙ fractis vesicis ⁊ edu
cto pure vnguentū de cerusa supponat̄ ꝙ qdā asserunt mira
bilr̄ ꝯferre: verūtñ dicūt alij: ꝙ qñ he pustule sunt cū multis
vesicis virus emittētibus nō oȝ supponi vnguentū de cerusa
vt stolidi faciūt: qꝛ claudēdo poꝛos mā ꝯcludit̄ vñ maligna/
tur: sȝ apponendū esse dicūt tūc emplm̄ vel linimentū factuȝ
ex bolo ar. aceto: ⁊ oleo rosaceo ⁊ si virus effluēs fuerit mul
tū supaddat̄ eis litargiriū. Aut in multitudine virus fiat li/
nimentū ex litargirio: ⁊ vitriolo vsto cū oleo rosato. vel mir
tino ⁊ aceto. ¶ Et dicūt. ꝙ si in pn° fuerit vlcus cācerosum
siccū aut pauci virus ad remotionē escare superponendū est
emplm̄ de farina tritici vel oꝛdei: ⁊ aq̄ ⁊ oleo: ⁊ postq̄ȝ escara
remollita fuerit ponat̄ cū farina oꝛdei ⁊ aqua loco olei mel.
qm̄ escarā cadere facit ⁊ totuȝ locū detumescere. Et scias ꝙ
doloꝛ aliqñ est ita vehemēs vt faciat necessariū administrare
narcotica. Et de ꝯueniētibus ad hoc est emplm̄ qđ sic fit. ℞.
acacie vitrioli opij coꝛticū granatoꝛū. añ. ʒ. ij. floꝛis eris. ʒ. i.
seminis iusquiami albi. ℈. i. ß. terant̄ ⁊ cōficiantur cuȝ vino.
¶ Dixit Gal. ꝙ cū febꝛis in herisipilla. i. igne psico vel pꝛu/
na est maligna. tūc. ℞. folia duplicis sempuiui ⁊ cōtundant̄
totalr̄: ⁊ coquant̄ in aceto ad aceti ꝯsumptionē: ⁊ supempla
strent̄: qm̄ hoc ignē cōpescit: ⁊ qđ vstū est in momēto sepat: Cōueniē/tia in augmento.
ita ꝙ nō indiget postea nisi cura apatis. ¶ Post pn^m aūt cū
aduenit aug^m opȝ vt additio fiat in exiccatione ⁊ resolōne: ⁊
diminutio in infridatione ⁊ stipticatiōe. Dȝ. n. cura tpe aug
mēti mediū tenere inter curā ꝑncipij: ⁊ curā status. oȝ. n. esse
plus desiccatiua ⁊ resolutiua q̄ȝ in pn°: ⁊ minus q̄ȝ in statu.
Et oȝ eē minus frida ⁊ stiptica q̄ȝ in pn°: sȝ plus q̄ȝ in statu.
Et de ꝯferētibus in hoc tpe est emplm̄ factū ex farina oꝛdei
⁊ lupinoꝝ. ⁊ debēt ꝯuenire i fine ꝑncipij: ⁊ in pn° augmēti:

emplm̄ factū ex folijs eius cū sauich ordei: ⁊ passulis ⁊ caricis eq̄libus portionib⁹ tritis: ⁊ ꝯfectis cū vino ⁊ oleo papaueris nigri. ℂ Dixit Dio. ꝙ matricaria collecta cū flore suo ꝯtusa ⁊ cataplasmata ignē ꝑsicū extinguit. Farina orobi mixta cū melle supposita igni ꝑsico eradicat ip̄m. Et folia caulis cruda ꝯtusa cū sale: ⁊ supposita idē faciūt. Et stercus ouinū cū aceto solū ⁊ illinitū ꝯfert. ℂ In tp̄e aūt stat⁹ exiccatio ⁊ resolr̄o oꝫ maior fieri: ⁊ maxime si vlceratio fuerit ꝓcedēs. De cura aūt huius apātis loquēs Gal. 5° catage. ⁊ ponit̄ a Rabi in 15ª ꝑticu. dixit. medicinā factā ex medicinis fortib⁹ in exiccādo supponere oꝫ. Et Aui. dixit. necium est illud qd̄ fortiter exiccat sicut medicamē andaracaron: ⁊ alia dicta in cura herisipille: ⁊ formice vlcerate. ℂ Et medicamē ꝯueniēs in h̄ casu, sic fit. ℞. psidie. ʒ. x. gallar̄ myrrhe ari. aā. ʒ. iiij. vitrioli viridis ⁊ citrini aā. ʒ. iij. terant̄ ⁊ ꝯficiant̄ cū vino cocto aut sapa. Et ꝯuenit emplm̄ de calce qd̄ sic fit. ℞. calcē viuaꝫ. ⁊ extingue eā in aqua: ⁊ laua eā bn̄, ac dimitte residere ⁊ aquā ꝓijce: deinde laua iter̄ cuꝫ alia aq̄: ⁊ dimitte residere ⁊ aquā ꝓijce: ⁊ sic fac vsq̄ septies: ⁊ tūc recipe ex ea parata. ʒ. iiij. ⁊ folior̄ sicle. ʒ. ij. ⁊ cere ablute. ʒ. iiij. ⁊ olei ro. ʒ. vi. conficiant̄ in mortario pistādo est vtile. ℂ Aui. quoq̄ posuit aliquas medicinas. q̄s dixit cōpetere in ꝑn°: ⁊ ꝓcessu: de q̄bus sunt vt scindant̄ granata acetosa: ⁊ decoquant̄ cū aceto donec liniant̄: deīde terant̄ ⁊ administrent̄ extēsa sup pānū. h̄. n. dixit ipse. est ꝯueniēs in oī hora: ⁊ eradicat hāc egritu^nem^ in prin°: ⁊ in statu. sup. ⁊ in aug^to^. Et tn̄ nō oꝫ poni sup locū vl ceratū: qm̄ mordicaret ip̄m. ℂ In declōne aūt nō cōpeteret: sed cōpetūt resolutiua cū exiccatiōe fortiori. Et qdā dicūt. ꝙ matricaria: vt supra apposita cōpetit in statu ⁊ declōne. Et quidā dicūt. ꝙ cōpetit oī tp̄e: lꝫ plus post ꝑn^m: q̄r cōpetit specialitate quā hꝫ ad hāc curā. ℂ Et q̄r tota cura hui⁹ egri^tu^dinis^ exigit exiccātia: vt dcm̄ est. Aui. n. in eor̄ approximatiōe attulit cañ. dixit. ⁊ nō administres exiccātia q̄ꝫtū potes: qd̄ dcm̄ quidā referūt ad intētionē exiccationis: q̄si dixerit nō administres vltime exiccātia: qm̄ ipsa addūt in egritudis malitiā. ⁊ hoc iō q̄r pūgūt ⁊ mordicāt ⁊ sup̄flue exiccant mām: ita ꝙ eā indurāt. Et qdā illud dcm̄ referūt ad extēsionē cure. quasi dixerit. nō administres exiccātia q̄ꝫtum potes. i. nō ꝯtinue in toto ꝓcessu cure: sꝫ solū in tp̄e ꝯueniēti: qd̄ erit q̄ꝫdiu vlcus humidū fuerit multū. tūc. n. fortiter exiccatiua ꝯueniunt. cū aūt fuerit siccū nō administres exiccātia. ⁊ si fuerit paucarū humiditatū admistres exiccātia remissiora. ℂ Et dixit Aui. ꝙ cū q̄escit inflāmatio. i. apā. ⁊ remanent vlcera curent̄ cum cura vlcerū corrosiuor̄. Et dixit. ꝙ nux antiqua oleaginosa est cōueniens igni ꝑsico in hac hora. s. qn̄ remāsit solū vlcus. cōfert. n. ipsa ⁊ oleū eius: ⁊ abstergēdo ⁊ exiccando. Dicūt. non dixit Aui. ꝙ ꝯferat igni ꝑsico ⁊ prune: q̄r ipsa nō est sufficientis opationis in pruna: q̄r indiget fortioribus.

Cōueniē/tia i statu.

Cōueniē/tia in de/clinatiōe.

ℂ De essere sere vel sire. Cap. xxix.



Essere sere vel sire sinonyme accipiuntur ⁊ idē importāt: ⁊ est pustula vna. ⁊ h̄ raro: sꝫ ꝑm plm̄ sunt pustule multe vaporose. i. vaporib⁹ plene: vel a vaporib⁹ eleuatis ad cuteꝫ facte. ℂ De q̄bus dixit Auic. ꝙ sere est pustula parua lata: sicut vesica. scilꝫ in magnitudine ⁊ latitudine ad aliquātulā tendēs rubedinē pruritū faciēs ⁊ angustiā: ⁊ subito eueniēs ꝑm plm̄: ⁊ est vehemēs in nocte ⁊ ei⁹ angustia ⁊ ei⁹ tristitia in nocte fit vehemētior: ⁊ qn̄q̄ accidit vt currat ex ea humiditas q̄ qn̄q̄ est. s. rubea. sup. ⁊ qn̄q̄ nō currit ex ea humiditas rubea: sꝫ aquea vel ad citrinitatē declinans: h̄ tn̄ raro ꝯtingit vt ex ea humiditas effluat: ⁊ est faciēs angustiā in exitu ei⁹ ad exteriora sicut accidit angustia in exitu variolar̄ cū mā ei⁹ mouet̄ de interioribus corpis ⁊ expellit̄ ad exteriora. hāc aūt passionē nr̄o idiomate vocam⁹ arteticā: q̄ vt dicūt qdā: est pustula siue pustule sil̄es eis q̄ accidūt ex intactu est pūcturis apū vel vesparū vel sil̄es eis q̄ accidunt ex tactu vel ꝯfricatione vrtice. ℂ Est aūt sere pustula sil̄is vesice: q̄r est parui tumoris ⁊ eleuationis: est tn̄ latior vesica ⁊ occupat de loco ꝑtē magnā: vbi vesica occupat ꝑtē paruā. Angustia aūt q̄ fit in sere fit vehemētior in nocte ꝓꝑ frigiditateꝫ noctis ꝯstringētis poros: ⁊ ꝓhibētis trāspirationē: ⁊ silr̄ fit vehemētior in hyeme: ⁊ regionib⁹ fridis. ℂ Euenit aūt ꝑm plm̄ subito q̄r ꝑm plm̄ vapor faciēs sere est a sanguine eleuatus subtilis cito potēs ad exteriora ꝑuenire: tn̄ aliqn̄ accidit nō subito: vt cū mā a qua vapor eleuatur est grossa ⁊ viscosa flātica: quare nō sic cito ⁊ subito pōt ad exteriora ꝑuenire: ⁊ per citū ⁊ subitū euentū sere differt a vesicis: que nō sic subito eueniūt ⁊ tendit sere ad aliqualē rubedinē ꝓꝑ caliditatem vaporis: verūtn̄ que ex ea est sanguinea est magis rubea.

Dixit ergo Aui. ꝙ cā eius est vapor calidus eleuat⁹ in corpore subito: aut a sanguine colerico aut flāte bauracho. In q̄bus v̄bis innuit. ꝙ cā añs sere est sanguis coleric⁹ vel flegma salsum: ⁊ eius cā ꝯiuncta est ipse vapor ab altero dictor̄ humor̄ eleuatus: ⁊ subito expulsus ad cuteꝫ: ⁊ in ea retētus subleuatus in tumorē. Et pōt aliqn̄ habere cām primitiuā facientē sanguinē ipsuꝫ vel flegma: deinde euaporare ⁊ trahere vaporē ad cuteꝫ. Et sic pꝫ. ꝙ due sunt sp̄es eius distincte ꝑm mām: q̄r vna est sanguinea: alia est flātica: ⁊ q̄cūq̄ fuerit aut ab ea aliqd ꝓfluit humiditatis aut nihil. De causis

Et signa tam generis q̄ꝫ sp̄er̄ nota sunt ex dictis. dr̄ in sinonymis Serap. ꝙ pustule sere cito redeūt ⁊ cito recedunt: ⁊ maxīe cū scalpunt̄: ⁊ oīs sere facit pruritū cū acuitate sua. Verūtn̄ sanguinea est intēsioris rubedinis: ⁊ calitatis citioris appitionis: ⁊ maioris eleuationis ad ex̄. Et ei⁹ angustia q̄ꝫuis sit sp̄ vehementior in nocte q̄ꝫ in die tn̄ est vehemētior in die q̄ꝫ sit in die in flātica ⁊ est minoris pruritus. ⁊ eꝯ° flātica est remissioris calitatis ⁊ rubedinis ⁊ tardioris egressiōis postq̄ꝫ incepit appere: ⁊ minoris eleuatiōis ad exteriora ꝓꝑ sui grossitiē: ⁊ ei⁹ angustia in nocte est maior q̄ꝫ sit in nocte i sanguiea: q̄r hūoris fridi ē in horis fridis moueri sic cali ē moueri in calis. friditas ēt noctis magis ꝓhibꝫ egressuꝫ hūoris flātici q̄ꝫ sanguinei: q̄r grossior ē ⁊ iō magis trāsire morat̄: est tn̄ in ea prurit⁹ intēsior ꝓꝑ bauracitatē suā. De cura.

Dixit A. qn̄q̄ sere occupat locū amplū in corpe: q̄r occupat multas ꝑtes in corpe ⁊ diuersa mēbra. tūc si nō fiat flōmia timet̄ febris tertiana. ⁊ h̄ iō: q̄r talis ꝑm plm̄ est sanguinea: ⁊ iō sigñat̄ ꝙ sanguis colic⁹ in corpe est mult⁹: ⁊ a q̄ si col̄a sepabit̄ ⁊ relinquet̄ a regimine nāe putrefiet: ⁊ faciet febrē tertianā ꝯtinuā vel interpolatā. sup. tu. ⁊ vel timet̄ alia egritudo colica. Fiēda est ḡ flōmia ne eueniat egritudo q̄ timet̄: ⁊ qn̄ fit flōmia. tūc dixit Aui. opꝫ vt fiat in spatio: qd̄ est inter illā. s. incipiētē: ⁊ inter statū: ⁊ sic voluit ꝙ fiat i augmēto qd̄ mediat inter ꝑn^m ⁊ statū. nō ḡ est fienda flōmia cuꝫ sere incipit. fortasse. n. erit ꝑua pauca occupās loca in q̄ non eget̄ flōmia: sꝫ cū sere incipit augeri ⁊ multiplicari ⁊ extendi ad multas corpis ꝑtes: tūc flōmia fiēda est: qm̄ mā est multa. ℂ In facta aūt a flāte salso non est flōmia fienda neccia nisi in casu in quo ip̄m flā eēt sanguini multū ꝑmixtū: ꝑ cuius ꝑmistionē posset ꝑ flōmiā sil̄ educi cū sanguine. Oportebit ḡ vt ꝑ ꝑueniat̄ ad flōmādū si sanguis fuerit vincēs: q̄r in sanguine: deinde ꝯñter det̄ solutiuū col̄e. ⁊ h̄ si tolerauerit virtus egri post flōmiā solutiuū ⁊ tolerauit ipsum: sicut dixit. A. ex duabus ꝑtibus mirab. s. citrinor̄: ⁊ vna ꝑte yere Gal. cui⁹ potio sit. ʒ. iij. in syrupo acetoso. ℂ Et seda eā. s. colerā vel essere. s. sere post eūonē: vel maxīe post flōmiā si non tolerauerit solutiuū a calitate ⁊ acuitate sua cū sumptis ab intra q̄ sunt sicut tamarindi: ⁊ aq̄ duor̄ granator̄ cū corticib⁹ suis. s. interiorib⁹: q̄r cū pulpis suis: sumunt̄. n. duo granata. s. dulce ⁊ acetosum ⁊ mūdant̄ a corticib⁹ exteriorib⁹: deinde pistant̄ cuꝫ pulpis ⁊ granis: ⁊ exꝑmunt̄: ⁊ qd̄ exꝑssuꝫ est colat̄. ⁊ h̄ colatū est qd̄ dr̄ aq̄ duor̄ granator̄. ⁊ illa aq̄ ponit̄ de sero ad aerē serenū in loco tn̄ coopto ꝑmixta cū zuccaro: ⁊ qdā ꝑmiscent cū aqua ⁊ cū ea aquā rosotā. ⁊ qdā vinū pōticū. ⁊ hoc ꝑm exigētiam ⁊ mane tribuat̄ in potu. est. n. boni saporis ⁊ Aqua granator̄.

laxat colerā sine molestia: qȯ facit ꝑ lenitatē granati dulcis: ⁊ apertionē granati acetosi: ⁊ cōpressionē suaꝝ pulpaꝝ. ⁊ cū hoc extinguit caliditatē ⁊ acuitatē colere. Et sunt qui hanc aquā ex duobus granatis muzis aut granatis acetosis solis cōpressis ɔsilr̄ faciunt aut deť infusio crisomilloꝝ: aut aqua lacti acetosi: ⁊ troč. de spodio cāphorati cū aqua granatoꝝ. ¶ Ex eis. n. que ɔferūt ēt dixit Aui. est lenire nām. s. cum lenietibus ebibitis aut suppositis in cristeri. Et dixit. de sedantibus eā est aqua infusionis sumach q̄ colata exhibeť: ⁊ dosis eius sit. ʒ. iij. Et Aui. dixit. dare in potu aquā calidam in die multotiēs est ex eis q̄ ɔferunt ei: hoc tñ fieri dʒ post euacuationē. nā ɔuenit tūc cū ꝓuocatione sudoris: ⁊ cōiter exhibeť aqua ordei calida de qua cū biberit eger q̄ʒtitatē sufficiētē locādus est in loco calo: ⁊ pānis coopiendus vt sudet. Et de extrinsecis sedātibus acuitatē est polenta ordei superposita. ¶ Et opʒ vt dieta sit ex fridis ⁊ siccis: ⁊ acetosis: ⁊ ex cibis cōgelatis: vt succo gelandine sine spēbus mirtito: romania: ⁊ silibus: ꝙ si humor fuerit baurachius eūeť corpus cū mirabol. s. citrinis ⁊ indis: ⁊ turbith: de q̊ ponať q̄ʒtū est medietas mirabo. ⁊ sit doś. ʒ. iij. Ista tñ est satis magna dosis. ⁊ nō minuēda nisi in rusticis ⁊ robustis: aut deť infirmo de nuce cypssi humida. i. recēti. ʒ. i. cū. ʒ. i. aloes: aut sumať croc⁹ hortulanus: ⁊ terať ⁊ ɔcutiať cū aceto acetoso: ⁊ sumať in potu aut deť in potu aq̄ magre: aut aq̄ vrcei noui. Dicūt qdā. i. aq̄ cū qua vitreanť vrcei. Et dixit Aui. ꝙ ad flāticā. i. in qua hʒ flā dn̄iū multū deť in potu cubebarū. ʒ. i. cuʒ. ʒ. iij. zuccari: ⁊ ʒ. iij. seis agnicasti cū lacte dulci. ¶ Et de applicādis exteri⁹. dixit Sera. ɔtūdanť folia cauliū bñ: ⁊ fiat ex eis solis emplʒ: aut mixtis cū sauich ordei. sanāt. n. sirē: ⁊ scabiē: ⁊ coriādrū cū melle ⁊ oleo mirtū. ¶ Dixit Aui. ɔfert sire: ⁊ ɔueniūt folia fraxini cataplasmata cū aceto. ¶ Dixit Aui. ex exptis in oi spē eius: est istud. ℞. calamēti. ʒ. ij. spodij. ʒ. ij. roś. ru. ʒ. ʒ. cāphore kirat. i. ⁊ deť in potu cū aqua granati acetosi: aut sumať in potu sauina cuʒ est ieiunus: ⁊ h̄ valet in dn̄io flātis: ⁊ debēt p̄dicta remedia exhiberi ⁊ fieri post eūones. ¶ Ex dictis pʒ error eoꝝ: q statim añ eūonē exhibent tyriacā in sire: q̄ʒuis post eūonē ipsa ɔueniat: ⁊ maxime in flātica. Qui aūt iubent in aptione sire: fricari ⁊ scalpi locū cū manu vel pāno aspero ad exclusionē vapoꝝ optime operantur.

¶ De vesicis. Cap. xxx.



Vesice ampulle ⁊ inflationes numeranť iter pustulas: ⁊ sunt de gn̄e earū. Et q̄ʒuis nō sint ex pustulis calidis colicis. Aui. tñ de eis tractauit inter apata cala: qr ex ebullitione humoꝝ gn̄anť: vel cuʒ ꝑmixtione humoris calidi. Dicūt. sunt ex eis alie supficiales magis: q̄ ꝓprie vocanť vesice vel ampulle: ⁊ sunt siles vesicis gn̄atis ex adustiōe ignis. Et aliq̄ sunt parū magis ꝓfunde: non sic supficiales q̄ ꝓprie vocanť inflationes: q̄nq̄ʒ tñ sinonyme accipiunť. Et sunt vesice aquea humiditate plene. dixit Rasis 14° ɔti. aucte Gal. in de accn̄ti ⁊ morbo. quotiēs multiplicať in aliquo mēbro aliqua supfluitas aquea: ex quali fit vitiū ydropisis: in eo generanť ampulle. ⁊ dixit in diuisionib⁹. exeūt in corpe vesice: inter q̄s est aq̄ subtilis liqda: q̄ sunt siles eis q̄ accidūt ex adustione ignis. ¶ Et Auic. dixit. inflationes ƀm duos modos fiunt: quoꝝ vnus est ꝑꝑ aquositatē q̄ expelliť ex ebullitione in humoribus: cū qua. i. ꝑꝑ quā ebullitionē eleuať mā subito ad illud qȯ est sub cute. s. ad carnē. sup. sʒ in carne nō retineť: qr pre sui subtilitate penetrat ꝑ raritatē carnis: ⁊ ꝑuenit ad cutē: ⁊ pre spissitudine cutis non exhalat extra: sʒ detineť in ea: ⁊ facit in ea inflationē aquosam: q̄ ꝓprie est vesica. Dicunt qdā. ꝙ in ebullitione humoꝝ: alique ptes sepanť subtiles ⁊ expellunť ad cutē. ⁊ alij dicūt. ꝙ in ebullitione humoꝝ vapores eleuanť ad cutē ⁊ in ea detēti: ⁊ in aqueā nām ɔuersi: cū calitate ⁊ acuitate quadā cutim subleuāt: ⁊ vesicas cānt. ¶ Scōs modus. dixit Aui. est vt sit loc⁹ aquositatis sanguinis. i. humor aliqs grossus. s. qui expelliť ad illud qȯ est sub

Inflationes duobus modis fiunt.

cute: ⁊ sua grossitie remanet in loco minus supficiali quasi sit in loco pus. i. quedā viruletia silis aq̄sitati sanguinee exiens de subtus cutē: qr de loco min⁹ supficiali: qr non penetrat sic ad supficieʒ ꝑꝑ grossitiē suā. ¶ Notāt ꝙ iste scōs modus nō fit ex ebullitione humoꝝ sicut p̄mus: sʒ de aquositate mixta sanguini in venis, de qua aliqñ portio expelliť de venis capillaribus ad carnē versus cutē: ⁊ causat inflationē. ⁊ h̄ inuit Aui. cū dixit. sanguis q expelliť. i. humiditas aq̄sa sanguis. ¶ Ex dictis pʒ. ꝙ cā añs vesicaꝝ est aquositas vel ps aquosior humoꝝ q̄ ab eis in ebullitiōe ipsarū sepať: siue in forma humiditatis siue vaporis: ⁊ cā ɔiuncta est ipsa aquositas ad cutē deducta: ⁊ in ipsa retēta ⁊ vesicis ⁊ inflationib⁹ in ea factis. ¶ Ex dictis pʒ. ꝙ de determinatione haꝝ pustularū potius fuisset dōm in de apatib⁹ aquosis. ¶ Ex dictis ēt pʒ. ꝙ duplex est haꝝ vesicaꝝ maneries. p̄ᵃ est ea q̄ gn̄anť ƀm p̄mū modū: ⁊ color earū exterius ⁊ ēt ɔtenti in eis declinat ad croceitatē: qr in hac manerie humor q ebullit est colicus plus: ⁊ aquositas in eis ɔtenta hʒ acuitatē, ꝑ quā mordicat: ita ꝙ aliqñ vlcerat ptes sub ea: ⁊ in circuitu. Et hanc manerie tetigit Raś. 14° ɔti. ⁊ dixit. ad mēbra aliquoꝝ supueniente mā acuta. s. aquea fiunt ampulle in eis: ⁊ extra manat ex eis erugo citrina. Et subdit quotiēs. s. peruenit ad mēbra dicta mā acuta aquea ⁊ nō fiunt in eis ampulle: aut si fiūt nō manabit erugo ab eis dolebūt mēbra ipsa sed facta vesicatione ⁊ manatione mitigabiť dolor ipse. Et ego vidi has ampullas in filio Bartholomei lorini: ⁊ fuerunt in eo diffuse quasi ad oia mēbra corpis quasi acute valde: ⁊ male febrē inducētes validam cū vigilijs ⁊ inqetudine multa. Scōa maneries est eaꝝ que fiūt ƀm modū dictū: ⁊ color eaꝝ exterius ⁊ ɔtētus in eis declinat ad rubedinē nō claraʒ: ⁊ qr nō cale acute: vt. s. dicte nō accidet eis dolor ⁊ mordicatio ⁊ inqetudo sicut ex p̄mis.

De causis

Nota q̄ nicol⁹ videbat vesicā de q̄b⁹ loquūtur auctores i filio bartholomei lorini.

Cura vesicaꝝ ⁊ inflationū prune mā est vt dieteť egrotās cura ɔuenienti apatibus colericis regať: de qua supradictū est. Et ꝙ eūeť. dixit Rasis in diuisionibus ꝑ flobomiā si corpus fuerit repletū. s. plectoricū. sup. ⁊ si nō eūeť per medicamen colere eductiuū. Egro quoq̄ʒ deť assidue. s. post euacuationē aqua prunoꝝ ⁊ aqua granatoꝝ acetosoꝝ: ⁊ oia que extinguūt sanguinē ab ebullitione. Et dixit. 13. ɔtiñ. In spē ampullationis in corpore. s. primi modi. als. ampullationis colerice dʒ fieri eūatio corporis de colera rubea cū vehementia vehementi absq̄ʒ aliqua calefactione. Et subdit. ⁊ dʒ fieri extinctio ⁊ desiccatio extrinsecus cū aceto agresta: ⁊ similibus. ¶ Qñ aūt iam accidit in mēbro pruritus: ⁊ caliditas ⁊ nōdū ampullať. Dixit Rasis. eodē. 13. ɔtinē. Cura. s. localis fiat cū corticibus granatoꝝ: ⁊ lēticulis coctis in aceto: ⁊ cōtritis ⁊ suppositis, ⁊ sic innuit. ꝙ cura fiat cū fortibus stipticis: vñ ꝙ ēt ɔuenit illinitio cū fece aceti. Et dixit. ꝙ nullo mō fiat cura humectatiua q̄ʒuis sit frida. Et ɔuenit hec cura in vesicis nō vlceratis, q̄ʒuis maxime in vlceratis ⁊ cōuenit ante ampullationē ⁊ post eā. Et Aui. adhuc dixit. ponať sup eis in primis cū apparēt. s. caliditas ⁊ pruritus: aut ēt in primis cū apparēt ampulle lētes cocte in aqua aut cortices granatoꝝ. s. cocte. ⁊ hoc post coctionē debēt cōteri donec leniātur. Et dʒ p̄dicta cura fieri in corpe multū repleto post euacuationē p̄dictā. posset tñ in corpore nō multū repleto fieri: etiā ante eūationē. Predicta tñ cura pruritū amputat: caliditatē extinguit: vlcerationē ꝓhibet: ⁊ locū nō ampullari: ⁊ si necessē fuerit p̄dicta cura itereť eūando infrigidando ⁊ exiccando. ¶ Ego curaui hanc egritudinē cuʒ vltima infrigidatione. s. iuncta stipticitati ⁊ freqūti corporis lassatione. s. ex colera. ¶ Qr si per eūonē ⁊ localia p̄dicta nō remoueanť caliditas ⁊ pruritus: tūc in hoc casu. dixit Raś. 13. ɔtinen. Ego cōsulo vt scarificeť locus vt emanet erugo velociter ⁊ nō ampulleť locus: qr melius erit. ¶ Qr si p̄dicta eūone ampullatio non ꝓhibeať: sʒ exeāt vesice: tūc dixit Rasis in diuisionibus. ampulle rūpanť ⁊ curat ex eis totū qȯ est intus ⁊ hoc nisi per seipsas rūpanť velociter: sicut ɔtingit velociter rūpi

eas:que maxime sunt suꝑficiales:⁊ ideo maxime rūpi debēt ille q̄ nō sunt sic suꝑficiales ex vesicis ꝓprie maneriei.de qb⁹ dixit Aui.ꝙ ille q̄ fiūt in grossiori cute.i.q̄ accipiunt plus de cute versus ꝓfundū:opꝫ ꝙ acub⁹ apianť:⁊ fiat ꝙ curať qꝺ in eis est:⁊ nō opꝫ vt tardeť in aꝑtione earū:qm̄ si tardatur aquositas eaꝝ exn̄s acuta vel facta acuta ex suꝑcalefactione in lōga mora corroderet ⁊ vlceraret:ꝙ si tu medice non ꝑue nisti an̄ ampullationē:tūc stati attēdere debes eūoni corpis:⁊ deinde statim eruptioni eaꝝ.vesicis aūt ruptis ⁊ mūdifica tis cū facili ⁊ paulatina exp̄ssione ab oi aquositate intus ꝯtē ta.Dixit Rasis.14.ꝯti.curenť cū vnguēto de cerusa cū cam phora abūdanti.i.multa:qm̄ bonū erit in hac hora.Et ꝯue nit vliter vnguētum ꝙ sic fit.℞.cere albe.ʒ.ij.olei ro.ʒ.i.⁊ li quefiat ad ignē liquefactis addanť ceruse.ʒ.ij.⁊ bn̄ incorpo renť ⁊ remoueanť ab igne:⁊ cuꝫ inceꝑint infridari suꝑmit tať albumē oui:⁊ sine intermissione agitenť quousq̄ totuꝫ fuerit inspissatū.¶ Qꝫ si sic nō sanenť sꝫ vlcerenť aut vlcera tas iuenisti:tūc ꝯuenit vnguētū Rasis in diuisionib⁹.qꝺ fit ex cerusa plūbi ⁊ litargirio nutrito cuꝫ aq̄ ro.⁊ aq̄ mirti hu midi recētis. Et Aui.dixit.cura cum vnguēto de cerusa vel merdasengi.i.litargirio:⁊ silibus: ⁊ ꝓprie qn̄ cadit.i.poniť in eis yreos ⁊ curenť cum medicinis herisipille siue formice ambulatiue corrosiue. Et posuit.A.vng^m^ vtile qꝺ desiccat humiditateſ putrefactas:⁊ ꝯsolidat vlcera difficilis ꝯsolida tionis:⁊ oēm suꝑfluā carnē ab eis abijcit qꝺ sic fit.℞.merda sengi lib.i.olei veteris lib.i.s.⁊ aliq ponunt olei vete.ʒ.vi.⁊ decoq̄ siľ donec merdasengi nō adhereat.s.vasi vel digito tā gētis:deinde fundať suꝑ ip̄m arsenicū ⁊ auripigmētū qꝺ.s. sit.ʒ.viij.⁊ optie incorpa cū illis ⁊ vtere.¶ Aliud eiusdē qꝺ adhuc magis desiccat:⁊ ꝓprie valet in mēbris q̄ egēt multa desiccatiōe sic sunt testiculi labia virga.⁊ silia.℞.colcotar ⁊ calcadis.an̄.ꝑtes.ij.teranť:⁊ cū aq̄ administrenť. Et siľr di xit Aui.fimus caprinus cū melle mixtus:⁊ h̄ ꝓprie valet:qn̄ egemus exiccatiōe ⁊ abstersione siľ:ꝙ si vlceratis accidat vt appareat caro corrupta ⁊ escara desuꝑ eaꝫ:tūc opꝫ vt fiat ꝙ escara illa cadat:⁊ caro illa corrupta abijciať. Et medicine faciētes cadere escarā alibi note sunt:de ꝯueniētibus tn̄ in h̄ loco est oleū alacoen.i.de matricaria:⁊ siľr abijciētes carneꝫ corruptā ab vlcerib⁹ in loco suo nota sunt:cūq̄ remota fue rit escara:⁊ ablata fuerit caro corrupta:⁊ apparuerit caro sana:tūc dixit Aui.cureť cura vlceꝝ planoꝝ.i.applanādoꝝ:vt iā factoꝝ planoꝝ.i.tardoꝝ ad curationē suscipiendū. Dꝫ enim curari cura vlceꝝ difficilis curationis:⁊ hoc approbat medicamē qꝺ Auic.subiūxit quo curanť vlcera difficilia qꝺ sic fit.℞.sarcocolle aloes olibani ceruse ⁊ ziniar.an̄.partes equales boli ar.ad pōdus oium.fiāt ex eis forme siľes auel lanis.quaꝝ ꝯfectio fiat cū aliquo robub desiccatiuo:vt cum aqua mirti vel ro.vel cū vino austero:⁊ cū opus fuerit dissol uať vna ex eis in aceto ⁊ aq̄ liniať cū eis locus ponēdo epi thima siue linitionē supra linitionē donec accidat in loco ꝯ ctio vehemens.i.exiccatio multa ⁊ fiat escara:⁊ tunc aut illa escara sic gn̄ata ꝑ se cadet qꝺ erit cū sub ea fuerit humiditas cōtenta:aut opꝫ vt ipsam abradas a loco:⁊ cadere facias:⁊ tūc itera medicamē si oportuerit:⁊ non cesses illud facere do nec cadat totū.s.tota escara vel totū.s.qꝺ auferendū esse vr̄.

¶ Cura vero vesicarū scd̄e maneriei fit cū dieta exiccatiua ⁊ eūone aquositatis cū eis que educūt aquā:⁊ ꝓprie cum tur bith nō exacuito per.ʒʒ.⁊ cū sumptione exiccantiū in actiuis qualitatibus tēperatoꝝ:⁊ cū appositione medicinarū vehe mentis exiccationis ⁊ in oibus medicinis localibus est siľis cure secundarū vesicaꝝ. In cura tn̄ istarum medicine locales debent esse magis exiccatiue q̄ꝫ in cura illarum.

¶ De cācrenis:scakilos ⁊ herpete estiomeno. Cap.xxxj.



De his dispositionibus dictū est in p̄cedentibus in tractatu 3°.cap° de corruptione ⁊ putrefactione mēbri.ad qꝺ ca^m^ recurrendum est pro completa notitia earum.

Et causa earū est pars grossa sanguinis.i.portio sanguinis que in putrefactione eius conuertiť ad melancoliā:que pars sic ad melancoliā conuersa aliquādo aduriť:⁊ de tali in hoc capľo non est sermo.⁊ aliquando putrefit:⁊ aliqn̄:nec aduriť:nec putrefit. Et hec melancolia ex putrefactione sanguinis sic generata hꝫ in grossitudine latitudinē ꝑm quā ex grossa magis vel minus siue aduratur:siue putrefiat:⁊ siue nō adurať siue non putrefiat:⁊ ꝑm has varias dispositiones varias causat egritudines.¶ Inqt enī Aui.ca° de lepra:melancolia aut expelliť ad mēbrum vnū, aut ad totū corpus:⁊ si ad totū corpus:aut putrefit:aut aduritur:aut ꝑmanet feculenta imputrefacta,⁊ inadusta:⁊ si putrefit accidit inde febris quartana:⁊ si aduriť accidit inde lepra:⁊ si ꝑmanet feculenta accidit inde morphea ⁊ albaras. Et si expelliť ad mēbrum:tunc cōsimiliter aut putrefit,⁊ tūc si fuerit subtilis.i.fuerit ex ea portio minus grossa accidit ex ea estiomenus.sup.scakilos vel cancrena:⁊ si aduriť accidit ex ea cancer:⁊ si permanet feculenta accidit ex ea sephyros. Qn̄ādo ergo Aui.in fine huius capituli.dixit de estiomeno ꝙ nisi esset ꝓpter grossitiē materie sue nō adhereret:sed expelleref,non intellexit per eius grossitiē ea que est magis vltima qualis est que est portionis melācolie grossioris:sꝫ intellexit partē eius minus grossam:⁊ que cōparata ad mām ignis persici ⁊ prune pōt vocari grossa. Cōparata tn̄ ad materiaꝫ facientē alias egritudines est subtilis. Ab hmōi ergo portione melācolie minus grossa fiunt cum ipsa putrefit dispositiones p̄dicte:que dicunť differre solū ꝑm maius ⁊ minus.nā cum talis portio melācolie est in putrefieri causatur ex ea cancrena.cuꝫ vero est in putrefacto esse ⁊ hꝫ acq̄sitam formā putrefactionis:sed tamē non adhuc oēs gradus eius causať ex ea ascakilos:⁊ cum fuerit acq̄sita formā putrefactionis:⁊ oēs gradus eius causatur ex ea estiomenus.¶ Et q̄ꝫuis egritudines iste sint de numero melācolicarū:q² facta est mā melācolica.Aui.tn̄ determinauit de eis in tractatu colericarum:q² dixit ipse sermo de his rebus est ꝓportionalis quodāmodo sermoni:de his rebus:quarū rememoratio iā precessit.s.ignis persici ⁊ prune:⁊ ista ꝓportionalitas est in hoc ꝙ tam iste egritudines q̄ꝫ ignis ꝑsicus ⁊ pruna fiunt originaliter ab eadē mā:q² in origine fuit mā sanguinea.Unde ista ꝓportionalitas non est oimoda:sed quodāmodo,qa vt patuit ex putrefactione sanguinis ꝑs eius subtilis transit in colerā.Unde fiunt ignis ꝑsicus ⁊ pruna:⁊ grossum in melācoliā ex cuius ꝑte minus grossa fiunt egritudines p̄dicte. Et postq̄ꝫ declarauerat de egritudinibus factis a mā generata ex subtili sanguine ꝯn̄s erat vt determiaret de facto ex grosso eius:⁊ maxime ex ꝑte minus grossa dicti grossi:q̄ cuꝫ mā gn̄ata ex ꝑte subtili sanguinis maiorē ꝓportionalitatē hꝫ.

Cura harum dispositionū variatur ꝑm ꝙ dispositio putrefactionis in plus vel minus p̄cessit. Duꝫ enim dixit Auic.dispositio in principio ꝑseuerat.i.non ꝑducit ad perditionē sensus ꝑm quā totam dispositionē vocatur cācrena:speratur ꝙ cureť.s.preter hoc ꝙ mēbrum cui accidit habeat cauterizari aut abscindi,sed cum cōfirmatur corruptio in carne:qꝺ est qn̄ in totum sensus deꝑditus est,⁊ vocať tūc scakilos si non ꝑambulat,aut estiomenus,si ꝑambulat:tunc non sperať curatio.s.absq̄ cauterizatione ⁊ abscisione:qm̄ oportet tunc vt abijciatur totum qꝺ corruptum est.

¶ Cura igitur harū dispositionū tres habet generales intentiones:quarū prima putrefactionē prohibet ne procedat,⁊ vltimetur:⁊ ista pertinet ad cancrenam:que tunc variationem recipit ꝑm diuersos gradus ipsius cancrene:⁊ secundo putrefactū iam abscindit ⁊ ꝑtinet ad scakilos:⁊ estiomenū:⁊ tertia ne putrefactio ꝓcedat ambulando ꝓuidet:⁊ ꝑtinet ad estiomenuꝫ. Et cura qūocunq̄ fuerit cōpletur triplici instrumento.s.dieta:potione:⁊ chirurgia. Et cura per dietam in omnibus istis dispositionibus cōpletur per regimen ꝓhibitiuum putrefactionis in oibus sex rebus nō naturalibus.

Cura cancrene.

¶ De cura aūt cancrene ꝑ potionē ⁊ chirurgiā. Dixit Ga.2°
ad Glauco. curātibus nobis q̄ztum poſ̄e eſt incuneatū pl̄m
ſm ꝑticulā.ſ.ſanguinē vel humorē:ꝑꝑ quē ⁊ mortificatio fit
nequeūtibus arterijs ab anguſtatione diaſchola fieri:⁊ dia
ſcholare vel dilatari. reliquas ergo tranſpirationes.ſ.ꝓbere
opʒ ergo vel totā cutim plurib⁹ incisionib⁹ ꝓfundis, deinde
opʒ incidētes ſil̄r eū ea ſubam vel multis fiſſuris ꝓfundis ſca
rificare. Et ſuꝑ 6° epidimiaꝝ. vt 13° poniť ꝯtinē. dixit. ſi acci
dat ī mēbro putrefacto.ſ. nō in termio ꝓcede ad aꝑiendū pel
lem ⁊ extractionē ſanguinis incluſi in ea:ita ꝙ rupture ſint
ꝓfunde ⁊ ꝯcaue in ea. ¶ Dixit Pau. cū diſpō in corꝑe eſt in
prin° q̄ tēdit ad corruptionē vbi cōprehendiť eius ſenſus:⁊
color eſt violaceus ⁊ ſanguis incluſus dʒ curari cū emiſſione
totius illi⁹ qđ in mēbro dolēti eſt:aut cū minutiōe ſi in loco
illo fuerit vena magna.ſ. apta flōmari:aut cuʒ ſcarificatione
totius pellis diuerſa ⁊ pluriū viarū. ¶ Dixit Aui. cuʒ vides
mēbri colorē alterari ſiue iā alteratū:⁊ eſt in via putrefactio
nis:⁊ nō pōt ꝑ applicata putrefactionū ꝓhibētia medicami
na putrefactionē ꝓhibere:tūc nō inuenis excuſationē quin
ſcalpellationē ꝓfundā diuerſoꝝ modoꝝ facias in locis. ⁊ in
telligūt auctores ꝑ ſcarificationē diuerſoꝝ modoꝝ eam q̄ fit
ſm diuerſos ſitus ſiue diametros:q2 dʒ fieri ⁊ ſm longuʒ:⁊
ſm latū:⁊ ſm trāſuerſuʒ:⁊ maxie ſm ꝙ ſitus venarū ipſius
mēbri ſcalpellādi indicat:⁊ eſt ſcalpellatio fiēda plus vel mi
nus ꝓfunda ſm ꝙ loca ipſa indicāt:in q̄bus ſcalpellatio hʒ
fieri:⁊ ſm ſitū mām ꝯculcantē magis vel minus hʒ ꝓfundū.
¶ Et dixit Aui. nō inuenis excuſationeʒ q̄n ſuꝑ ipſo ponas
ſanguiſugas duas vel pl̄es ſm nec̄itateʒ:⁊ maxie q̄n mā eſt
ꝓfunda ꝓprie q̄n refugeret infirmus ſcalpellationē:aut ꝑꝑ
alias cās non poſſet fieri:q̄zuis q̄nq3 cū res magna fuerit ſic
nec̄ia ſcalpellatio ſil̄r:⁊ ſanguiſugaꝝ appoſitio:⁊ dixit. nō in
uenis excuſationē q̄n flobotomes venas ꝑuas ei.ſ. loco can
crenato ꝓximas vt accipiať ⁊ extrahať ſanguis mult⁹:⁊ ſic
ex dictis pʒ ꝙ duplex flōmia ꝯuenit:vna vene magne exn̄tis
in loco cācrenato:vt dixit Pau. ⁊ alia venaꝝ ꝑuaꝝ in circui
tu exn̄tiū:vt dixit hic Aui. ⁊ maxie iſte flōmie vel earū altera
exiguntur q̄n ſcalpellatio ⁊ ſanguiſugarū appoſitio non ſuffi
ciūt:aut nō pn̄t fieri:q̄zuis diſpō ēt in re maxima flōmia cum
alijs ſupradictis nec̄ia ſit. ¶ Et ſcias ꝙ ante ꝑdictas ꝑticula
res euōnes ꝑmittēda eſt euātio vl̄is:⁊ maxie ꝑ flōmiā:⁊ ma
terieꝝ ad oppoſita loca diuerſio:q̄zuis ēt poſt ſcalpellationē
maxie ad ꝓhibēdū fluxū materierū ad locū q ꝯſueuit ſeq do
lorem ſcalpellationis ſi ꝯueniat. ¶ Dixit Gal. vbi.s. derelin
quētes poſt ſcalpellationē.ſuꝑ. ⁊ appoſitionē ſanguiſugaꝝ:
⁊ flōmiā ꝑuaꝝ venarū effluere ſanguinē.ſ. copioſe:poſtea
de farmacijs apponere oʒ ad putrefaciētia vtilib⁹ mēbra.ſ.
rectificāda aut farmaca h̄ q̄ ꝑ oximel ⁊ farinā orobi vel lolij
fuerit:⁊ ſic nō fuerint:tunc ꝑ farinā fabarū:vel ꝑ ipſum ſolū
oximel. Et ſubdit. ſi fortius vti volueris ſuperimitte ſal ꝑdi
ctis. Sil̄r ⁊ Pau. eadē poſuit. Et Auic. ēt ꝯſil̄r poſuit. dixit.
ponendū ēt ſuꝑ locū cancrenatū empl̄m factū ex his in q̄b⁹
eſt ꝓfundatio fortior:⁊ maior penetratio in ꝓfundū q̄z ſit in
empl̄o ponēdo in circuitu:de quo diceť:ſicut eſt farina oro
bi cū ſyrupo acetoſo aut farina ſabarū:⁊ ꝓprie ꝑmixta cum
ſale. nā medicamē ponendū ſuꝑ locū dʒ eē exiccatiuū multū:
qđ faciūt farine ꝑdicte:⁊ ſal ⁊ acetū:⁊ dʒ eſſe aperitiuū ꝓfun
datiuū:qđ facit oximel:⁊ dʒ eſſe abſterſiuū ⁊ reſolutiuū:qđ
faciūt farine ꝑdicte:⁊ maxie orobi:⁊ mel ⁊ ſal vbi multū de
humiditate affuerit. ꝙ ſi adhuc inueniť ipſa humiditas am
plior:tūc vt dixit Pau. ponanť troc̄. andaracarō. ¶ Et. A.
dixit. de illis q̄ ſuꝑilliniunť eſt.ſ. aſſa fetida ⁊ ſemen vrtice:⁊
ariſtol̄. ro. ⁊ ſucc⁹ folioꝝ acori cū de vnoquoq3 ſumiť ꝑs vna
⁊ floris eris. ʒ.5. ⁊ teranť cū aqua donec fiāt ad ſpiſſitudineʒ
mellis. Et de medicinis ꝓhibētibus corroſionē.i. ꝑambula
tionē. vel meli⁹:vt dixit l̄ra extra.i. eſtiomenū.i. ꝓhibētibus
ne cācrena deueniat ad ſcakilos ⁊ eſtiomenū eſt vt ſumatur
flos eris ⁊ aluminis. an̄. ꝑtes equales ⁊ liniať cum eis. ꝓhi
bet.n.ſ. putrefactionē ꝓcedere ⁊ facit cadere illud qđ eſt pu
trefactū:⁊ ſeruat.ſ. ꝑteʒ ſanā nō putrefactā a putrefactione.
¶ Dicūt. ꝙ cinis yrūdinū aduſtaꝝ cū melōgia mixtus:⁊ il
linitus cācrena ⁊ depaſcētia vlcera.i. corroſiua ⁊ ambulati
ua curat ⁊ ſanat. oī aūt tp̄e:⁊ an̄ ſcarificationē ⁊ in actu ſcari
ficationis. ⁊ poſt ſcarificationē vſq3 ad remotionē diſpōnis
cācrenoſe expedit vt defendať mēbrū ſanū in circuitu ne di
ſponať ad corruptionē recipiēdā ⁊ ne recipiat humoreʒ de
fluentē ad locū ꝑꝑ loci debilitatē aut ſcalpellationis dolorē.
¶ Dixit. n. Aui. cū vides mēbri colorē alterari ſiue iam alte
ratū. ⁊ eſt in via corruptionis:tūc opʒ vt ſuccurras liniēdo
ip̄m.ſ. in circuitu:cū eo qđ ꝓhibeat putrefactionē:ſic̄ cū ace
to in q° diſſolutū fuerit de bolo ar. aut terra ſigillata. q̄m exic
cādo hūitatē ⁊ extinguēdo calitatē ex̄neā a putrefactiōe ꝓhi
bet. dʒ tn̄ linimētū h̄ ⁊ qđcūq3 ſil̄e ſepi⁹ amoueri ⁊ innouari
ſiue ꝑmutari:⁊ nō dʒ in loco dimitti donec exicceť. nā exicca
qdā ſuppoſūt ſtercus humanū digeſtū tepidū,ꝛ dicunt eſſe
expertū in reſol̄one antracis ꝛ cōuenit ſuppoſitū ante ruptu
rā ꝛ poſt.Et cōuenit empl̄m de opopanaco cōtrito cū paſſu/
In ſtatu. lis enucleatis.¶Et cū ꝑuenerit ad ſtatum:tūc aſſa ꝛ ruta ꝛ
nitrū cōtritū cū melle miſceant̄:ꝛ ſit q̄ꝫtū ipſa ꝛ ſupponant̄.
Dixit.n.Dioſ.ꝙ hoc empl̄m oīb⁹ ſuſpectis a̅patib⁹ ꝯfert ꝑ
ſidiū ſingulare:q̄ velociter ꝯſumit mām ꝛ finit venenoſita/
tē ei⁹:ꝛ cinis cū oleo in lucerna bullit⁹ ꝛ ſuppoſit⁹ cito māꝫ
ꝯſumit,ꝛ aliqn̄ locū rūpit.Aliō.℞.ſucci ſcabioſe.ʒ.5.piꝑis.
gran̄.20.nūero,ſalgēme.ʒ.5.terb.ʒ.j.ꝛ vnū vitellū oui:ꝛ mi
ſceant̄ ꝛ ſuꝑapponat̄ ex eis antraci ꝛ oīb⁹ puſtulis malis:
qm̄ eaꝝ finit māꝫ:ꝛ qm̄ mortificat ipſaꝫ:ꝛ radicē ei⁹ exhit.
Et ꝯuenit empl̄ꝫ de vrtica in oleo cocta vel empl̄ꝫ ō ſinapi ꝛ
ficub⁹ ꝛ ſterc⁹ galli vel galline recēs:ꝛ cal̄ꝫ ſuppoſitū valet
multū:ꝛ valet affronitū cū terbētina mixtū ꝛ ſuꝑappoſitū.
¶Dicūt qdā.exiccet̄ fel porci in furno:deinde icidat̄ de eo
in tm̄ q̄ꝫtū tenet puſtula antracis ꝛ ſupponat̄:qm̄ ſi adheſe/
rit nō dimittet puſtulaꝫ,donec eradicet eā ꝛ extrahat.ſi ꝟo
nō adheſerit ſignū eſt mortis.Et dr̄.ꝙ de exꝑtis veris eſt vt
accipiat̄ cor buffonis ꝛ aſpergat̄ myrra:ꝛ ſic exiccet̄ in vm
bra:ꝛ ſiccū circūdet̄ ter antraci.q̄ ſtatim iterficit̄.Et ꝑdicta
oīa dicūt cōuenire antraci in declinatione ꝛ de ꝯuenientibus
eſt empl̄ꝫ de ſqlla ꝯtrita vel de alijs ꝯtritis ꝛ ꝑmixtis cū nu/
De maturātib⁹ antracē ꝛ rūpentibus cib⁹ rācidis.¶Qꝛ ſi ꝑm dictā viā curationis antrax nō reſol
uat̄:aut nō rūpat̄,ſꝫ tēdat in viā ſuppurationis:q̄ꝫuis h̄ raro
ꝯtingat ꝑꝑ malignitatē malicie ei⁹:ꝛ iō ſi aliqn̄ ꝯtingit ꝙ in
antrace nō multū malo:tūc oꝑꝫ vt auxiliū ꝑbeat̄ in matura
tiōe ei⁹ cū eis q̄ maturāt ꝛ ſil̄ ꝑparāt ad rūpēdū.Dixit.A.in
illo qō hꝫ ſbaꝫ exiture oꝫ vt admiſtret̄ apō ſtatū ei⁹:ꝛ circa
ſtatū cū aꝑtiōe.i.ad aꝑtionē poſtea fiēdā.Et ꝯueniēs in h̄ eſt
empl̄ꝫ Iſaac factū ō fermēto ol̄o ꝛ ſale trito:qm̄ maturat ꝛ
aꝑit.¶Empl̄ꝫ qō cito maturat ꝛ mortificat antracē.℞.vi/
tellū oui ꝛ ꝯfice ipꝫ cū ſale trito ꝛ extēde ipꝫ ſuꝑ.12.petiolas
rotūdas magnas ꝑꝫ q̄ꝫtitatē antracis:q̄ꝝ vna poſt aliā ſuc/
ceſſiue ſuꝑapponat̄ ei ꝛ dimittat̄ ibi morari ꝑ vnā horam.
Dixit Aui.ꝙ aꝑtio fit cū ēbroca ex aq̄ camomille ꝛ aneti ꝛ
ſiliuꝫ.ſ.aꝑiētiū ꝛ ſbtiliātiū:ꝛ alijs q̄ dicent̄ i de rūpētib⁹ exi
turas.¶Notāt.oīa maturatiua ꝓhiberi ōbere in oīb⁹ a̅pa
tib⁹ malis toto tp̄e q̄ nō vr̄ māifeſte trāſire i viā exiture:qm̄
putrefᵃᶜᵐ iducūt ꝛ iductā augēt ꝛ poros opilādo extrīſecos
ꝓhibēt exalationē vapoꝝ maloꝝ:ꝛ ſic cāꝫ exhibēt vt ꝯuer/
tant̄ ad iteriora ꝛ ledāt leſiōe magna.Errāt ḡ ſtolidi q ſtatiꝫ
in ꝑn° cū maturatiuis iſiſtūt.De laudatis āt in maturatiōe ꝛ
aꝑtiōe ē ſucc⁹ ſambuci ſol⁹,vl̄ cū farina frum̄ti mixt⁹ ꝛ ap/
poſit⁹:ꝛ ſil̄r ſucc⁹ ebuli decoct⁹.¶Qꝛ ſi ꝑ dictaꝫ viā antrax
maturat⁹ nō erupit ferro aꝑiend⁹ erit:ꝛ nō tardet̄ in h̄,neqꝫ

expectef pfectio ſanici. ¶ Aui. poſuit q̄dā empl'a ꝯueniētia i
carmata ⁊ ſephyros ⁊ oib⁹ ātracib⁹ nō mlt̄ū malignis: ⁊ p̄m
ſic fit. ℞. ca. veñ. ⁊ atriplicis ⁊ volubilis. ſ. maioris: ⁊ radicū
altee. añ. partes ꝯueniētes: ⁊ ponanf cū pauco gūmi pini: ⁊
iſtud maxie cōpetit in p̄n°: cōpeteret ēt cū fieret trāſitus i viā
exiture. ¶ Scōm. ſ. fit ex glutino albotin ⁊ gūmi pini ⁊ muꝫ
⁊ lupinis: ⁊ maxie cōpeteret in ſtatu ⁊ declinatiōe. ¶ Tertiū
fit de radice cucumeris aſinini cū glutino albotin ⁊ ꝓprie cō
peteret in augmēto. ¶ Et 4^m fit cū ficubus ⁊ nitro: aut cuꝫ
nitro fermētato: ⁊ maxie cōpeteret in declinatiōe ⁊ cū q̄reref
eruptio. ¶ Cura antracis intētionē dirigēdo ad malā diſcra
ſiā q̄ eſt febris: vt pl'm acuta de genere peſtilētialiū: naꝫ hmōi
Cura fe/bris in an/trace. apata ⁊ ſilia: vt dixit Auer. coll'ꝫ 7°. inducūt febres peſtilen/
tiales: pficif ſicut cura febris peſtilentialis q̄ poſita eſt in ſer
mone 2° in ꝓprio capl'o. ad qđ recurrēdū eſt. Hic tñ dōm. ꝙ
iſta cura maxie v̄tif ad alterādū ⁊ defendēdū ⁊ ꝯfortādū cor
cū infridatiōe: ⁊ ad iſtud ꝯferūt granata acetoſa ⁊ acetoſitas
citri: ⁊ odoramētū redolētiū fridoꝝ. Et ſubdit. ſubleua. pl'm
intētionis tue ad ꝯſeruadā virtutē ⁊ infridādum cor. nā loci
vbi eſt antrax nō eſt curatio poſſis: niſi poſt illud. Et Aui. di/
xit. deinde. oꝫ. ſ. poſt euōnē vt reuertaris ad cor cū defenſiōe
eius: ⁊ ꝯfortatiōe: defenſione q̄dē vt nō ledaf ab euaporatio/
ne venenoſa: ꝯfortatione aūt vt repellat a ſe leſiuū: ⁊ hoc fac
dixit ipſe: cū eis in q̄bus eſt infridatio ⁊ odoramētū. i. cū fri/
gidis odoriferis fridis: vt alterēt malā diſcraſiā cal'aꝫ ⁊ ſpūꝫ
vniāt: ⁊ ab exalatione defendāt: vapores ēt ingroſſent ⁊ reſi
ſtant putrefactioni. odoriferis v̄o: vt ꝯfortēt cor ⁊ ſpūs eius
multiplicēt q̄ frida ⁊ odorifera pñt ⁊ debēt adminiſtrari ab
intra ⁊ extra. Et ſint ſumpta. dixit Aui. ex eis q̄ ſunt ſicut ace
toſitas citri ⁊ mumie: ⁊ ſicut rob. pomoꝝ ⁊ cidonioꝝ: ⁊ gra/
natoꝝ acetoſoꝝ valde: ⁊ dicunt q̄dā. ꝙ iſta lr̄a mumie corru
pta eſt: ⁊ oꝫ dici miue: ſꝫ non vr̄: q2 miuā q̄ eſt rob. citoniorū
exp̄ſſit. Alij dñt. ꝙ oꝫ dicere lumie: ⁊ hoc eſt veriſile: q2 rob.
eoꝝ eſt valde vtile. Et q̄dā dñt ſaluari lr̄am eo ꝙ mumia cō/
petit: q2 a putrefactione p̄ſeruat: vñ oꝫ exhiberi in ꝑua q̄ꝫti/
tate: ⁊ cū acetoſitate citri calefaciat: ⁊ ſilr̄ dicunt illi. ꝙ lr̄a oꝫ
dicere mirre. ſup. cū ſupradicta ⁊ eis ſilia. Exhibenf ab intra
in forma ſyrupi vel iulep. vel ꝯfectionis ſiue electuarij. ¶ Et
ex dictis pꝫ error eoꝝ q̄ exhibēt tyriacā ⁊ alias ꝯfectiōes ca/
lidas: ⁊ maxie cū vino: q̄m ꝑ ea eger citius ducif ad ꝑditio/
nē. Et errauerūt iſti. puto grauius: q2 q̄ꝫuis indicatiōe ſum/
pta a mala cōpl'one calida: ⁊ ab euaporatione ſiue māe ſubti
litate ꝯueniāt frida: ſicut auctores p̄dicti dixerūt inde indica
tione ſumpta a venenoſitate māe antracis ⁊ euaporationis
eius oia bezabaralia ꝯueniūt: ſiue calida ſint: ſiue frida: q̄m
⁊ calidoꝝ iuuamētum qđ efficiūt ꝯ venenoſitatē: cui ſup oia
alia magis eſt reſiſtēdū: ⁊ rōne cuius antrax ⁊ alia peſtilētia/
lia apata mortifera dicunf lōge maius eſt nocumēto qđ effi
ciāt in itēſione diſcraſie calide: ⁊ eſt hoc de intētione auctoꝝ.
Ad hāc. n. itē. Gal. in libello de cōmoditatib⁹ tyriace in mor/
Vide hic ꝙ tyriaca mlt̄ū lau/dat̄ i mor/bis peſti/lētialib⁹: ſꝫ nō q̄ūo ⁊ qñ. bis peſtilētialib⁹ ꝯceſſit eā ⁊ ſecuti ſunt eū modernoꝝ q̄ꝫplu
rimi. Vñ Gal. dixit. exhibe ei de tyriaca in potu. ʒ. 5. Sent. di
xit. ꝙ vbi nō eſt inflātio multa eſt tyriaca optima ⁊ agit ꝯtra
venena. Dicunt ēt ꝙ expientia hoc declarat: ⁊ expientia vidi
luce in epidimia q̄ ibi fuit in antracib⁹ ⁊ bubonibus peſtilē/
tialibus ꝙ elliuꝫ bezabarale qđ ibi cōpoſui in quo p̄domina
banf cal'a fuit vltime opationis. Fateor tñ ꝙ vbi hērenf be/
zabaralia frida huic egritudini ꝙ ipſa melius ⁊ ſecurius ap/
proximarenf: ſꝫ q2 talia valida repiunf raro. Aut ſi repiunf
in eoꝝ abñtia vtendū eē calidis: in doſi tñ ⁊ gradu remiſſio/
ribus: aut exhibitis cū fridis remittentibus calitatē eoꝝ. Et
hoc indicauit Auer. coll'ꝫ 7°. in carbūculo q̄ apud eū ē ignis
perſicus. Dixit. n. dabis ēt ei aliq̄ꝫtulū de tyriaca magna: ⁊ ſi
cōceſſit eā in igne pſico multo magis ⁊ melius in antrace: re
mittunt. n. calitatē bezabalariū calidoꝝ tyriace metridati ⁊
ſiliuꝫ: ſucci fridi odoriferi ſupradicti ⁊ aqua cicoree: ⁊ aq̄ bu/
gloſe: ⁊ maxie bezabaralia calida debēt corrigi cū fridis cuꝫ
exhibenf in p̄n°: nā in ꝓceſſu: ⁊ cuꝫ iam q̄rif reſolutio pura
abſq3 frigidis pñt ſecurius exhiberi. Et fortaſſe ad hāc horā
ſe retulit magnus Bernardus, qñ in ꝯſilio ſuo ꝯtra epidimiā
deſcripſit electuariū intenſe caliditatis ⁊ iuſſit exhibendum.
¶ Sūt q̄dā q̄ aſſerūt ſuccū ſcabioſe bibitū ꝯferre cū ꝓprieta
te mirabili: ⁊ in antrace cū febre acuta exhibēt cū tyriaca vl'
metridato ⁊ aſſerunt ſe vidiſſe effectū mirabilē. ¶ In appro
ximandis aūt ſupradictis ab extra. dixit Aui. fiat olphatus
ſicut roſ. cāphore ⁊ ſandaloꝝ: ⁊ q̄dā cōponunt ex eis pomū
cū glutino dragagāti: ⁊ ſunt q̄ ex eis addunt modicū croci ⁊
muſci vel ambre ꝑꝑ cām ſupius dictam. ¶ Et dixit Aui. po/
nanf ſup cor epithimata infridantia ꝯfortātia facta ex eis q̄
cōueniūt hñtibus pulſuꝫ cordis: ⁊ hñtibus peſtilentiā: ⁊ ꝑꝑ
cām iā dictā q̄dā eis addūt de croco vel gariofi. muſco ⁊ ſili/
bus. Inq̄t. n. Meſue. ꝙ medicine cordis fride nō ſunt expo/
liāde ab aliq̄bus cordialib⁹ calis: quare ꝯueniēter admiſcef
eis crocus. ¶ Cura aūt antracis indicatione ſumpta ab acci Correctō accidētiū
dentib⁹ duas hꝫ ꝑticulares intētiones: quaꝝ vna eſt vt ꝓhi/
beanf anteq̄ꝫ fiant ⁊ cōplef ꝑ regimen ſupradictū: vt dieta ⁊
potione. 2ª eſt. vt poſtq̄ꝫ facta ⁊ inducta fuerint corriganf ⁊
emendenf ⁊ cōplent eā: q̄ ipſis accñtibus ꝯuenire dicta ſunt
in capl'is illis ad q̄ recurrere opꝫ. Tumori tñ in antracis cir/
cuitu eueniēti ꝯueniūt maxime in p̄n° que calitatē in loco ſe
dent: dolorē mitigēt, ⁊ ꝙ nō amplius augeaf ꝓuideāt: maxi
me cū iam de collecta in loco mā aliq̄d diminuere poſſint: ⁊
abſq3 attractione reſoluere. Et de laudatis in p̄n° ad hoc eſt
empl'm factū de medulla panis ſimile fermēti iſuſa in ſucco
lēticule aque plātaginis ⁊ aceto: qñq3 loco aceti ponif vinū
ponticū: p̄cipue qñ in loco nō fuerit inflāmatio vehemens: ⁊
locus fuerit vlceratus. Et in aug'° addif p̄dictis flos camo/
mille ⁊ mellilotū: ⁊ in ſtatu addif eis orob⁹ ⁊ loco aceti po/
nif vinū auſterū. Et in declinatione: amotis ſuccis p̄dictis: ⁊
vino auſtero vel aceto addif vinū nō pōticū. Sic. n. ꝓcedēdo
mā tumoris reſoluif ⁊ ꝯſumif: ⁊ ad interiora nō repellif.

Cura vero antracis ꝑ inſtrumētum cyrurgie ſic impleri
oꝫ. Dixit Raſ. in diuiſionibus. locū ſcalpella. ſ. ꝓ/
funde: vt ꝑueniaf ad radicē eius: ⁊ ablue ſanguinē eius cum
aqua cal'a: ne ꝯgelef ſanguis in loco ſcalpellationis: ⁊ nō cur
rat: ſiue nō fluat exterius: imo vt bñ effluat. dixit ipſe ſugaf
ſuctione leui. ſ. cū vētoſis appoſitis cū pauco igne vel ore alf
cuius vilis ꝑſone: vel ⁊ pluriū. Ueꝝ ſi ore ſugaf ſugēs regē/
dus eſt regimine dicto in ſermone 4°. in cura ſugentiū vene
na. ¶ Dicūt q̄dā. hoc maxie facere ꝯuenit in ſtatu. Vñ Aui.
loquēs de cura in ſtatu dixit. curef cū ſcalpellatione ſi poſſi/ Scalpel/lādus eſt loc⁹ ⁊ qñ.
bile eſt: ⁊ fiat ꝙ currat qđ eſt in ipſo ad extra. Quidaꝫ tñ di/
cunt, ⁊ bñ. ꝙ Aui. hic per ſtatū intellexit totū tēpus qđ eſt a
premiſſione euationū ⁊ diuerſionuꝫ vſq3 ad declinationē ex/
cluſiue. ita ꝙ volūt ꝙ p̄miſſis vl'ibus de euatione materie ⁊
diuerſiōe ſcalpellatio debeat fieri: ſiue in p̄ncipio: ſiue in aug
mento vel in ſtatu: imo ſciendum eſt ꝙ quāto citius ſanguis
malus de loco per ſcalpellationē extrahif p̄miſſis dictis vli/
bus tanto melius eſt ⁊ magis aſſecuraf locus: ne ſupueniat
ei corruptio ⁊ mors. Et fortaſſe ꝓpterea ſubdit Aui. non di
mittaf. ſ. diu ⁊ anteq̄ꝫ fiat ſcalpellatio ꝙ brunum fiat ⁊ deni/
greſcat locus: q̄m ſi ſic dimittif addif venenoſitas eius quo
tidie. Immo forſitan tunc addita eſt in tm̄ ꝙ ſcalpellatio: ⁊ ſi
fiat nō ꝓderit: ⁊ dixerūt quidā ⁊ bñ non dimittaf. ſ. ſcalpella/
tionis reiteratio ſi prima nō fuerit ſufficiens ꝙ ſcies ꝑ inten
ſionē accidētiū vel ſaltē per pſeuerantiā eoꝝ in intēſione ſua
a qua nō remittunf: tūc. n. non oꝫ dimitti reiteratio ſcalpel/
lationis tādiu vt locus brunus fiat: imo oꝫ fieri ne denigref
propter maliciā māe que remāſit poſt primā ſcalpellationē:
imo ⁊ ſi non ſufficit ſcđa ſcalpellatio fiat ⁊ tertia ⁊ quarta: ⁊
ſm̄ ꝙ rei malicia exegerit. Et dixit Aui. poſt ſcalpellationeꝫ
fac vt currat ex ea ſanguis plurimus: curret autē plurimus
ſi ſup loco ſcalpellato fricatio fiat cū petia infuſa in aqua ca/
lida: aut ſupponaf ventoſa cū pauco igne cōprehendēs totū

locum scalpellatū: cuius appositio reiteref: si necessariū fuerit. Et q2 multi scalpellationē refugiunt: ⁊ p̄cipue ꝓfundaȝ: opȝ in eis vt sanguisugaꝝ fiat appositio vnius vel pluriū: ⁊ cum reiteratione ſm ꝙ videbit oportere: ⁊ post earū casum permittat: vt de sanguine effluat plurimuȝ. ¶ Ego aūt vidi post scalpellationē vel sanguisugaꝝ appositionē ⁊ exitū sanguinis ꝙ appositio galletoꝝ vel pipionū: siue columboꝝ per mediū dorsi scissoꝝ vnus post alterū est singulare ⁊ vltimuȝ remediū: qm̄ venenū mirabilr̄ sic attrahit ⁊ mēbrū ꝯfortat dolor mitigat: ⁊ nullus nāe terror infert. ¶ Dicūt post scalpellationē ⁊ sanguinis extractionē per eā supponit loco scalpellationis de optima tyriaca ⁊ bn̄ fermētata mixta cū puluere gentiane: qm̄ oēm venenositatē ad se trahit ⁊ educit: ⁊ vulnus cōsolidari non ꝑmittit. Ipsum.n. tādiu tenēdum est aptuȝ. donec febris ⁊ oīa alia accn̄tia fuerint oīno deleta. Et dicūt, ꝓdictā tyriace appositionē debere fieri: si ante scalpellationē locus nō fuerit denigratus: aut ēt si fuerit: ⁊ post scalpellationē fuerit in eo nigredo remissa vel ablata. Si vero nigredo p̄existens nō fuerit amota per scalpellationē: aut fuerit aucta: aut de nouo aduenerit: tūc signū est malitie magne non auferēde per tyriacā: sed cauterizādus est locus. ¶ Dixit Raſ. vbi supra. si per scalpellationē non curat: sed ꝑambulat ⁊ addit nigredo eius: cauterizet: aut cū igne: aut cum medicina caustica supradicta: itaꝙ cura recta ē ⁊ bona: ⁊ ſm menteȝ auctoꝝ. Uerūtn̄ medici moderni nō seruant dictum ꝓcessum circa localia: imo statim cauterizant: q̄uis dicant quidā hoc fiendū esse ad euitandū infamiā vulgi q credit ꝙ hic morbus cauterio debeat perimi: ⁊ nō aliter posse curari: ⁊ ne si ꝑꝑ aliquā cām infirmus cōuerteret ad mortē: dicatur medico interfecisti hunc hoiem: q2 nō interfecisti morbum. Mihi aūt vr̄ rōnabilr̄ esse cauterizandū: nā sicut in curatione venenoꝝ ab extrinsecis corpori illatoꝝ cū morsu vel punctura cautio. al's. cauterizatio p̄sto facta cōpetit ad salutem: qm̄ cauteriū mām venenosam a principalibus diuertit: ⁊ de ꝓfundo corpe attrahit: ⁊ in loco adductā ⁊ ꝯtentaȝ dissipat ⁊ ꝯsumit: ⁊ silr̄ cōpetere dȝ in antrace ⁊ quolȝ alio a͞pate venenoso: qm̄ venenū in eo inuentū destruet ⁊ cōsumet: ⁊ ꝙ in ꝓfundo fuerit ad locū trahet ⁊ educet: cuius signuȝ ꝙ qn̄ꝙ ex loco cauterizato visa ē egredi venenosa humiditas nigra encaustro silis. Debet aūt causticatio p̄sto fieri: ⁊ dȝ accipere partē vesicatā ⁊ escaratā: ⁊ in circuitu vsꝙ ad ꝑteȝ sanā: ⁊ dȝ ꝓfundari: donec ꝑueniat vsꝙ ad radicē eius: ⁊ eam destruat totā. Cauteriū aūt supꝑficialiter factū ⁊ non ꝓfundatū longe magis nocet q̄ȝ ꝓferat: qm̄ venenū in loco existens non cōsumit: neꝙ qd̄ est in ꝓfundo ad locū trahit: sed cū duritie ⁊ testea soliditate escare supinducte: ⁊ sub ea remāsit venenosum ab exalatione ⁊ transpiratione debita ꝓhibet. Et ꝑꝑea apud me nō est recta opatio eoꝝ qui antracē cauterizant cū cera liquefacta supꝑflua accipiētes candelā cereā accēsam ⁊ effundentes de cera q̄ in circuitu licinij liquescit guttā post guttā: qm̄ tale cauteriū non ꝓfundat: sed solaȝ supꝑficiē accipit. Et silr̄ ꝑꝑ dictā cām non est apud me recta opatio eorū qui accipiunt bucellā panis ſm quātitatē antracis ⁊ infundūt eā in oleo feruētissimo ⁊ sup antracē apponūt: q̄uis istoꝝ opatio minus mala sit q̄ȝ opatio cum cera liquefacta: ⁊ maxime qn̄ pluries iterat. Debet itaꝙ medicus in cauterizatione antracis ⁊ silium cōsiderare tp̄s morbi in quo cauteriū facit: nā si facit ip̄m in p̄n°: ⁊ cū nōdū tota mā venenosa expulsa est ad locū: tūc post cauteriū non dȝ expectare casum escare: sed ilico dȝ eā cū pilo inq̄ȝtū poterit amouere: vt non ꝓhibeat per eam defluxus ad locū residui māe que in ꝓfundo remanserat: siue cauteriū fecerit ꝓfundū: siue nō. Sed tn̄ si errauerit ⁊ cauteriū non ꝓfundauerit: ⁊ ꝓfundare nō potuerit ꝑꝑter intolerantiā infirmi vel aliaȝ cām: vt in dispositione loci: tūc amota escara dȝ cauteriuȝ iterare: ⁊ hoc donec ꝓfundet: ⁊ si cauterij iteratio fieri non poterit: dȝ locus scalpellari vt fiat via materie expellende ⁊ exalationi eius: qdam tn̄ sunt qui post cauteriū non ꝓfundans loco vlterioris ꝓfundationis apponūt scabiosam ꝯtritā dicentes eam cū mirabili ꝓprietate ꝓferre: Si vero facit medicus cauteriū in ꝓcessu: ⁊ p̄cipue in statu: ⁊ cū iam tota mā vel quasi tota ad locū expulsa fuerit: tūc hȝ inducias ad casum escare p̄ter ꝙ eam cū pilo amoueat. ¶ De medicinis aūt vtilibus ad cauterizandū in antrace ⁊ silibus est: vt sumas calcē viuā ⁊ saponē gallicū ⁊ piper contritū: ⁊ cōmisce ea cū saliua: ⁊ suppone in noie creatoris cauendo: ne tangat partē sanā: mortificat.n. antracē cito. Et quidā cōficiunt dictū causticū sine pipere: ⁊ qdaȝ loco saliue apponūt capitellū vel lixiuiū: ⁊ qdaȝ acetū: ⁊ dicūt. ꝙ si calx facta fuerit de lapide spongioso ꝙ melior erit. ¶ Et de vtilibus ad mortificandū antracē est: vt sup eū ponat medicamē qd̄ sic fit. ℞. cantaridarū vstarū. al's. contritarū olei ⁊ saponis galici. an̄. partes equales: ⁊ dissoluant cuȝ capitello: qd̄ sic fit. ℞. cineris quercus: siue cerri quo vtunt tinctores partes. iiij. calcis viue partes. vj. ⁊ supercolet aqua: ⁊ opȝ vt cū superponit causticū superliget ligatura non ꝑmittente illud a loco antracis separi. Et vt qn̄ diu supertenet maxime qn̄ mā tota vel quasi tota expulsa fuerit ad locū in circuitu ꝓhibitiuum superponat materierū ad locuȝ fluere potentium. ¶ Post ꝑfectā causticationē intendendū est ad casum escare cum supꝑappositione butyri solius: aut mixti cū oleo vel aliqua assungia: aut cū suppositione empl̄i: qd̄ optimū reperit ad casum escare cauterij: qd̄ sic fit. ℞. brance vrsine ⁊ malue: radicuȝ altee mundatarū. an̄. M.i cōtundant optime ⁊ misceant cū assungia porci nō salita: ⁊ cū butyro antiquo ⁊ dimittant simul putrescere per tres dies: postea exprimātur ⁊ colent ⁊ colature addat parū cere ⁊ masticis ⁊ vsui reseruetur: aut superponat empl̄m ꝯfectū de malua vel maluauisco farina frumēti ⁊ fenugreci vel seminis lini ⁊ multo butyro. ¶ Cūꝙ locus antracis vlceratus fuerit ꝑꝑter corrosioneȝ incisionē vel scalpellationē vel causticationeȝ remota escara nullo mō de p̄dictis mollificantibus vel alijs silibus: vel de maturatiuis apponendū est vt putrefactionē faciant: aut factā augmētent: sȝ regendū est tūc tale vlcus regimine vlceris fraudulenti mali: cūꝙ mundificatū fuerit: ⁊ tp̄s fuerit: vt in eo caro generet: tunc dicunt quidā repleat vlcus folijs basiliconis: q2 non est eis par in generatione carnis.

Margin: De cauterizatione loci q̄ ēt i p̄n° cōuenit ⁊ qn̄o

Margin: Medicine cauterizatiue cōuenientes.

Margin: Facientia cadere escaram.

Margin: De cōsolidatiōe vlceris.

¶ De a͞patibus emūctorioꝝ: siue de bubonib⁹. Cap. xxxiij.



Supra in primo tractatu huius sermonis declaratū est: ꝙ quedaȝ sunt mēbra vocata glandosa: qm̄ eoꝝ cōpositio ex carne glādosa existit: ⁊ ista quedā sunt facientia opationē ⁊ iuuamentum: de quorū numero sunt testicul mamille ⁊ caro glandosa in collo vesice. de a͞patibus horuȝ mēbroꝝ non est sermo in hoc capl'o. sed dicet de eis in sūma sequēti huius tractatus: ⁊ quedā sunt mēbra que sunt glandule solū que operationē nō faciunt in corpore: sed iuuamētum tantū: a Gal'. adene vocate: ⁊ de a͞patibus hoꝝ inferius dicet in ꝓprio capl'o. ⁊ quedā sunt mēbra vocata glandosa: non q2 ex carne glādosa cōposita sint: neꝙ q2 sint glandule: sed q2 eoꝝ carnes lapse sunt ⁊ molles ad modū carnis glandose: ⁊ q2 in ipsoꝝ carne multe glādule siue adene reperiuntur ⁊ sunt: ⁊ talia mēbra sunt loca emūctoria: ⁊ quecūꝙ alia in qbus multe de dictis glādulis reꝑiri pn̄t. Et de a͞patibus hoꝝ mēbroꝝ agit in hoc capl'o. ¶ Et q2 hmōi a͞pata aliqn̄ vocant a͞pata glandulaꝝ. Ideo sciendū est. ꝙ a͞pata in glandulis eueniētia ab auctoribus triplr̄ reperiunt accepta. vno mō pro a͞pate flātico: cuius mā est separata in mēbro ⁊ collecta in pāniculo: siue folliculo. Et de his in capl'o de glādulis ⁊ scrophulis de qbus intellexit Aui. p̄mi 2ª cuȝ dixit. capl'o de egritudinibus cōpositis: glandule sunt sepate inuolute in coopꝑtorio. 2° mō pro a͞pate flātico. cuius mā ingrossata ⁊ indurata est in vnū aggregata: nō tn̄ sunt in folliculo: ⁊ vocantur nodi. Et Aui. in ca° de nodis vocauit eas glādulas: ⁊ dicet de eis in capl'o ꝓprio: 3° mō dī de a͞pate carnis mollis cō

Margin: Apata in glādulis eueniētia triplr̄ accipiunt.

tinentis glãdulas: ⁊ dicunt᷑ hm̄oi apostemata emũctorioꝝ: ⁊ vocantur cõiter bubones. ¶ Bubo tñ pro ap̄ate sumptus tripl'r reperit᷑ sumi: vno mõ ꝓprijssime pro solo apostemate inguinũ ꝓprijssime bubo: q2 inguina bubones vocantur: q2 latitant in corpore more bubonũ auium nocturnarũ: que in die latitant: ⁊ in nocte vagant᷑: vel dicit᷑ apostema inguinuꝫ bubo: q2 in eis formam oblongã hꝫ: sicut bubo auis: ⁊ hoc ap̄a nostro idiomate vocat᷑ anguix. scd̄o mõ sumitur ꝓprie pro apostemate cuiuscũqꝫ emunctorioꝝ. Et tertio mõ cõiter pro apostemate partiũ exterioꝝ maxime vniuersaliũ ⁊ proprie eius qd̄ ad exituraꝫ deducit᷑: vnde in diuisionibus. dixit Ras. cum perforat᷑ bubo. i. exitura: ⁊ isto tertio mõ sumitur ab Hipp. 4° affoꝛ. cum dixit. in bubonibus oẽs febres male sunt. ¶ Et Gal. 2° ad glauconẽ. posuit bubonis cõiter sumpti tres spẽs: quarũ vna retinet nomen generis: ⁊ dr̄ bubo. scd̄a sima. ⁊ fichende 3ª. ait enim ibi bubo. sima: ⁊ fichende adenarũ ⁊ carnium cõtinentiũ adenas passiones sunt: sꝫ bubones dicuntur oẽs flegmones in adenis. i. dictis carnibus euenientibus: ⁊ sima est ex eis illud qd̄ cito ad suppurationẽ prouenit vel ꝑperat vel fichende dicit᷑ flegmonosus herisipillas vel herisipillosus flegmon. ¶ Et bubones siue ap̄ata emunctorioꝝ valde raro fiunt per viam cõgestionis: sed ꝫm plurimũ: ⁊ cõiter semꝑ fiunt per viam defluxus. Ait. n. Ras. 13° ꝯtinen. aucto. Gal. ꝙ in carne molli. s. emunctorioꝝ sunt tres virtutes de quatuor virtutibus. s. nãlibus debiliores q̃ꝫ in oĩbus alijs mẽbris que sunt in corpore: ⁊ iste tres virtutes sunt attractiua retentiua ⁊ expulsiua: verũ virtus alteratiua vel digestiua in eis est fortis: sicut in mẽbris multis: ⁊ propter fortitudinẽ digestiue sue non cõgregant materias: sed ꝓpter debilitatẽ earum virtutũ. ¶ Dixit Gal. supueniũt ei supfluitates abũdantes: ⁊ q2 caro mollis non hꝫ ventriculos. i. cistes que sunt receptiue illarũ superfluitatũ vel nõ hꝫ ventriculos. i. mẽbra ad que expellat: ⁊ ex eis ad extra corpus: iõ remanent ille supfluitates intra ⁊ causant in ea apostemata. Et subdit in quo corpe fuerint pulmo cerebrũ: ⁊ reliqua viscera fortiora manatio guttarũ in eo erit ad glandulas. i. ad dictas carnes in q̄bus cõtinentur glandule. Etenim sciendũ est: ꝙ supfluitates predicte qñqꝫ expellunt᷑ ad eas ꝫꝫ semitã crisis: ⁊ hoc virtute expellentis eas de principalibus ⁊ nobilibus ad emũctoria ⁊ vilia: aut vi sinthomatis stimulatione illata ab eis mẽbris nobilibus: seu cũ quãtitate generate: seu cũ qualitate mala ledente q̃ꝫ stimulationẽ recipiens virtus expulsiua illoꝝ impotens expellere eas ad extra corpus: expellit irritata ad emũctoria ipsa: ⁊ alia ignobilia mẽbra: ⁊ qñqꝫ non expellunt᷑ ad ea ꝫm semitã crisis: neqꝫ nature cretice: neqꝫ sinthomatice: sed q2 cõgeste vel coadunate in nobilibus valde onerãtes deponunt᷑ ab eis excidũt ad emũctoria: ⁊ qñqꝫ non expellunt᷑: neqꝫ deponunt᷑: sed attrahunt᷑ ad ipsa ꝓpter dolorẽ vel vlcus vel scabieꝫ existentẽ in aliquo mẽbro ad qd̄ ipsa mẽbra emũctoria vel vilia sunt via transitus: sicut dixit Gal. p̄ de interioribus p̄dictis modis supuentus superfluitatũ ad emunctoria. ¶ Dixit Auic. apostemata glandosa que non incidũt in malagatũ. i. pestilentialiũ: qñqꝫ accidunt casu in crisibus. s. creticis vel sinthomaticis: ⁊ qñqꝫ accidunt casu expulsionis a mẽbris radicalibus. i. que sunt radices ⁊ minere virtutũ: siue nobilibus: ⁊ qñqꝫ dixit ipse attrahunt ea vlcera ⁊ ap̄ata alia suꝑ extrema existentia ad que currunt materie in vijs: quarũ incedũt. al's. sunt carnes ipse glandose: quare inuoluunt᷑ cum eis: ⁊ in tumorẽ eleuantur: sicut accidit inguini ⁊ subasselle in ap̄atibus amboꝝ in eo q̄ hꝫ scabiem: aut vlcera suꝑ pedes ⁊ manus: q̃ꝫuis eniꝫ vlcera ⁊ scabies sint cã ꝙ mã trahatur ad locũ in quo sunt: nihilominus mã fluens illuc ⁊ transiens suꝑ loca debilia ⁊ cauernosa lapsa ⁊ rara in eis irritatur ⁊ imbibit᷑ ⁊ retinet᷑ in eis. Et dixit Aui. de his modis in ap̄atibus que nõ incedunt via atagatũ q2 noluerit ꝙ incedentia via atagatũ sĩlibus modis generent᷑: imo voluit ꝙ etiã incedentia via atagatuꝫ sĩlibus modis generẽtur: ⁊ maxime primis tribus modis: sed sic dixit: q2 ap̄ata que in bubonibus eueniunt ꝫm plurimuꝫ non sunt de mã venenosa: qñqꝫ tñ fiunt de mã venenosa: ⁊ maxime pestilentialibus: vt p̄terite multe pestilentie monstrauerunt. ¶ Dixit Ras. 14° ꝯtinẽ. ex sũmis glau. ꝙ dr̄ thayni. i. pestilentiale accidit: qñqꝫ in carne molli ꝙ si accidat in radice auris ex supfluitatibus cerebri erit: ⁊ ideo erit frigidum ⁊ quiescens. s. si per accidens non efficiatur calidũ: ⁊ si accidat in assella crudele erit ⁊ acutuꝫ: eo ꝙ ex supfluitatibus cordis erit: ⁊ si accidit in inguine minoris acuitatis erit: eo ꝙ ex superfluitatibus erit epatis. ¶ Scienduꝫ est ẽt ꝙ quilibet humor põt expelli ⁊ influere emũctorijs ⁊ frigidus ⁊ calidus. Uerũtñ q2 magis parati sunt influere humores calidi q̃ꝫ frigidi, hinc ẽ ꝙ plurima ap̄ata eoꝝ sunt calida: ꝓpterea de eis determinatum in doctrina ap̄atum calidorũ: eoꝝ tñ que eueniunt ꝫm semitã expulsionis materie calidius est qd̄ accidit in subassellis. ⁊ post ipsum qd̄ aduenit inguinibus ⁊ vltimũ qd̄ accidit in emũctorio cerebri: ipsum. n. ꝫm plurimũ est frigidũ: vt dixit Ras. in diuisionibus, secus est de euenientibus in eis ꝫm semitã crisis: nã calidius eoꝝ est qd̄ accidit in emũctorio cerebri: ⁊ de his loquens Gal. super 2° ꝓnosticoꝝ. cõmento. 24. dixit. ꝙ euenientia in emunctorijs cerebri sunt de mã calidiori: ⁊ post hec sunt que in subassellis: ⁊ deinde q̄ in inguinibus. ħ idẽ voluit Aui. q̄rti 2ª de signis crisis exiture. ⁊ rõ eoꝝ sumit᷑ a caliditate subtilitate ⁊ leuitate mãe: cuius est ferri sursum. Et q̄dem ap̄a in emũctorijs fiat ꝫm semitaꝫ cõgestionis illud erit flegmaticũ: qm̄ caro mollis eoꝝ frigida est: ⁊ flãtico sanguine nutrit᷑: ⁊ ei eius supfluitas attestat᷑. ¶ Dixit Aui. ista ap̄ata qñqꝫ sunt cũ repletione corporis. i. multa: ⁊ qñqꝫ nõ est in corpore repletio plĩma. In oĩ tñ ap̄ate eoꝝ facto per viã defluxus repit᷑ in corpore vel mẽbro mediãte repletio: ⁊ ex dictis appere p̄nt quot ⁊ q̄ sunt spẽs eoꝝ.

Et signa generis nota sunt per sensum ⁊ relationem. ¶ Et signa specierũ distinctarũ ꝫm materias etiã nota sunt ex signis generalibꝰ suprapositis. ¶ Et signa venenosoꝝ sunt euẽtus accidentiũ maloꝝ ⁊ febris pestilentialis: ⁊ eueniũt in pestilẽtialibus regionibus malis: ⁊ maxime in vtẽtibus cibarijs corruptis ⁊ putrescibilibus: non venenosa aũt sunt sine accidẽtibus malis: ipsa tñ ꝯsequitur febris: qñqꝫ que erit aut putrida: aut effimera: de q̄ dixit Hip. in affo. supius adducto. ꝙ in bubonibꝰ oẽs febres sunt male exceptis effimeris: non innuens ex hoc ꝙ febris effimera sit bona: q2 oĩs effimera est mala ⁊ lesiua: sꝫ innuit cõparationẽ inter putridas ⁊ effimeras in p̄iculositate ⁊ suspitione: qd̄ ẽ: q2 oĩs febris putrida in bubonibus eueniens est p̄iculosa ⁊ suspecta: ⁊ effimera in bubonibus eueniens ꝫm plĩm est non vera. Cõcedũt aũt q̄dam. ꝙ aliq̄ñ põt esse vera. Dixit Gal. in com̄. dicti affoꝛ. ꝙ oĩs febris putrida ꝯiuncta buboni sequit᷑ ap̄a visceꝝ: quasi velit dicere. ꝙ febris eueniẽs putrida ap̄ate exñte in emũctorijs: vel in alñs mẽbris ignobilibus: tunc ipsa nõ sequit᷑ illud ap̄a: sꝫ aliud ap̄a qd̄ est ĩterius in aliquo visceꝝ. Et verificat᷑ hoc dictũ Gal. ꝫm plĩm. Aliq̄ñ. n. lꝫ raro ap̄a extrinsecũ non ꝯiunctũ cũ ap̄ate intrinseco põt seq: ⁊ sequit᷑ febris putrida: ⁊ ꝓprie cũ fuerit in mẽbro arterioso: aut cordi vicino: ⁊ maxie accidet febris putrida cũ illud ap̄a extrinsecũ suppurabit᷑ ꝓꝓ putridã fuliginẽ a mã illius ap̄atis: tũc surgentẽ: ⁊ sic febrẽ putridã causantẽ. ¶ Dicũt. ꝙ febris putrida in bubone mala est ⁊ suspecta: siue cũ eo ichoet: siue ad ip̄m sequat᷑: deterior tñ erit inchoans q̃ꝫ subsequẽs. Naꝫ cũ subsequit᷑ significat᷑ ꝙ ipsa depẽdet a putredine bubonis absqꝫ putredine intrinseca: vel saltẽ: si nõ dependet a putredine bubonis significat᷑ ꝙ putredo intrinseca a qua dependet nõ est tante malicie ꝙ in p̄n° potuerit causare febrẽ putridã. Febris aũt putrida inchoans cũ bubone significat ecõtrario illius. Et dicũt. deterius est febrẽ putridã seq ap̄ata emũctorioꝝ q̃ꝫ alia ap̄ata extrinseca saltẽ non multũ cordi vicina vl' alijs principalibus: ⁊ illud iõ est: q2 ab emunctorijs citius ⁊

Bubo sũ pᵒ ap̄a re sumit᷑ trib᷑ modis.

Bubõis tres sunt spẽs.

Quare de istis ap̄atibus tracteᷓ in sũma caloꝝ

Febris q̄ antecedit bubonem deterior ẽ q̃ꝫ sequit᷑ cum.

plus poteſt cõicari ⁊ cõicatur de putredine mẽbro principali
propter cõicationẽ quã h3 cũ principalibus:⁊ ſm hoc appa
ret ꝙ deterius eſt febrẽ putridã ſeq ad apa aſſellaꝝ q3 alioꝝ
emunctorioꝝ. ¶ Dixit Raſ. in diuiſionibus. multotiens ag
gregat̃ mã in ſubaſſellis:⁊ multotiẽs in inguinibus:⁊ illa q̃
erit ſub aſſellis eſt ſicca.i.acuta ledẽs:ſ3 illa q̃ eſt in inguini/
bus eſt magis qeta parũper. Et dicit. qñ nõ facit collectionẽ
ſaniei illa que eſt ſub aſſellis fortaſſe nõ eũatur a collectione.
¶ Dicũt. de bubonibus euenĩẽtibus ſm viã criſis:ꝙ bubo
ſic eueniens ante ſigna digõnis. ⁊ in die nõ cretica euenit ſin/
thomatice:⁊ eſt vehementer malus ſignificans malã mãm:
cuius maliciã nã non potuit tolerare:donec digeſſerit eã:ſed
eueniens poſt digeſtionẽ:⁊ in die cretica:q3uis nõ ſit ſimpl'r
bonus:eſt tñ bonus ſm qd ſignificans remiſſiorẽ mãe mali/
ciam ⁊ virtutis potentiã in expellendo a nobilibus ad vilia.
¶ Signa aũt ꝙ accidant cũ multitudine repletionis ſunt ꝙ
vtplurimũ eueniunt talia apata in pluribus mẽbris ſeu emũ
ctorijs:vt in duobus, inguinibus vel in duabus aſſellis:vel
poſt ambas aures:aut in diuerſis emunctorijs:aut in emun
ctorio ⁊ mẽbro non emũctorio:aut in pluribus mẽbris non
emunctorijs ⁊ ſignificat repletionẽ plurimã magnitudo ip/
ſorum ⁊ regimen ꝓcedens repletionez. Et ſigna repletionis
non plurime ſunt predictis oppoſita.

Cura venenoſoꝝ. Cura apatũ emũctorioꝝ:ſiue bubonũ eoꝝ que ſunt vene
noſa ſilis eſt cure antracis ⁊ aliarũ puſtularũ vene/
noſaꝝ. ¶ In diuertẽdo tñ ⁊ euacuãdo mãm antecedentẽ d3
cuſtodia haberi:ne mã venenoſa iam locata:aut ꝓpinqua ei
⁊ parata cito locari trahat̃ ſupra mẽbrũ principale. Ideoq3
notant. ꝙ in oĩbus eis non d3 fieri flobotomia:aut aliud di/
uertens ex pte vel ſupra partẽ buboni oppoſitã. verbi grã. ſi
bubo venenoſus fuerit in ſubaſſella dextra fieri non d3 flo/
botomia de brachio ſiniſtro:neq3 aliqd diuerſiuũ ſup ipſum
apponi:nec econuerſo:qm̃ eſſet cã reditus materie venenoſe
ſupra cor:⁊ ſi fuerit talis, bubo poſt aurẽ dextrã non d3 tra/
ctus fieri ad ſiniſtrã:ne fieret reditus materie male ſupra ce/
rebruz ⁊ ſilia:ſi fuerit in inguine dextro non d3 diuerſio ſiue
flõmia fieri ex baſilica ſiniſtra:ne fieret reditus materie male
ſup epar:ſed d3 oĩs conatus fieri vt mã ad ipſum emũctoriũ
apatuz trahat̃:⁊ ad extrema illi emũctorio ſuppoſita. verbi
grã. ſi fuerit in aſſella dextra fiat tractus ad ipſum ⁊ ad bra/
chium ⁊ ad manũ que ſequunt̃ illam:⁊ ſic d3 fieri flõmia ex
vena mediana eiuſdez brachij. Et ſil'r ſi fuerit in inguine fiat
ex ſaphena eiuſdẽ pedis. Aliqui tñ cõcedũt. ꝙ in apate ingui
nis põt fieri flõmia etiã ex ſaphena pedis oppoſiti:qm̃ hmõi
flõmia nõ trahit mãm ſup epar. Et p̃miſſa eũatione ⁊ diuer/
ſione cũ ventoſaꝝ appoſitiõe ⁊ ſcalpelloꝝ ⁊ ſanguiſugaꝝ ap
poſitione:⁊ fiat vt currat ex loco ſanguis plurimus:⁊ poſt
hoc ſuperponant̃ empl'a attractiua ei:⁊ nõ eſt cura ſi fiat in
ipſo loco tumor plurimus. ¶ Empl'm ꝓutile ad attrahendũ
⁊ reſoluendũ ⁊ dolorem mitigandũ fit ex radicibus narciſci
decoctis in oleo liliaceo poſtea contritis ⁊ mixtis cũ melle.
¶ Cura vero nõ venenoſoꝝ per dietã. dixit Aui. eſt minora/
Cura nõ venenoſorũ ꝑ dietã tio cibi ⁊ ſubtilitas eius. minoratio qdem q3tũ ad eius quã/
titatẽ ⁊ ſubtiliatio q3tũ ad eius qualitatẽ nutritiuã:q2 debet
eſſe minoris q3titatis ⁊ minoris nutrimenti:⁊ maxime cum
quo fuerit corporis repletio plurima. Et Raſis. dixit in diui/
ſionibus. nõ op3 vt approximet vinũ hñs exiturã.i. bubonẽ
vel apa in ſubaſſellis. ſup. vel in alijs emũctorijs:qm̃ timent̃
ex eo accñtia mala fortaſſe de ſupuentu febris ex calefactiõe
vini:aut de ꝑmutatione mãe ad mẽbra nobilia. Exp̃ſſit aũt
Raſ. ſolũ de bubone aſſellaꝝ:q2 in eo magis de vino timet̃:
in alijs aũt rebus nõ nãlibus ꝓſequet̃ vt in gñali dieta apa/
Cura per potionẽ. tum dictũ eſt. ¶ Cura aũt eoꝝ per potionẽ q3tũ reſpicit cãm
antecedentẽ:aut illã eũat vel diuertit:aut ſimul eũat ⁊ diuer/
tit. Et ſi qdem fuerit ſm ſemitã repl'onis corporis plurime.
Eũatio dixit Aui. eſt radix in curatione eius:eſt aũt neceſſa/
ria eũatio per flõmiã:aut ſol'onem vẽtris:aut per vtrãq3 ſm

diſpõnẽ materiei ⁊ corporis patientis. Et q2 plerunq3 bubo
ſola eũatione curat̃:ideo ab ea ĩcipiendũ eſt:⁊ ſi fuerit nec̃ia
flõmia q̃ ſil'r eũet:⁊ ad diuerſam trahat mãm:d3 ꝑ antiphra/
ſim fieri.i. per ꝑtẽ oppoſitã. Ad eligẽdũ. n. appoſitionẽ vni⁹
dyametri vel duaꝝ op3 indicationez ſumere a repl'onis cor/
poris multitudine. Etenĩ ſi fuerit p̃ima valde eligat̃ oppoſi
tio duaꝝ diametroꝝ:⁊ ſi valde plurima nõ fuerit vnius tñ. De flobotomia ⁊ ſol'one vẽtris.
¶ Dixit Raſ. in diuiſionibus. illi qd fit in ſubaſſellis ꝯuenit
in ꝑnº flõmia in ſaphena pedis oppoſiti:⁊ hoc erit ſtãte ple/
nitudine multa:aut in baſilica alterius manus. ſ. ſi nõ fuerit
ſic plenitudo multa:aut ambaꝝ. ſ. dictaꝝ venaꝝ:q2 pº ſaphe/
ne. ⁊ ſcđario baſilice. ⁊ h̔ ſi fuerit res. ſ. replẽs plurima valde.
In tali. n. repl'one flõmia duaꝝ dyametroꝝ ſm pl'm nõ ſuffi/
cit:q2 nõ põt ſic a lõginq̊ diuertere ſufficiẽter mãm:ita ꝙ re/
grit̃ poſt eã flõmia vni⁹ diametri. Et de flõmia vni⁹ diametri
ſubdit Raſ. ſi apa fuerit in inguine cõpetit ei flõmia baſilice
brachij oppoſiti. Et dicũt. ꝙ qñ repl'o eſt plurima nõ exigit̃
ſolũ flõmia duaꝝ diametroꝝ:ſ3 facta ſic flõmia vtriuſq3 dia/
metri:aliqñ poſt eã nec̃ia eſt flõmia vnius ptis de vena ꝓpin
qua ipſi apati poſt dictã flõmiã. In ſanguineo fiat mũdifica/
tio ſanguinis:⁊ ſi alter humor fuerit cũ eo mixtus:aut fuerit
apa humor alius a ſanguine digerat̃ ⁊ eũet̃ ſm ꝙ ꝯuenit:⁊
facta eũatione attendendũ eſt ſi remãſerit in corpore vel mẽ/
bro mãdante de mã añte que egeat diuerſione fiat. Ex dictis
p3. ꝙ eũatio ⁊ diuerſio in plus ⁊ minus diuerſificant̃ diuer/
ſitate repl'onis maiori vel minori. In facto aũt ſm ſemitam
criſis nõ eſt neceſſaria eũatio:neq3 diuerſio. ſil'r in facta cã vl/
ceris:niſi rõne ipſius vlceris exigat̃. ¶ Cura vero eoꝝ. ſup.
quãtuz ad cãm ꝯiunctã. dixit Aui. eſt diuerſa a cura alioꝝ. ſ. De adminiſtratiõe localiũ in ꝑnº i quo repercuſſiua non cõueniunt.
apatũ extrinſecoꝝ:⁊ hoc in ꝑnº cũ expulſione.i. repꝑcuſſione:
qm̃ non adminiſtrat̃ in eis aliqd. ſ. de repꝑcuſſiuis:ita ꝙ etiã
eſt diuerſa cura apatũ mẽbroꝝ glanduloſoꝝ facientiuz ope/
rationẽ. ¶ Dixit enim Aui. ꝙ qñ apa eſt in quãtitate ⁊ ſub/
ſtantia ſua molle.i. qñ apoſtema cum quacũq3 quãtitate:vel
cum quacũq3 ſubſtantia humoris eſt molle.i. eſt in carne glã
doſa que dr̃ mollis:tunc ſi fuerit in tali mẽbro glandoſo no/
bili:vt mãmillis teſticulis ⁊ ſilibus que faciunt operationez
que nobilia poſſunt vocari reſpectu non facientiũ operatio/
nem:tũc ſi non timet̃ ex ꝓhibitione.i. repercuſſione eius no
cumentũ.i. ꝓpter aliquã aliam cãm de ꝓhibentibus reper/
cuſſionẽ ſupradictis:tũc ꝓhibe.i. repercute ⁊ nõ cures ꝑ hoc
ꝙ apoſtema ſit in mẽbro glandoſo:q2 qñ prohibet̃ in mem
bro glandoſo repercuſſio nõ intelligit̃ de faciente operatio/
nem:ſed de nõ faciente. Et cã huius diuerſitatis eſt:q2 nõ fa
cientia operationẽ ſunt deputata a natura ad recipiendũ ſu/
perfluitates principaliũ ⁊ nobilium mẽbroꝝ. Et ideo nõ d3
repercuti materia ab eis:ne redeat ſup principalia:ſed facien
tia operationẽ non ſunt ad illud deputata:quare curant̃ eo/
rum apoſtemata cũ repercuſſione cõſimiliter apoſtematib⁹
alioꝝ membroꝝ. Non ergo adminiſtres. dixit Auicẽ. expul
ſiua.i. repꝑcuſſiua:ſed ea. ſ. curatione cũ repꝑcuſſiuis p̃termiſſa
alia curatio fienda eſt. ſ. per mollificãtia. Uerũtñ hec alia cu/
ratio etiã per mollificantia ꝓlongetur.i. differat̃. ſi poſſibile
eſt nullum locale mollificatiuũ applicando:⁊ tãdiu d3 differ
ri. dixit Aui. donec declaretur tibi diſpoſitio eius. ſ. an fuerit
ſm ſemitã criſis eueniẽs:an ꝓpter attractionẽ factam cã vl/
ceris vel doloris:an ſm ſemitam expulſionis materie:⁊ ſil'r
tibi declaret̃ diſpoſitio eius:an fuerit cũ repletione corporis
plurima:an nõ plurima:q2 ſm varietatẽ dictarũ diſpoſitio/
num curaꝝ varietatẽ recipit aliqualẽ. Et d3 fieri iſta dilatio:
niſi in loco dolor fuerit de ſedatione eius indicans:qm̃ ſi ſic
fuerit ſtatim ab eius ſedatione incipiendũ eſt:aut niſi ſupue/
nerit accidens aliqd indicãs de attractione materierũ ex cor
pore ad ipſum emũctoriũ:malis. n. accidentibus ſupuenien/
tibus ilico mollificãtia attrahẽtia ſunt apponẽda. Et ꝓpter
dictas duas cauſas. Dixit Auic. ꝙ curatio per mollificantia
differatur ſi poſſibile fuerit:non eſt autez poſſibile in dictis

duobus casibus. Dixit itaq̃ Aui. si hoc ap̄a fiat ſm semitam
crisis: aut expulsionis ex mēbro principali: tunc non opȝ vt
prohibeat̃. i. repercutiat̃ oīno cuȝ aliquo supra locū vel sup
loco apponendo: imo opȝ vt attrahat̃ mā ad mēbrum emū
ctoriū cū quacūq̃ attractione est possibile: etiā cuȝ ventosis
appositis. s. sup loco: ⁊ in circuitu ⁊ maxime qñ nā esset debi
lis vel pigra in expellendo. ¶ Si aūt fuerit ſm semitā reple
tionis: tūc euatione premissa administra mollificātia: ⁊ non
administres ea in hoc casu ante euationē: nisi in casibus su/
pradictis: q2 pro eoꝝ administratione non p̄missa euatione
fortasse supueniret sup mēbrum malū cum attractione mate
riei plurime: qm̄ tunc mollificātia magnificarent ap̄a attra/
hendo cū caliditate apiendo vias rarificando mēbrum ⁊ ip
sius laxando virtutē: fortasse ergo magnificaret̃ in tantū ꝙ
posset suffocare mēbruȝ vel nāle calidū illius: ⁊ sic posset pu
trefieri ⁊ corrūpi. Q. si errasti ⁊ administrasti mollificantia
ante euationē: aut tibi fuerit opportunū ꝓpter supradictas
causas administrare statim mollificātia: ⁊ tunc cā hoc. s. cuȝ
administratione mollificantiuȝ euacua ⁊ trahe mām ad di/
uersum: qm̄ in mollificatiuis. s. sine euatione ⁊ diuersione est
timor de attractione plurime materie ad locū ⁊ euatio ⁊ di/
uersio assecurant a nocumēto illoꝝ. ¶ Si vero bubo euene
rit ꝑꝑ vlcus ꝯsil'r nō est repellenda mā: qm̄ aut rediret ad vi/
scera: aut flueret ad locū vlceris: ⁊ fieret cā augmenti illius:
cuius augmentū deterius esset ipso bubone: ⁊ iō cura talis
bubonis dȝ a principio statim fieri cū mollificantibus inten
dendo curationi vlceris cū eis q̄ sibi ꝯueniūt. ¶ Itaq̃ cū vo
catus fueris ad curā bubonis noli repcutere: sed mollifica: ⁊
si qdē in loco fuerit dolor ⁊ nō fuerit in corpore humor ma/
lus: qm̄ corpus nō est repletū: aut ēt si fuerit repletū iam eua
cuasti ⁊ mūdificasti ip̄m: ita ꝙ remāserit in loco aliqua mala
cōplexio diuertens ad se curā. Dixit Ras. 13° ꝯtinē. suppone
mēbro illud qd̄ mitigat dolorē. s. lanaȝ infusam in oleo. s. cōi
nullo mixto in eo sale in p̄n° passionis: donec mitiget̃ in eo
dolor: aut alleuiet̃: sed si in corpore fuerit repletio: tunc dixit
ipse. dico bonū esse relinquere dictā curaȝ omnino. s. suppo/
nere lanam p̄dictā: ⁊ debeat euari corpus ab humore malo.
¶ Et Aui. dixit. qñ dolor fit fortior: tūc necesse est vt ipsum
sedes cū eis que sunt sicut lana infusa in oleo. s. calefacto tē/
perate. Nā cū caliditate tēperata infert̃ deliria ⁊ dolor seda/
tur: ⁊ valet hoc in p̄n° ⁊ augmēto: sed in fine. i. in statu ⁊ de/
clinatione: si dolor affuerit adde oleo sal donec sedet̃: sed nō
ponas sal in p̄n°: fortasse. n. in p̄n° sal appositū addit in do/
lorē: ⁊ hoc aut nimiū calefaciendo: aut nimiū exiccādo: ⁊ ma
xime adderet dolorē in bubone assellaꝝ: in quo cōiter est do
lor intēsior: ⁊ est magis siccū: vt supra patuit: sed in fine ꝯue/
nit sal vt desiccet ⁊ mām ꝯsumat. ¶ Et scias. ꝙ frequēter cō
tingit: vt facta euatione ⁊ sedato dolore cesset bubo in totuȝ
nulla requisita alia cura. Ait. n. Gal. 14° terap̄. ꝙ in tumore
carnis mollis ad curā: aliqñ oleū calidū sufficit. Et Rasis in
diuisionibus dixit. hoc de ap̄ate inguinis: ait. n. post flōmiaȝ
inungat̃ illud qd̄ in inguine est cū oleo tepido: nā resoluet̃ ⁊
delebit̃ ſm pl'm. Et Aui. dixit. multotiēs sanat ap̄ata glādu
laꝝ in p̄n° oleū calefactū: qd̄ infundat̃ sup ipsum solū. dicūt.
ꝙ hoc sufficeret maxime qñ ap̄a est paruū: cuius paruā māȝ
calitas olei resoluere sufficeret. Sufficeret ēt in ap̄ate facto
in emūctorijs per viam ꝯgestionis: ⁊ maxime addito oleo ⁊
sale in ꝓcessu eius. ¶ Et scias ꝙ curatio hoꝝ ap̄atū per mol
lificātia diuersificat̃ diuersitate materieꝝ ipsoꝝ: qm̄ qd̄ ex eis
fuerit calidū exigit mollificātia leuiora ⁊ remissiora: ⁊ qd̄ fue
rit frigidū exigit fortiora ⁊ intēsiora: ⁊ qd̄ fuerit colericū hu/
midiora: ⁊ qd̄ sanguineū bicciora: ⁊ qd̄ fuerit melicuȝ mollifi
cantiora. Et de ꝯueniētibus in omni bubone ēt calido. dixit
Gal. 14° terapē. ꝙ mitigata ebullitione ap̄atis calidi carnis
mollis. s. per euationē ⁊ diuersionē vtendū est empl'is miti/
gatiuis doloris mixtis cū resolutiuis. Et exēplificādo dixit.
vt est empl'm ꝯfectum ex farina frumenti cui misceat̃ aliqua

Mollificantia et in principio sūt applicanda ad sedanduȝ dolorem.

pars mell'. ⁊ in fine fiat cum farina ordei: nec est vtendū dixit
ipse dissolutiuis fortioribus: ne forte excitent ap̄a. 2°. s. attra
hendo mām caliditate forti. ¶ Et Auic. dixit. qñ corpus est
mundū: aut iam mūdificasti ipsum: tūc resolue ⁊ non cures
apponere resolutiua mollificātia: q2 non p̄nt in corpore tra/
here mām: ⁊ si ēt aliqual'r traheret de mā non cures. Et exē
plificans de valētibus in mollificādo ⁊ resoluēdo dixit. sicut
est empl'm qd̄ fit ex farina tritici. s. cum melle: vt dixit Gal. ⁊
aliq dicūt ex farina tritici cocta cū oleo cōi ⁊ aqua: ⁊ erraue/
runt: q2 istud cōuenit in via maturationis magis q̃ȝ resolu/
tionis: dicūt aūt qdā. ꝙ qñ cum p̄dicto empl'o addit̃ mel qd̄
ipsuȝ vtiliter imponit̃ oībus ap̄atibus carnis. Uerūtñ dixit.
siue subdit Auic. saluius est empl'm factū de farina ordei. s. ⁊
melle: q2 nō est tante calitatis: ⁊ iō est saluius in ꝓhibēdo ꝙ
ap̄a nō magnificet̃: q2 farina ordei est minus attractiua: ⁊ est
magis exiccatiua q̃ȝ tritici: ⁊ ꝑꝑ exiccationē maiorē Gal. di/
xit. ꝙ ꝯuenit in fine: farina aūt tritici cōuenit in p̄n°: q2 ma/
gis mollificatiua ⁊ mitigatiua doloris. ¶ Dixit Aui. fortas
se magnificat̃ ap̄a per resol'onē fortē. i. per appositionē for/
titer resoluentiū, qm̄ oia fortis resolutionis sunt fortis attra
ctionis: ⁊ iō non administrent̃ fortiter resoluētia: nisi qñ est
necessaria expulsio. i. sepatio māe a mēbris principalibus ⁊
nobilibus ⁊ attractio eius ad locū ap̄atis timēdo super illa
principalia ⁊ nobilia. s. si retineret̃ in eis mā illa: tūc. n. vten
dum est fortiter resolutiuis ⁊ attractiuis: ⁊ cū ventosis vt. s̈.
¶ Et dicūt qdā. ꝙ spergula bullita in vino lymphato: ⁊ po
stea ꝯtrita, ⁊ cū assungia porci mixta ⁊ supposita cū ꝓprieta
te ꝯuenit oībus ap̄atibus quibuscūq̃ euenerit emūctorijs.
¶ Diuersificat̃ ēt aliqual'r cura ap̄atū emūctorioꝝ diuersi/
tate ipsoꝝ emūctorioꝝ: eteni cū fuerit in subassellis magis ⁊
citius vtenduȝ est ad sedationē doloris q̃ȝ cū fuerit in alijs:
sp̄aliter tñ auctores locuti fuerūt de ap̄ate emūctorij cerebri
qd̄ Gal. 2° miemir vocauit fugile ⁊ sil'r. 13. ꝯti. Aui. aūt tertij
4ª. vocauit fugile. hoc ap̄a a grecis pacide vocatur. ¶ Dixit
Aui. quarti 3ª. fugile est de genere ap̄atū glādosoꝝ, ⁊ quasi
hoc noie appropriat̃ illud qd̄ est post aureȝ: ⁊ iō fugile dr̃ a
fugil qd̄ est radix. i. ap̄a radicis auris, a q̄busdā dictū nascen
tia auris. ¶ Dixit Aui. quarti 3ª. hoc ap̄a qñq̃ cōsequit̃: vt
ex vehemētia doloris interficiat: ⁊ maxime qñ mā cōicat in/
trinsecis ꝑtibus auris: ⁊ vbi est neruus. s. auditus expāsus:
⁊ tūc multotiens p̄cedit cōmixtio intellectus ꝑꝑ cōicationeȝ
ad cerebrū: hoc tñ ap̄a: ⁊ ēt factū in assaniat. i. in bucino au/
ris plus interficit adolescentes q̃ȝ senes: est. n. in senibus le/
uius: qm̄ adolescētes sunt calidioris cōplexionis q̃ȝ senes, ⁊
mā ap̄atū eoꝝ dolorosoꝝ est vehemētius acuta: ⁊ est eius cō
plexio vehemētius dolorosa. i. doloris ꝑceptiua. ⁊ iō ē min⁹
tolerans vsq̃quo collectionē faciant senes: q2 eoꝝ mā nō est
sic acuta: nec eoꝝ cōplexio sic sensitiua tolerat cuȝ eo vsq̃ ad
collectionē: attñ si iuuenis tolerat quousq̃ suppuret̃ ⁊ ape/
riat̃ facilius. Deinde curat̃ in eo quasi in sene: q2 hȝ virtutes
nāles fortiores. ¶ Et dixit Aui. ꝙ ap̄atuȝ sub origine auris
euenientiū illud est magis incolume qd̄ fit ſm semitaȝ crisis
bone: istud tñ qd̄ est a crisi cū qua nō est signū maturatiōis:
aut p̄cedit horā ꝯueniētis crisis est malū. Et supra patuit. ꝙ
hoc ap̄a pōt fieri a quocūq̃ humore. ¶ Et sanguineū. dixit
Aui. significat rubedo ⁊ grauitas. s. multa sensata ⁊ pulsatio
ante cōpressionē. i. repulsio apud cōpressionē: q2 cum sup eo
premit̃ resistit tactui ⁊ cōstrictio in meatibus. s. auris ꝑcipit̃
⁊ visu ⁊ tactu. sup. ⁊ apparent alia signa flegmonū. ¶ Cole/
ricum aūt ⁊ factū a sanguine subtili. s. calido significāt dolor
mordicatiuus fistulosus. i. corrosiuus absq̃ grauitate. s. mul
ta. sup. ⁊ alia signa herisipille: q2 cū inflāmatione multa: ⁊ h̄
ap̄a non cōstringit meatū. s. auris. s. multum notabil'r. ¶ Et
flegmaticū. dixit Aui. est cū tremulitate ⁊ leuitate: q2 mā est
mollis inūdans sub digitis: quasi motu tremulo: ⁊ est cum
paucitate rubedinis: ⁊ sic innuit ꝙ est in eo aliqua rubedo:
remissa tñ ⁊ illud q2 non fit absq̃ ꝑmixtione alicuius colere

De ap̄ate post aures i sp̄ali

Signa.

que sua leuitate petit cutē ⁊ rubificat eam:⁊ sunt alia signa
vndimie. ❡ Et melancolicū est cū duritie ⁊ paucitate dolo/
Cura. ris:⁊ allijs signis apatis melancolici. ❡ De cura·dixit Aui.
hoc apa est ex eis in qbus ſm plm opꝫ vt intēdat in infrigi/
datione:dicūt quidā.s.remissa vel pmixta cum caliditate:q2
plurimū sunt de mā multū calida inflāmata:vt remittat in/
flāmatio eius:non tñ dꝫ esse infrigidatio tanta ꝙ repcutiat
mām. ❡ Et dicūt.ꝙ plātago minor quā lanceolā vocamus
trita cū assungia veteri sine sale sanat eā. Et quidā dicunt.ꝙ
emplm factū de folijs absinthij ⁊ myrti equalr mixtis ⁊ cō/
tritis curat ea. Et ꝯsilr dicunt de emplo ⁊ de folijs lauri tene
ris:⁊ folijs solatri cōtritis equalr mixtis. Quidā aūt in apo
stemate inflāmato apponunt emplm factū ex vitello oui:la/
cte mulieris:succo cucurbite psilij.i.mucillagine oleo sisami
no ⁊ croco. Uerꝫ in loco lre que dicit.infrigidatione.reperit
alia lra que dicit.in suctione ⁊ attractione eius:⁊ non in ex/
pulsione ipsius cū sit mā effusa ad ipsum supfluitas membri
pricipalis.s.cerebri:⁊ pcipue in crisibus egritudinū eius:si/
cut illud qd accidit in crisi lytargie multotiens.nō opꝫ ergo
vt attēdas ad curaꝫ eius inqꝫtum exigit cura apostemosa.i.
apatuꝫ inqꝫtum apa est adhibendo stiptica ⁊ apocrustica in
prinº:deinde cōpositionē regiminis.s.repcussiui ⁊ resolutiui
simul:vt in augmēto ⁊ statu. Et deinde resolutionē puraꝫ.s.
in declinatione. Immo opꝫ.dixit Aui.vt incipias ⁊ proprie
cū accidit in febribus cū dolore capitis:vt adiuues ad attra
hendū mām ad apa cū oī ingenio ēt cū si nō fuerit velocitas
attractionis in loco cā attrahēs velociter:vt dolor fortis vel
inflatio:vel nisi fuerit velocitas attractionis:⁊ nisi p se attra
hat ⁊ expellat ad locū velociter. Nam si vehementis fuerit
attractionis:dimitte eos ſm nām suā ⁊ non ponas attracti/
ua fortia:vt nō facias euenire dolorē vehementē quo febris
duplicet:imo opꝫ vt sit ꝯtentus si fuerit ibi dolor vehemēs:
eo qd mollificat ⁊ sedat dolorē. ❡ Et si fuerit initiuꝫ huius
apatis cū dolore vehementi.dixit Aui.sis cōtentus euapo/
ratione.i.embrocatione vel infusione cū aqua frigida pura:
⁊ hoc dicūt qdam cōpetere in vehemēti dolore mordicatiuo
corrosiuo. Alij dicūt.ꝙ lra est corrupta:⁊ dꝫ dicere.vapora/
tione cū aqua calida pura:sed si dolor fuerit leuis sis cōten/
tus vaporatione cāmomille ⁊ medicine alacoen.i. matrica/
rie.i.cū aqua decoctionis earū:aut dyaglon ⁊ emplo memi/
the.als.meiten:⁊ est celidonia. Alia lra hꝫ.memithe:sed nō
est bona:q2 memithe est stipticū frigidū. Et de ꝯueniētibus
in mitigatione doloris leuis est mellilotū decoctū cū careno
⁊ emplm ⁊ altea decocta in vino:aut cruda cōtrita mixta cū
adipe anseris ⁊ galline. ❡ Dixit Gal.2º miemir. ⁊ ponit in
13º cōtinē.cinis ꝯculaꝝ si distēperet cū assungia cōtrita non
salita vetusta vtilior est alijs medicinis ad dissoluendū apo/
stemata antiqua:lꝫ generatio sit ipsoꝝ manante continue ad
locū in quo est apa ⁊ dissoluit:apa noīatum fugile de radice
auris. Aut dixit Gal.illiniat cum sanguine bellocule muste/
le.i.blaue:qm ipsum dissoluit. Et dixit.ꝙ in corporibus de/
licatis cinis bellocule misceat cū ceroto cōfecto cum oleo de
lilio:qm cum eo curant fugile si diuturnū sit solidū ⁊ diffici/
lis sit eius dissolutio:qm hoc dissoluit scrophulas mirabilr:
⁊ videt quibusdaꝫ ꝙ hec medicina cōueniat cum ꝓprietate.
❡ Et Aui.de dictis medicinis dixit.ex eis que cōueniunt ⁊
sunt ꝓprie isti:sicut est cinis limatiarū:⁊ putant qdā ꝙ intel/
ligat de cinere testarū:siue cōchilium earū:⁊ nō de carnibus
earū:qñ cōficitur cū adipe antiquo nō salito:⁊ huic medici/
ne nō est par. Et aliud est cinis mustele pmixto ei ceroto cuꝫ
oleo de lilio qd antiquat qd cōfert in scrophulis. Et qdā di/
cunt.ꝙ cinis limatiarū valet ēt bibitus cum mellicrato:⁊ ꝙ
viscositas limatiarū cum myrrha aloe ⁊ olibano ꝯquassata:
donec veniat ad spissitudinem mellis desiccat apata radicis
auris:⁊ si inuenit humiditatē ꝓfundā in eis extrahit eā ⁊ sa
nat. Et qdā dicūt.ꝙ sumi dꝫ caro earū cum testis suis ⁊ pmi
sceri cū eis:⁊ ꝙ valet ēt sine illis:sed ꝙ dimittat stare:donec
per se cadat. ❡ Et dixit Gal.vbi supra.tere piretrū cum ficu/
bus ⁊ suppone soliditatibus ⁊ fugili si cū eo nō fuerit calidi/
tas:aut misceat calx cū melle ⁊ supponat ei:⁊ silibus egritu
dinibus:qm si cū eis nō fuerit dolor eas dissoluet:folia ⁊ ra
dix lapacij decocta in vino ⁊ contrita cataplasmata : valent
apatibus radicis auris:vrtica decocta in aqua pluuiali ⁊ ca
taplasmata resoluit ea : ⁊ silr semen eius:⁊ emplm de cice/
ribus ⁊ melle. ❡ Et dixit Aui.ꝙ de ꝯueniētibus cum attra
ctione resolutione ⁊ a ꝓprietate est stercus caprinū cū adipe
anseris ⁊ galline:⁊ qdam hoc idē dñt de stercore ouino ⁊ fi/
cus decocte in aqua marina ⁊ emplate. Et qdam apponunt
emplm de caricis ⁊ yreos. ❡ Et qdam. ℞.yreos nitri ⁊ cal/
cis.añ.⁊ cū melle ⁊ ficubus duplū ad oīum decoctis in aqua
⁊ misceant diligēter cum pinguedine porci ⁊ superponatur.
❡ Et ꝯueniunt in hoc adeps vrsinus ⁊ vulpinus:⁊ singulr
⁊ cōmixti:⁊ coriū ouis calidū sicut excoriat appositūꝫ apati
qd tarde egredit in radice auris ꝯfert ⁊ trahit illud. Et supra
dicta est cura apatū emūctorioꝝ tendentiū in viā resolonis.
Cura asarnach variat̃ ẜm ꝙ est recẽs debilis ⁊ non cõfirmata: aut antiqua fortis ⁊ ꝯfirmata. Nã ꝯfirmate curatio pol'is est ꝑ medicinas. dixit. A. vt pl'm eaꝫ q̃ est debilis sanãt medicine resolutiue de qbꝰ est siet̃ qͦ facit Alm̃. ad inflationẽ palpebraꝝ ⁊ siet̃ citrinũ de thure ⁊ hiꝫ sil'ia. ¶ Qꝫ si nõ obedit resol'oni ꝑ medicinaꝫ: tũc curet̃ ꝑ chirurgiã sicut curat̃ asarnach antiq̃ ꝯfirmata. Et modus oꝑationis i ea sic ponit̃ a Rasi. 2ͦ ꝯti. ⁊ Albu. ⁊ ab Aui. est vt sedeat eger sup scãno: ⁊ iclinet caput eiꝰ inclinatũ a ministro: q ẽt tẽdat cutẽ frõtis eiꝰ añ oculos .i. supra oculũ ṽsus supciliũ vt eleuet̃ palpebra multũ ad supiora: q2 in hac eleuatiõe est securitas a nocumẽto oculi apud icisionẽ: ⁊ tũc accipiat medicꝰ asarnach inter duoꝫ digitos suoꝫ .ſ. indicẽ ⁊ mediũ vniꝰ manꝰ ⁊ ponat sup mediũ asarnach ⁊ ducẽdo indices sup eũ cõprimat parũ ambo extrema asarnach: q2 tũc aggregabit̃ mã asarnach cõpressa ad illud qͦ est inter duos idices: ⁊ faciet ibi eminẽtiã sub digito medio: cũ q̃ nõ dꝫ ꝑmere: ⁊ cũ eminuerit: tũc minister tenens caput dꝫ trahere cutẽ supcilij ad supius q̃ꝫtũ fuerit ei pol'e: ⁊ medicꝰ dꝫ tũc incidere sub ista eminẽtia ab exteriori tunica palpebre nõ ab intrinseca: ⁊ incisionẽ faciat sufficientẽ ẜm magnitudinẽ sarnach: ⁊ sit incisio eius supficialis subtilis nõ ꝓfunda: multi .n. simplices medici incidũt palpebrã ꝓfunde ⁊ errãt. nã dixit Raſ. sicut dr̃. 14 ꝯtiñ. anatomatice multꝰ defectꝰ accidit cũ chirurgicus incidit palpebrã ꝓfunde: q2 cũ medicꝰ extẽdit cutẽ palpebre ad aliqͦ latꝰ ⁊ incidit̃ cutis ⁊ pãniculus q est subtus in vno ictu eminebit pingue .i. pinguedo: vel pingue .i. ipsa mã sarnach de loco incisionis: qñ ꝑment̃ digiti ꝑdicti supra cuteꝫ palpebre extẽse .ſ. ad retromittẽdũ pinguedinẽ: q2 nõ poterit fieri absq̃ labore magno ⁊ accidet ibi dolor violẽtꝰ ⁊ apã cal'm: qñq̃ ⁊ remanet ex sarnach tale residuũ qͦ erit deteriꝰ ꝑͦ ⁊ ꝓhibet postea apturã oculi plusq̃ ꝑus. Nã cũ fit postea icarnatio ⁊ ꝯsolidatio illiꝰ incisionis ꝓfunde remanet palpebra idurata in loco illo ꝑꝑ incisionẽ pãniculi: ⁊ ista iduratio ledit aptionẽ palpebre plusq̃ faceret priꝰ sarnach: ⁊ aliqñ in incisione ꝓfunda incidet̃ multũ de musculo: ita ꝙ residuũ ipsius erit debile ad apiendũ palpebrã. Ad fugiẽdũ igit̃ errorẽ bonũ est: vt non vno ictu scindat̃: ſꝫ in duobꝰ vel pluribus: ⁊ fiat ꝑus leuiter ⁊ paꝝ: ⁊ si nõ appebit sarnach in ꝑͣ incisione fiat paulatine ꝓfundiꝰ donec appeat: sic .n. faciẽdo nõ trãscẽdet̃ meta incisionis. Et dꝫ incisio fieri. dixit Raſ. in lõgitudine corpis: in latitudine tñ palpebre. nã ẜm longitudinẽ corpis situat̃ musculus in palpebra: ⁊ ẜm eius sitũ dꝫ fieri incisio: ⁊ q2 ista lõgitudo q̃ꝫtũ ad palpebrã põt vocari latitudo accipiendo latitudinẽ eiꝰ a loco piloꝝ eiꝰ vsq̃ ad aliũ: iõ dixit. ꝙ fiat i latitudine palpebre q̃ redit in idẽ cũ lõgitudine corpis: lõgitudinẽ aũt palpebre accepit Raſ. eã q̃ est ab angulo lachrymali ad aliũ angulũ: ẜm quẽ nõ dꝫ fieri incisio in ea, q2 incideret̃ musculus ꝑ trãsuersuꝫ. Cũ aũt appebit sarnach iuoluat medicꝰ digitos suos cũ qbus vult trahere sarnach petia linea, vt nõ defluat sarnach a digitis suis, ⁊ tũc trahat illud medicus dextrorsuꝫ ⁊ sinistrorsuꝫ supius ⁊ inferius, donec egrediat̃ sarnach, ⁊ nihil ex eo remaneat. Ista tñ extractio dꝫ suauit̃ fieri. ꝙ si remãserit aliqͦ residuũ nõ obediens sepationi pulueriꝫet sup ipꝫ aliq̃ꝫtulũ salis, q2 corrodet illud ⁊ desup ponat̃ pãnus infusus in aceto, q2 desiccat ⁊ ꝓhibet supuenire apã. Quidã aũt residuũ qͦ remãsit q̃rũt extrahere incidẽdo paulatine ⁊ detegẽdo ipm ⁊ discarnãdo suauiter cũ ferro vel pẽna, deinde capiũt illud cũ hamis mouẽdo ipsum ⁊ trahẽdo ad dextrã ⁊ sinistrã, sursum ⁊ deorsum donec sepet̃, sarnach itaq̃ extracto toto mane sequẽti, si securitas fuerit de fluxu sanguis ⁊ supuẽtu apatis curet̃ locꝰ cũ medicinis adhesiuis .i. ꝯsolidatiuis, sic est. dixit Raſ. succꝰ cucumeris. siet̃. memithe ⁊ crocus. Et Aui. dixit. sicut est liciũ siet̃ memithe ⁊ crocus. nã ista ꝯsolidãt ⁊ ꝯfortãt locũ ⁊ dolorẽ sedãt. ¶ Et sciaꝫ ꝙ ad h̃ capl'm põt reduci ois ꝯsil'is nodus ⁊ lupinꝰ ⁊ glãdula siue scrophula orta in palpebris ⁊ egritudo vocata a Jesu haly. salach in qua mã ꝯtinet̃ in folliculo sicut glãdula.

¶ De egilopa vel agilos vel ypopio ⁊ algarab ⁊ fistula lachrymali. Cap. lij.

Apostema eueniẽs in lachrymali oculi, aliqñ repit̃ vocari lachryma, q2 lachrymari facit, ⁊ dr̃ egilopa, ⁊ dr̃ agilos vt 2ͦ cõti. ⁊ Hal'. dixit carmi. Et Azarauius dixit aluarꝫ. ⁊ est ex eo fistulosum, ⁊ vocat̃ garab vel algarab, ⁊ aliqñ vocat̃ ypopiuꝫ ⁊ dr̃ sic ad sil'itudinẽ cuiusdã vasis. qͦ hꝫ foramẽ, vñ fluit aq̃, ⁊ aliqñ vocat̃ fistula lachrymalis, nõ fistulosuꝫ ṽo vocat̃ a qbusdã bilus vel balus: ⁊ a qbusdã vocat̃ torsuꝫ, ⁊ est passio nascẽs inter nares ⁊ angulos oculi: ⁊ ꝙ ex isto est faciẽs saniẽ, nisi cito curet̃ facil'r fit fistula. ¶ Dixit. A. 3ͣ tertij. qñq̃ egredit̃ a lachrymalibus .ſ. domesticis oculi exitura .i. apã. dixit ãt exitura, nõ q2 sp sit exitura: ſꝫ q2 mã eius est ꝯgregata in ea neruosa ente carne lachrymali ea forma q̃ cõgregat̃ in exitura, est .n. caro anguli lachrymalis porosa apta recipe mãs, ⁊ nõ solũ recipe, ſꝫ ẽt detinere eas, maxime qñ foramina q̃ ab ea ad nares ꝓtẽdunt̃ sunt stricta aut opilata: ita ꝙ mãe per ipsa nõ excludunt̃ ad nares ⁊ mã huiꝰ apatis ẽ multũ apta suppurari ⁊ in saniẽ ꝯuerti. ¶ Ait Raſ. 2ͦ ꝯti. carnicula q̃ est i angulo maiori dũ crescit detinet lachrymas ⁊ supfluitates, ne defluãt ad nares ⁊ occultãt̃ in ipsis carnibꝰ, ⁊ accit ex eis apã lachrymale, ⁊ istͦ apã est de illis q̃ ẜm pl'm icipiũt exiture, q̃ꝫuis aliqñ possit icipe nõ exiture, ⁊ q̃uocũq̃ icipiat ꝑꝑ detẽtionẽ sue mãe i porositatibus victe carnis ẽ valde aptũ trãsire i fistulã, q̃ꝫuis minꝰ illud qͦ incipit nõ exitura, ꝙ .n. icipit exitura raro euadit qn ad fistulaꝫ terminet̃. ¶ Nascit̃ ẽt in h̃ angulo lachrymali aliqñ bothor siue glãdula dura q̃ nõ saniat̃. ¶ Et scias. ꝙ i alio angulo oculi ꝑt oriri ipa glãdula siue bothor dura, ⁊ sil'r põt in eo oriri apa: qͦ ẽ aptũ nõ saniari ⁊ saniari ⁊ ꝯuerti i fistulã ⁊ nõ ꝯuerti i ea, queãdmodũ accidũt apata i reliqͦ corpe. Et q2 eorũ curatio nõ diuersificat̃ a cura gñali apatũ, iõ de eis non fecerũt spãlẽ mẽtionẽ. ¶ Diuidit̃ aũt apa lachrymale i spẽs, qm̃ ẜm diuersitatẽ mãe, de q̃ dixit. A. ꝙ ẽ qñq̃ exitura dura .i. bothor duꝝ q̃ ad tactũ mouet̃ ⁊ nõ rũpit̃ .i. nõ diuidit̃ sub tactu. vl' nõ rũpit̃ .i. nõ apit̃: nec ad itra: nec ad ex̃, q2 mã eius nõ ẽ acuta, nꝫ saniabil', ſꝫ ẽ mã flãtica igrossata ⁊ idurata, ⁊ i vnũ collecta, ⁊ hꝫ pl'ꝫ ẽ sine folliculo, q̃ꝫuis possit colligi i eo. Et. A. dixit. ꝙ ẽ de gñe glãdulaꝝ de q̃ dixit Raſ. 2ͦ ꝯti. ẽ maioris carnicule exñtis supra locũ foraminis iter oculũ ⁊ nares

De c[…]

De diuisione eius in spẽs.

declinans a sua tēperātia. ¶ Et Antił. dixit. accidit ex apāte lachrymali: q̄dā spēs q̄ nō spargit̄. i. non erūpit̄: neq̨ ad nares: neq̨ ad oculū: ⁊ nō vr̄: nisi q̄dā eminentia in oculo in lachrymali: ⁊ cuꝫ cōprimit̄ lachrymale p oculos ⁊ nares non egredit̄ putredo aliq̄: ⁊ sentit dolorē in oculo: ⁊ ex h̄ lachrymabit̄ oculus cōtinue sine occasione aliq̄ alia. Et Aui. dixit. ꝙ plł'm malitie ei⁹ est ꝙ vr̄ eminētia in lachrymali. Pōt. n. videri ab ifirmo cū ꝯuertit oculū v̄sus lachrymale: ⁊ pōt videri ab īspiciētib⁹: ⁊ iuenit̄ ad tactū cū cōpressione. i. qñ p̄mit̄ sup ip̄m: ⁊ cū p̄mit̄ dolet: q̄ caro salua q̄ est sub ea ledit̄ a re illa dura ⁊ mł'tiplicat̄ cū eo ophthalmia: aliqñ v̄a ⁊ ꝓp̄e dcā: ſꝫ vtplł'm improprie dicta: nā frequēter accidit ꝯturbatio pp mām q̄ fluit ad oculū: tū ex frequēti tactu quē facit infirm⁹ sup eaꝫ: tū ēt q̄ oculus ex mā ibi locata debilitat̄ ⁊ disponit̄ ad recipiēdū. ¶ Et qñq̨ dixit Aui. est exitura bothoralis: nā f̄m plł'm est apā puū: ⁊ est faciens collectionē: ⁊ postea disrūpit̄ vel p se vel a medico: ⁊ qñ disrūpit̄ de p se qñq̨ disrūpit̄ ab extra: ⁊ qñq̨ ad angulū lachrymalē oculi ab intra ad viā nasi: rūpit̄ aūt p se: q̄ sanies intus ꝯtēta exacuit̄ ⁊ corrodit partes quousq̨ rūpant̄. Et qñ rūpit̄. dixit Aui. f̄m plł'm facit fistulā: ⁊ hoc maxīe: qñ fit disruptio ad intra. Et qñq̨ per se ēt rūpit̄ ad extra: q̄ anteq̄ꝫ p se rūpat̄ sanies corrūpit partes circūstantes. s. carnē pāniculuꝫ ⁊ os corruptione qua fit difficilis eius rectificatio: vñ fit fistula. Si tñ p se rūperet̄ ad extra: aut p mediū incideret̄ añq̄ꝫ multū inficeret ptes nō faceret fistulā: ⁊ ꝓpea iussit Pau. apiri h̄ apā anteq̄ꝫ pfecte sanet̄: ⁊ imo scias ꝙ q̄ꝫto citius pforat̄ ⁊ extrahit̄ inde mā eius tāto meli⁹ est ⁊ lōginqus ad h̄ ꝙ fiat fistula. ¶ Dixit Aui. ꝙ ambe due spēs cōicant in h̄ ꝙ mouent̄ sub tactu ⁊ submergunt̄ cū cōpressio fit sup eis cū digitis: ⁊ h̄ iō q̄ mãe eaꝝ existentes sepate ⁊ nō ibibite cū p̄mit̄ sup eis tendūt in vacuitates eoꝝ locoꝝ: ⁊ silr̄ cū dimittit̄ ⁊ remouet̄ digitus: ⁊ nō cōprimit̄ augmētant̄. i. redeūt exterius ad locū pristinū ⁊ eminent sicut prius. ¶ Dixit Raſ. 2° ꝯti. accidit lachrymalibus oculoꝝ apā qd̄ cōpressione digiti ꝓfundat̄ ⁊ remoto digito reuertit̄ ad id qd̄ fuit ⁊ cōicat vtraq̨ spēs in h̄: q̄ color eius: vt dixit Raſ. silis est colori corpis. s. mēbroꝝ sanoꝝ circūstātiū: ſꝫ differūt p̄dicte spēs. p̄ q̄ vna appet tactui dura ⁊ altera nō. Et dura nō saniat̄ ⁊ altera sic: ⁊ dura per se nō indicat fistulā: ⁊ altera sic: ⁊ in dura frequenter accidit cōturbatio: ⁊ in altera nō sic: ⁊ maxime post ruptura: q̄ mãe h̄ñt locuꝫ ad quē euacuant̄: ⁊ maxīe cū nō eūant̄ ad angulū lachrymalē: ⁊ dura glādulosa rarius accidit q̄ꝫ altera. nā mãe q̄ descēdūt ad illa loca nō sunt grosse ⁊ sunt magis apte saniari q̄ꝫ indurari: ⁊ diuidit̄ hoc apā in spēs: aliqñ f̄m sitū mãe. Dixit eniꝫ Raſ. vbi supra. ꝙ aliqñ erit ꝓfundū: ⁊ aliqñ nō. Et Pau. dixit. ꝙ poł'e est ꝙ declinet ad exterius vt appeat sensibilr̄ ad visum: ⁊ poł'e est ꝙ declinet ad interius ⁊ nō appeat visui: interius. n. sunt loca vacua in q̄bus mā apostemans pōt latitare. Dixit Aui. qñq̨ est de substātia eius bothor ⁊ eius aug^m in ꝓfundo: quare eius eminētia exterius nō apparet. sup. ⁊ qñq̨ est eius mā ⁊ aug^m extra eminens: ita ꝙ pꝫ visui: dixit Pau. ꝙ est multe ꝓfunditatis ⁊ corrūpit os: ⁊ poł'e est ꝙ corrūpat ossa nariū oīa: qd̄ vero nō est ꝓfundū ⁊ non corrūpit os. s. sic cito ⁊ facił'r sicut ꝓfundū ⁊ cognoscit̄ ꝓfundū nō apparēs sensui. dixit Auic. ꝙ ad ip̄m sequit̄ pruritus ⁊ erit q̄si ꝯtinuus in pte lachrymali. Et dixit. ꝙ qñ man⁹ inuenit ip̄m apud exp̄ssionē vltimā. i. qñ fortit̄ cōprimit̄ i loco cū digito.

De causis

Supra dictū est. ꝙ mā algarab duri est flātica indurata. De mā aūt garab bothoralis siue exituralis auctores nō exp̄sserūt relinquētes eā notaꝫ ex ḡnali determinatiōe apātū. s. ꝙ sicut alia apāta p̄ñt fieri ex oī humore: ita ⁊ istud: ideo Gal. capł'o de fistulis oculi. dixit ꝙ qñq̨ fit ex cā calł'a sanguinea vel colł'ica: ⁊ qñq̨ fit ex frigida flātica vel melł'ica: ⁊ iō errauit Guił'. q solū dixit de mā hūida ⁊ melł'ica. Dixit Guił'. mā sanguinea cognoscit̄ p ruborē loci ⁊ venarū circūstātiū iflationē ⁊ sanguinolētā saniei eductionē ⁊ colł'ica p loci citrinitatē pūctiones ⁊ arsuras in loco: ⁊ p citrinā sup̄fluitatē ⁊ flātica p mēbri molliciē ⁊ albedinē ⁊ albā ⁊ aquosaꝫ sup̄fluitatē. Et melł'ica p mēbri duriciē ⁊ humiditatē ⁊ cinericiū colorē saniei. ¶ Dñt ꝙ vtplł'm mā eius est flātica: nā flāticus humor q̄ñ ꝯtinue fluit p carnē lachrymalis ad nares cūq̨ ipedit̄ trāsire ad nares detētus in carne lachrymalis ḡnat garab. Et ob hāc cām dixit Guił'. q̄daꝫ extimauerūt ꝙ fistula lachrymalis semp fieret a mā flātica ⁊ est magis aptū: vt ex eo pueniat fistula: nam mā flātica saniata sua viscositate nō bñ obedit mūdificationi: q̄re corrūpit ptes in circuitu: vñ fistula fit. Post flāticaꝫ sepius fit garab ex mā sanguinea: q̄ apta est illuc deuenire p venas anguli lachrymalis. Colł'a aūt ⁊ melł'ia raro illuc defluunt: qñq̨ tñ fit ex colera. ¶ Dixit Jesus haly. ꝙ cā eius est mā acuta ⁊ minuit̄ p mitigationē acuitatis ipsius humoris. ¶ Et garab q̄dē facta fistula añ eruptionē ad exterius vocat̄. dixit Aui. bubalis ⁊ nō garab: neq̨ fistula: nisi tu velis noiare rem duobus noibus: ⁊ est fistula eueniens. dixit ipse in angulis oculi domesticis: cuius plł'm succedit exiture ⁊ bothor. i. exiture bothorali vel bothor qd̄ fit in exitura apparētibus in loco illo. Dixit aūt Auic. plł'm eius q̄ aliqñ succedit vulneri illato illo loco: imo aliqñ succedit flōmie vene loci ipsius. Vñ Aui. p̄¹ 4ª. capł'o de flōmia dixit. ꝙ ex flōmia venaꝝ lachrymaliū timet̄ de fistula in eis. ¶ Et aliqñ succedit corruptioni inchoanti in osse q̄ paulatim corrūpit carneꝫ supra se: ⁊ fit fistula. Et inchoatio eruptionis in osse ꝓcedit ex materiebus malis defluxis ad loca vacua carnis lachrymalis ꝓpinquis ossi.

Et de signis bakił'. dixit. A. est q̄ istud mēbrū. s. caro lachrymalis est subtilis subē vr̄ ab interiori ei⁹ vsq̨ ad ei⁹ exitū exterius sicut pānus quē inuenies a latere ossis nasi: ⁊ a latere eius qd̄ appet de oculo. Et vult dicere ꝙ ista exitura fistulata añq̄ꝫ rūpat̄ eius sup̄ficies exterior appet: sicut vnus pānus subtilis inspiciēdo ipsaꝫ ex parte depressa q̄ adheret ossi nasi: ⁊ a pte eleuata q̄ est supra eminētiā exiture: ⁊ h̄ hꝫ veritatē cū iā appropinquat iuncture: ⁊ hoc ideo q̄ caro lachrymalis in qua illa mā cōtinet̄ est subtilis cutis: ⁊ iō sanies q̄ dꝫ erūpere corrodēdo ⁊ subtiliādo facit eā appere subtilē: sicut pānus vñ lucet ⁊ vr̄ ꝙ iteri⁹ est. s. sanies: ⁊ est hoc ēt signū ꝓpinq̄tatis rupture ei⁹: nā cū videris cutē dictaꝝ ptiuꝫ subtiliatā in tm̄ ꝙ appet qd̄ est desubtus iā certus eris ꝙ cito rūpet̄: cū ḡ rūpit̄ ⁊ fit fistula dimitt t longitudinē. i. altitudinē: q̄ dep̄mit̄ ⁊ eruptio exiture pōt eē ad diuersas ptes vt. s̄. dictū est. Et Aui. dixit. qñq̨ est ad exteriora: ⁊ qñq̨ est ad iteriora: ⁊ qñq̨ ē ad ambo latera silł' ⁊ multotiēs fit ei ruptura ad nasuꝫ ⁊ currit ad ip̄m. s. putredo ⁊ exit ex eo: currit aūt putredo ad nasum qñ descendit vsq̨ ad foramē. Et qñq̨ seq̄t̄ malitiā ei⁹ os. s. supi⁹ nasi qñ extēdit̄ ad ptē ossuosaꝫ vsq̨ ad supciliū ⁊ corrūpit ip̄m ⁊ denigrat: deīde corrodit illud ⁊ corrodit cartilagines palpebre inferioris: qñq̨ erūpit ad angulū lachrymalē oculi. ¶ Et dixit Zoar. ꝙ pōt ꝯtingere ꝙ rūpat̄ intus in tunicis oculoꝝ ⁊ corrūpat̄ oculus qñ rūpit ad angulū lachrymalē. Dixit Joānniti⁹. ꝙ ē malū: q̄ vt dixit Gal. ⁊ ponit̄ 2° ꝯti. qñ sp̄git̄ v̄sus oculū difficulter curat̄, q̄ apā qd̄ orit̄ in tali loco dꝫ curari cū medicinis sine pūctione: q̄ acute idućūt dolorē oculoꝝ ⁊ magnificāt apā: ⁊ fistula idiget medicinis violētis q̄s nō tolerat oculus: nec patit̄ lōgā ligationē. Jste ēt cāe faciūt ad difficultateꝫ curationis ois spēi fistule lachrymalis: ⁊ addit̄ 3ª cā q̄ est ꝯtinu⁹ defluxus humiditatis ad locū ip̄m q̄ remollit ptes ipsi⁹ in circuitu ⁊ fistula idiget exiccatiōe forti: ⁊ 4ª est ꝯtinu⁹ mot⁹ carnis lachrymalis: ipsa. n. mouet̄ ad motū palpebraꝝ: ⁊ de istis duab⁹ vltimis cāis. dixit Aui. mēbrū istd̄. s. caro lachrymalis ē humidū ⁊ mouet̄ semp. Sūt ēt he due cāe ꝙ vlcus hui⁹ mēbri fiat fistula. nā multa humiditas hui⁹ loci pparat locū ad sanationē. i. in eo sanies multa fiat, ⁊ cū h̄ ꝓhibet vlceris curationē fieri q̄ est illi⁹ exiccatio, mot⁹ ēt cōtinuus ipsius ꝓhibet ꝯsolidationē, ⁊ sic fit, vt fiat fistula.

Apa cuꝫ spargitur v̄sus oculum difficulter curatur.

Signa fistule lachrymalis terminate ad extra nota sũt ex signis gñalibus dictis.caº de fistula. Eius võ cuius ruptura est ad interiꝰ sũt ꝙ aliqñ fit tumoꝛ.qdã ꝑuus apparẽs exteriꝰ:⁊ maxie fit in nocte:⁊ si ruptura est ad nasum fluit:tũc sanies q̃ tumorẽ faciebat ꝑ nasuꝫ:⁊ si ruptura est ad angulũ lachrymalẽ exit apud illã cõpressionẽ sanies ꝑ ip̄m:⁊ replet̃ oculus sanie ⁊ tumoꝛ post cõpressionẽ delitescit. Et qñqꝫ ẽt exit sanies ad oculũ absqꝫ apparitione tumoris:⁊ absqꝫ cõpressione:⁊ qñqꝫ ẽt exit ad oculũ facta cõpressione p̄ter ꝙ tumoꝛ appeat:sicut sil̉r exit ad nasuꝫ apud compressionẽ qñ ruptura est ad ip̄ꝫ. Et aliqñ exit ꝑ nasum nulla ꝯp̄ssiõe fcã in loco ap̄õ isflationẽ fortẽ ⁊ conatũ ex sufflatiõis:⁊ qñqꝫ post termiationẽ:⁊ qñqꝫ illa q̃ rupta est ad anguluꝫ lachrymalẽ iplet oculũ aq̊sitate nõ saniosa q̃ ipedit visum.

Cura huius egritudinis variat̃ ꝭm diuersas eius dispositiones. In qualꝫ tñ dispõne opꝫ vt ordiet̃ regimẽ in sex rebꝰ nõ nãlibꝰ ꝙ sit exiccatiuũ ⁊ resolutiuũ. Et opꝫ vt caueat̃ fortis ⁊ frequẽs cõpressio loci:qm̃ nocet.dixit Ras. vbi supra.qꝛ debilitat locũ ⁊ mãꝫ attrahit:in oĩ eiꝰ dispõne: opꝫ vt ꝑueniat̃ cũ euõne ⁊ mũdificatiõe corꝑis ⁊ capitis ⁊ ꝓprie cũ eis que respiciũt mãm facientẽ eaꝫ. ¶ Dixit Mes. cura huiꝰ egritudis incipiẽda est cũ corporis mũdificatione ⁊ capitis cũ iteratiõe:donec ꝯfidamus de abscisiõe suꝑabundãtiũ hũoꝝ:⁊ cũ abstinẽtia ⁊ cõmẽsuratiõe:vt reꝝ nõ nãliũ ꝭm q̃s.cõmẽsurat̃ dieta. ¶ Interim tñ dũ mũdificat̃ corpus ⁊ ordinat̃ dieta:⁊ ẽt post:cura ẽt hꝫ fieri ꝑ localia ⁊ cõplet̃: aut ꝑ medicinas:aut ꝑ chirurgiã:veꝝ a cura ꝑ medicinas incipiẽdũ est:⁊ ꝭm intẽtionẽ Mes.incipiẽdũ est a debilioribꝰ ⁊ gradatiꝫ ꝑueniẽdũ ẽ ad fortioꝛa. Si itaqꝫ hoc ap̄a incipit nõ exitura:tũc dꝫ curari cura alioꝝ ap̄atũ in p̄nº cũ repcussiuis:⁊ tãdẽ cũ resolutiuis. Ait.n. Ras.2º ꝯti.ꝙ curet̃ in p̄nº sicut curant̃ ap̄ata cũ ꝓhibitiõe.i.repcussiõe ⁊ resol̉õne:⁊ dicunt maxie ꝯuenit repcussio in p̄nº p̄ncipiãte:⁊ cũ mã eiꝰ fuerit cal̉a:cũ aũt mã fuerit frida:⁊ post initiũ p̄ncipij nõ sic cõueniũt. ¶ Et.qꝛ vt pl̉ꝫ h̉ ap̄a est de mã frida:⁊ qꝛ vt pl̉m incipit exitura:⁊ qꝛ vt pl̉m icipit ꝑuũ:⁊ nõ cũ vehemẽti doloꝛe: vñ medicꝰ nõ vocat̃ in initio sui p̄ncipij:iõ cõiter auctores nõ posuerũt curã eiꝰ ꝑ ꝓhibẽtia:sꝫ iceperũt a resolutiuis:⁊ maxie Mes. ⁊ Aui. Jesus haly.tñ incipit a cura q̃ ꝯpeteret in fine augmẽti ⁊ statu ap̄atũ fridoꝝ. Et dixit.in p̄nº administra medicamẽ factũ ex memithe croco ⁊ myrrha:⁊ h̉ fec: qꝛ ꝯsiderauit fluxũ mãe:⁊ ẽt exigẽtiã resol̉onis eiꝰ:⁊ posuit ergo memithe ad ꝓhibẽdũ:⁊ crocũ ⁊ myrrhã ad resoluẽdũ: maxie tñ hoc medicamẽ cõpeteret in p̄nº qñ istud ap̄a inciperet exitura:qꝛ tũc ꝓprie dꝫ eẽ duplex intẽtio:vna ad ꝓhibẽdũ defluxũ mãeꝝ:⁊ alia ad resoluẽdũ qõ est defluxũ:ne hẽat in saniẽ ꝯuerti. In hac eniꝫ egritudie dꝫ ꝓhiberi saniatio q̃ꝫ tũ pol̉e est:vt nõ ꝑducat̃ ad fistulã. ¶ De ꝓhibitiuis ãt qbꝰ est vtẽdũ in p̄nº sunt endiuia plãtago lãceola solatrũ ⁊ silia. Et post p̄nᵐ p̄ncipij sunt miscẽda cum illis flos camomille mellilotũ semẽ aneti feniculũ ⁊ silia:deinde deueniẽdũ est ad resolutiua pura ex eis q̃ dicent̃:q̃ ẽt cõueniũt in p̄nº augmẽto statu ⁊ declinatione eiꝰ q̃ incipit exitura. Veꝝ in p̄nº ⁊ statu exiture resolutiua debẽt eẽ fortis exiccatiõis, vt ꝑ ea ꝓhibeat̃ mãe saniatio. ¶ De resolutiuis puris ꝯueniẽtibꝰ.dixit Mes.sũt sicut armoniacũ dissolutũ cũ oleo nucũ ⁊ succo feniculi:aut bdelliũ aut armoniacũ cũ modico atramẽti:quia atramẽtũ multũ exiccat:aut nux rancida ꝯtrita ⁊ supposita: qm̃ est vltĩa. Et. A.dixit.qñqꝫ cõfert in p̄nº.s.incipiẽtis exiture:⁊ añ eruptionẽ:imo añ saniationẽ atramẽtũ cuꝫ ponit̃ suꝑ ip̄ꝫ ⁊ armoniacũ ⁊ meçabegi.i.bdelliũ ⁊ nux rãcida:qꝛ ꝑ rãciditatẽ facta est magis resolutiua:vt pꝫ p̄mo trac.scõi cañ.2º caº. Dixit aũt Aui.qñqꝫ qꝛ post saniationẽ ista nõ cõpeterẽt ad curã:siue ap̄a fuerit incipiens exitura:siue non. ¶ Et scias.ꝙ oĩa resolutiua ꝯueniẽtia ad hãc curã debẽt eẽ cũ t̄pe quo hñt approximari fortia:vt pꝫ ꝑ p̄dicta medicamina posita a Mes. Cũ ergo ipse dixit in p̄nº eẽ inchoãdum a debilioribꝰ nõ intellexit absolute:sꝫ voluit indicare ꝙ de fortibꝰ resolutiuis in p̄nº apponant̃ minus fortia:⁊ in ꝓcessũ fortioꝛa. ¶ Si võ hoc ap̄a qõ incipit nõ exitura:⁊ sil̉r qõ incipit exitura nõ resoluit̃:sꝫ trãsit ad suppurationem dehinc maturatiuis vti opꝫ:vt dixit Haly.⁊ sp̄al̉r medicinẽ ꝯfecte ꝑ alteã ⁊ semina malue ⁊ silia:neqꝫ cũ maturatiuis est diutius ꝓcedẽdũ:nã nõ dꝫ queri ꝑfecta saniatio:imo ꝑueniẽdũ est in aptiõe eiꝰ:aut cũ medicis:aut cũ ferro. Jnqt.n. Pau.in ap̄atibꝰ.n.q̃ fiũt i angulo lachrymali nõ est expectãda digestio: sꝫ velociter icidant̃:lꝫ sint idigesta ⁊ Jesus haly.ait.opꝫ medicari istã egriⁿᵉᵐ añ saniationẽ eius:sin aũt fit fistula. ¶ Et Aui.vr̃ ponere aliq̃s meⁿᵃˢ ad rũpẽdũ exiturã lachrymalẽ: quaꝝ q̃dã nõ sũt ꝑ se eruptiue:sꝫ ꝑ accñs:sicut est empl̉m factũ ex pane cũ semine almaru.i.marubij ⁊ olibano cũ lacte mulieris in quo est aliq̃lis maturatio,⁊ sic ꝑ accñs põt eẽ cã ꝙ maturata rũpant̃:⁊ q̃dã sũt fortasse eruptiue ꝑ se:sꝫ sunt debiles:sicut est crocus cuꝫ succo eruce vel ruthe in quo est aliq̃lis eruptio rõne acuitatis eruce vel ruthe:⁊ sic est mixta cũ 3ª ꝑte sui de gũmi arabico ꝯtritis cũ felle vaccino:in quo est ẽt aliq̃lis aptio rõne acuitatis fellis. Verũtñ aptio cũ medicinis ⁊ maxie cũ debilibꝰ fugiẽda est ꝓp lõgitudinẽ spacij ad opandũ in quo spatio sanies detẽta eẽt cã fistulatiõis loci. Ad qõ aspiciẽs Jesus haly.ait.meliꝰ est medicari cũ ferro ⁊ nõ expectare maturationẽ.s.faciẽtẽ eruptionẽ:queadᵐ expectaret̃ si q̃reret̃ aptio cũ medicinis maxie debilibꝰ:q̃les sũt q̃ dicte sũt ab Aui.⁊ qꝛ p̄dicta introductio textꝰ Aui.nõ vr̃ cõgrua ꝓp dictas cãs:iõ dictꝰ textꝰ al̉r itroducit̃ a qbusdã:⁊ dñt ꝙ Aui.in dicto textu adduxit medicias q̃ rũpũt.i. q̃ destruũt exiturã hac destructiõe ꝙ nõ fiet fistula saltẽ ꝑdurãs:⁊ h̉ faciũt meⁿᵉ exiccatiue:sic sũt p̄dicte tres meⁿᵉ posite ab Aui.q̃uis p̄ª sit minꝰ exiccatiua q̃ꝫ 2ª ⁊ 2ª q̃ꝫ 3ª. Et Ras. tñ tertiã medicinã de p̄dictis posuit eã ad exiccãdũ post aptionẽ. Et dix̃ 2º ꝯti. ℞.gũmi ara.p.j.myrrhe ꝑtis.iij.ipastet̃ cũ felle vaccino ⁊ ipleat̃ ex eis locꝰ:⁊ nõ remoueat̃ donec curet̃. Si tñ infirmꝰ vereret̃ icisionẽ cũ ferro:tũc supponat̃ medicina fortis eruptiõis:vt nõ ꝓlõget̃ spatiũ eiꝰ. ¶ Facta aptiõe tũc cura dꝫ fieri post exp̄ssionẽ saniei totiꝰ cũ his q̃ curat alias exituras:sic dixit. A.4ⁱ 3ª de cura exituraꝝ sequat̃ cura cũ meⁿⁱˢ in vltio exiccatiõis ⁊ resol̉onis. Et iõ Ras.2º ꝯti. dixit.icidat̃ ⁊ ꝯsiccet̃ cũ meⁿⁱˢ desiccatiuis.s.fortiter,iter q̃s p̄cipue est vitriolũ tritũ ⁊ pulueriçatuꝫ suppositũ ⁊ aloes ⁊ cortex thuris. Jsta.n.cura ꝯuenit huic exiture qñ icidit̃ ante maturationẽ,⁊ ꝯuenit ẽt in oĩbꝰ alijs i qbꝰ pꝛe timoꝛe fistulatiõis eẽt neccia aptio añ maturationẽ. ¶ Et nõ debent suꝑ istis exituris apponi meⁿᵉ ꝯplẽtes maturationẽ:sic faciunt stolidi ⁊ ꝑducũt eas ad fistulas:nõ.n.de istis exituris siue vlceribꝰ itellexit. A.4ⁱ 4ª.caº de mõ ligãdi vulnera cũ dix̃.ꝙ iste q p̄uidit iã in exp̄iẽtia dixit.ꝙ vulnera idigẽt:vt fiat eis sanies itus si pol̉e est ad h̉ vt penetrẽt cũ ea reliq̃ q̃ sunt:aut melioꝛa ⁊ velocioꝛis alterationis sil̉:qꝛ istud hꝫ vĩtatẽ in eis in qbꝰ nõ timet̃ fistula ⁊ ꝓprie in eis que sunt cũ cõtusione. Et facta exiccatione sufficienti deueniendũ est ad ꝯsolidationẽ eius cũ medicinis consolidatiuis que dicentur.

Quod si facta aptione inueniat̃ vlcus fistulosũꝫ ex mala dispõne vel erroꝛe:tũc ꝯsiderãdũ est:an fistula fuerit recẽs:an cronica:⁊ an fecerit coꝛruptionẽ in carne tm̃:an in carne pãniculo ⁊ osse. Et notã:ꝙ cũ oĩs fistula sit egriᵈᵒ cronica ⁊ difficilis sanatiõis:vna tñ ẽ difficilioꝛ ⁊ magis cronica q̃ꝫ altera:⁊ ista dr̃ cronica abˢᵉ ⁊ alia q̃ nõ ẽ sic cronica: nec sic difficilis curõnis dr̃ recẽs. dix̃. A.algarab.i.vlcꝰ fistulosũ lachrymalis ẽ egriᵈᵒ cronica.sup.⁊ ẽ difficilis curõnis, ⁊ alia nõ ẽ cronica:⁊ ẽ leuioꝛis curõnis:⁊ ẽ illa q̃ ẽ recẽs:⁊ nõ sumit̃:nꝫ sumi dꝫ cronicitas ⁊ recẽtia fistule hꝰ ex t̄pe q̊ ꝑdurat,sꝫ ex dispõne i ip̄a repta,cũ.n.fecerit mltã coꝛruⁿᵉᵐ carnis ⁊ ꝑuenerit ad coꝛruⁿᵉᵐ pãnicl̉i ⁊ ossis,tc̃ ẽ ãtiq̃ cronica difficillime curõnis:sꝫ cũ ꝑuã i carne fecerit coꝛruⁿᵉᵐ ⁊ nõ ꝑuenerit ad pãniculũ ⁊ os:tũc est recẽs. Et post dic.ꝙ cũ fe-

Cura ap̄atis hꝰ cuꝫ icipit exitura.

Repcussiua.

Resolutiua pura.

Maturatiua.

Rũpẽtia

Cura post aptionẽ.

Cura fistule

cerit in carne corruptionẽ multã: ꝛ iã ꝑuenerit ad pãniculũ:
nõdũ tñ fecit in osse corruptionẽ: aut ꝑuã ꝛ supficialẽ: tũc est
medie dispõnis inter antiquã ꝛ recẽtẽ: q̃ est recẽs ẜʒ plm cu/
raẜ cũ medicinis. Et dñt q̃dã. ꝙ qñ fistula nõ erupit: nisi ad
angulũ lachrymale putaẜ de ea ꝙ sit recẽs: aut ꝙ nõ fecerit
impressionẽ in osse. Media võ q̃nq̃ꝫ curaẜ cuʒ medicinis: ꝛ
q̃nq̃ꝫ ẽt eget chirurgia. Sic ergo ẜm tres dictas dispositio/
nes huius fistule diuersificatur curatio eius.

Cura fistu le recẽtis ℂ Que ergo est recens. dicit Mes. triplici eget genere cura/
tionis: ꝛ ꝑmũ est mũdificatio eius: ꝛ Auic. dixit. ꝙ canon in
cura ei⁹ est: vt mũdificeẜ in ꝑmis. ſ. ab oi sanie ꝛ viru: ꝛ ẽt a
carne filosa. alᷓs. filtrosa vel corrupta. si fuerit ibi: ꝛ fiat mun
dificatio virus ꝛ sorditiei. Dixit Mes. cũ eis ꝓprie q̃ sũt mo
derate abstersiõis: sicut est aq̃ mellis ꝛ mellilotũ ꝛ mellicra/
tuʒ: ꝛ forti⁹ illo est mellicratũ cũ modico aq̃ ruthe. Ista eniʒ
debẽt distillari int⁹ ꝑ foramẽ hora post horã: ꝛ deinde dʒ ex
primi ꝛ mũdificari virus ei⁹ ꝛ exiccari. ſ. cũ pãno ꝛ licinijs:
ꝛ deinde dʒ misceri lanugo arũdinis inuẽta in interiori ꝑte
eius: ꝛ ꝓprie iuxta radicẽ: q2 ibi grossior ꝛ siccior est cũ mel/
le pauco vel sola ꝑ se sicca ꝛ intromitti: q̃m est mũdificatiuũ
bonũ. sup. ꝛ desiccatiuũ: h̃ idẽ posuerũt Aui. ꝛ Ras. 2° ꝯtiñ.
Et subdit Aui. post amotionẽ lanuginis submergaẜ spõgia
in melle ꝛ adhibeaẜ algarab ꝛ mũdificabit ipm. Et dixit de
exꝑtis ad abstergẽdũ est sieẜ memithe ꝛ crocus cũ aq̃ atara/
con vel ataraxacon. i. endiuie vel cicoree: resoluit. n. ꝑ crocuʒ
exiccat ꝑ memithe ꝛ abstergit ꝑ succũ endiuie: ꝑ quẽ ẽt exic/
cat: vt ẽt voluit Sera. ca° de endiuia. Dicũt h̃ medicamẽ ma
xime valere qñ in loco esset aliq̃ supcalefactio: aut qñ ꝑ̃a fu
isset de mã calᷓa. Dixit Jesus haly. cũ fuerit locus calefactus
vnge cũ memithe ꝛ endiuia: ꝛ dñt. ꝙ hoc medicamẽ dʒ sepe
ꝑmutari: ne in mora corrũpaẜ ꝑꝑ aqueitatẽ endiuie. Si autẽ
caro in ea corrupta fuerit: ꝛ ꝑ ꝑdicta nõ fuerit mũdificata dʒ
mũdificari: sicut inferi⁹ diceẜ. ℂ Facta mundificatione suc/
cedit ẜm gen⁹ cure q̃ᵒ dixit Mes. est ad gñonẽ carnis deper
dite. Et impleẜ. dixit Mes. cũ medicinis exiccatiuis ꝛ icar/
natiuis mediocris exiccationis: sicut est ꝓprie administratio
aloe myrrhe sarcocolle ꝛ sang. drac. ꝛ camedreos ꝛ aristoᷓ.
thuris: ꝛ siliuʒ: ꝛ ꝓprie post abstersionẽ vulneris ꝛ mũdifi/
cationẽ ꝛ ablutionẽ eius cũ vino stiptico hora post horam.
Jdẽ ẽt dixit Mes. ℂ Quidã dixerũt. ꝙ ruta est ex reb⁹ mi/
rabilib⁹ ad hãc egritudinẽ, ꝛ ꝓprie facto emplᷓo ex ea cũ ex/
pressione granatoꝝ ei apposita sanat. Et de ꝓprietate ei⁹ est
ꝙ ꝓhibet remanere vestigiũ fedũ. ꝛ hoc q2 cita ꝯsolidat non
alterãdo ꝑtẽ sanã i circuitu sicut faciũt medicie acute: ꝛ ideo
dixit: nõ cures de ei⁹ mordicatiõe: q2 ꝑaꝝ durat. Pau. aũt cõ
fecit rutã cũ lixiuio: ꝛ dixit accipe folia ruthe domestice sicce
ꝛ tere ꝛ ipasta cũ lixiuio ꝛ pone sup agilos añq̃ꝫ ingrosseẜ. i.
ꝓfundeẜ: q2 cũ nõ fuerit grossuʒ vsq̃ꝫ ad os ex hoc bñ cõso/
lidabiẜ. Et dixit hoc medicamen in ꝑn° mordicat: ꝛ postea
nõ: ꝛ mirabili⁹ q̃ᵒ est in eo ꝙ nullũ induceẜ ex eo malũ. Jstõ
medicamẽ factũ cũ aq̃ granatoꝝ min⁹ desiccat q̃ꝫ factũ cum
lixiuio ꝛ cõpetit plus illo qñ in loco esset vestigiũ calᷓitatis.
ꝛ eꝯ°. ℂ Et posuit Aui. aliud medicamẽ q̃ᵒ est Jesus haly.
ꝛ dixit teranẜ limacie cũ ostracis suis: ꝛ ꝑmisceanẜ eis myr/
rha ꝛ aloes ꝛ apponaẜ. Est. n. ex eis q̃b⁹ curaẜ egritudo cũ
est adhuc pauca ꝛ nõ est aggregata. i. ꝓfundata. Notant ꝙ
istud medicamẽ iter gñantia carnẽ multũ est potẽs in exicca
tione: ꝛ ꝙ valet in hac egritudie añ rupturã: vt qñ mã esset
pauca ꝛ nõ aggregata. ſ. ad rupturã. exiccat. n. eã ꝛ ꝯsumit.
vʒ. q̃ post rupturã: ꝛ maxie in trib⁹ casib⁹. ꝑmus est qñ mã
saniosa nõ esset multa: imo pauca ꝛ nõ aggregata ꝛ nõ gros
sa: ẜʒ subtilis: q2 posset ꝑ istud medicamẽ exiccari: ꝛ ꝯsumi ẽt
absq̃ꝫ alia mũdificatiõe. scd̃s casus est qñ fistula foret i corꝑe
dure carnis sicce cõplᷓonis radicalis ꝛ etatiue ꝛ foret optime
mũdificata. nã in tali fistula ꝛ tali corꝑe hoc medicamẽ cum
sua exiccatione potẽti gñaret carnẽ, terti⁹ casus est qñ fistula
eẽt in corꝑib⁹ hũidis ꝛ pueris ꝛ eẽt mũdificata ꝛ repleta car
ne: q̃m ꝯsolidaret ꝛ cicatriçaret ipaʒ. ℂ Et de me^nis ꝯuenlẽ
tib⁹ ad ocãʒ intẽtionẽ. dixit. A. est gaudiũ ꝛ ẽ ꝯchiliũ mari/
nũ vstũ ꝛ croc⁹ caraçaton cũ aq̃ sumach solatri. i. cũ aq̃ infu
sionis sumach: q postea steterit ad solẽ. Ras. 2° ꝯtiñ. dixit. ꝙ
aq̃ infusiõis mirabolanoꝝ fricatoꝝ in ea. ſ. post triturationẽ
ipsoꝝ instillata in angulũ lachrymalis. sup. vel in foramẽ si
fuerit fistula aꝑta diminuit putredinẽ: ꝛ fortasse curaẜ ex ei⁹
vsu. ℂ Tertiũ genus cure. dixit Mes. est consolidatio vlce/
ris cum medicinis fortioris exiccationis que dicentur.

ℂ Cura võ fistule medie ꝛ fistule antiq̃ ꝛ iueterate q̃ntuplici
curatiõis idiget gñe: vt dixit Mes. ℂ Et ꝑ^a ẽ remotio eorũ Cura fistu le medie ꝛ antique
q̃ sũt ꝯ nãʒ q̃ sũt caro corrupta ꝛ Filtrosa. ꝛ hoc fit cũ medi
cinis acutis q̃ sũt colcotar ꝛ arsenicũ sal armoniacũ atramẽ Medicie acute corrosiue cõplẽtes ꝑ^m regimen.
tũ dithate alumis. añ. ꝑ. j. ꝛ calcis viue. ꝑ. ij. teranẜ in morta
rio eneo cum vrina pueri: deide post exiccationẽ vtere, vrina
pueri melior ẽ ad h̃ q̃ꝫ iuuenis: q2 magis hũida ꝛ sic magis
remittit acuitatẽ illaꝝ mediciaꝝ. Et Haly. ꝛ. A. ponũt vnuʒ
medicamẽ silᷓe ꝑdcõ q̃ᵒ sic fit. ℞. arsenici rub. i. auripigmẽti
ꝛ atramẽti. i. vitrioli. Hal. tñ loco atramẽti hʒ arsenici citrini
cãtaridaꝝ ꝛ cal. salis armo. ꝛ alumis ꝑtes eq̃les ꝛ aggregẽẜ
terẽdo cũ vrina pueri ꝛ siccenẜ ꝛ admĩstrenẜ sicca. ℂ Et de
nũero haꝝ mediciaꝝ põt poni puluis affodiloꝝ: q sic fit. ℞.
succi affodiloꝝ lib. j. auripig^ti rub. ʒ. ij. calcis viue. ʒ. iiij. suc/
cus affodiloꝝ bulliãt leuiter ad ignẽ donec medietas sit cõ/
sũpta ꝛ coleẜ: ꝛ tũc addanẜ ꝑdicta subtilᷓr pulueriçata ꝛ cri/
bellata ponẽdo ex eis successiue ꝑtẽ post ꝑtẽ sꝑ miscẽdo cum
spatula dõec bñ icorꝑenẜ: deiñ. fiãt ex eis troc. plᷓes ꝛ exiccẽẜ
in sole ꝛ cũ bñ exiccati fuerint reponanẜ ꝛ cũ nece fuerit fiat
ex vno eoꝝ puluis sbtilissim⁹ ꝛ ex eo iponaẜ sup carnẽ filtro
saʒ. eteni addiẜ ei q̃ꝫtũ ipe ẽ ex resalgere, ꝛ est tunc fortissime
oꝑõnis: ẜʒ nõ dʒ admĩstrari nisi in rusticis ꝛ robustis corꝑi/
bus. Et vt dñt. nõ fit ꝑdict⁹ puluis bon⁹ nisi i mẽse iulij ꝛ au
gusti. Vnũq̃ᵒq̃ꝫ dictoꝝ medicaminũ ꝛ alioꝝ siliuʒ ꝑt vocari
diabardie: de q̃ dixit Hal. ꝙ est medicamẽ acutũ. ꝛ q̃dã dñt.
ꝙ est vng^m cauterij q̃ᵒ poniẜ 5° cañ. Vna ei⁹ descriptio ẽt po
niẜ a seruitore: ꝛ est satis acutũ. Ras. tñ 2° ꝯti. describit illud
sic. ℞. bdellij ꝛ armoniaci q̃ꝫtitatẽ quã vis ꝛ dissoluãẜ in ca
çiola ad ignẽ: deide ꝓijciaẜ de sup viride eris q̃ꝫtũ põt in illis
recipi ꝛ incorꝑari vt remãeat sub fora vng^ti. corrodit. n. car
nẽ corruptã i fistula ꝛ dilatat orificiũ ei⁹. ℂ Põt ẽt ꝯpõi sic.
℞. alumis çuccarini ꝛ viride eris añ q̃ꝫtũ vis ꝛ incorꝑenẜ cũ
melle. ℂ Et scias ꝙ qñ caro corrupta nõ ẽ multa nec multũ
dura: ꝛ filtrosa debẽt eligi medicamia min⁹ acuta ꝛ nõ mul/
tũ dura. ꝛ in filtrosa magis acuta. Attñ añ ipõnẽ medicamis
acuti. dixit Aui. friceẜ in ꝑmis fistula cũ pãno. i. cũ licinio fa
cto de pãno vel filis ei⁹: q̃ᵒ fit vt mũdificeẜ ꝛ exicceẜ vt medi
camẽ iponẽdũ magis adhereat. Et dixit: ꝙ iter distillationẽ
ꝛ distillationẽ. i. approximationẽ medicaminis: maxie acuti
interueniat hora ꝛ spatiũ tꝑis ꝯueniẽs: q̃ᵒ nõ põt designari:
ẜʒ relinq̃ẜ bone extimationi medici: aliqñ. n. posset appone/
re semel in die aut bis aut plᷓies: ꝛ aliqñ iterponere dies ẜm
diuersitatẽ corꝑoꝝ ꝛ tẽꝑoꝝ anni ꝛ alioꝝ cõicantiũ. Alm. tñ
in 9° dixit. ꝙ in die ponãẜ tres aut q̃tuor gutte: ꝛ ꝙ iter gut
tã ꝛ guttã magnũ sit spatiũ. ℂ Et dixit. A. ꝙ ad iponẽdũ in
tus medicamẽ de meliori regie est vt mẽsureẜ ꝓfũditas fistu
le cũ tẽta: deide scita ei⁹ ꝓfũditate iuoluaẜ radi⁹. i. aliq̃ᵒ in/
strm aptũ ad h̃ cotto ad tãtã q̃ꝫtitatẽ ipsi⁹ instri q̃ꝫta ẽ ꝓfun
ditas ꝛ submergaẜ ẜʒ illõ cottũ in me^nis. si. n. sint parate in
fora pulueris iuoluanẜ in illo: ꝛ si in fora liq̃da vel vnguẽti
ibibaẜ vel vngaẜ: ꝛ sic ponaẜ it⁹ vsq̃ꝫ ad fũdũ fistule. sic. n. in
cotto seruaẜ meli⁹ me^na: ꝛ meli⁹ ẽt sic attigit ad oẽs terios fi/
stule. Et apposito medicamie. dix. A. strigaẜ cũ pãno ligãdo
ibi vt ꝯsueẜ ꝛ adhibeaẜ q̃es. Añ tñ oia dʒ vt si orificiũ fistule
nõ fuerit aꝑtũ sufficiẽter ꝙ aꝑiaẜ ꝛ dilateẜ cũ itromissiõe tẽte
de spõgia vel medulla sagalis vel radice arist. ro. sicca aut cũ
aliq̃ ex vnguẽtis acutis. ℂ Cũq̃ꝫ medicamẽ acutũ ꝯpleuerit
oꝑõnẽ suã suppona ẜ butyrũ vel assungia vel aliud leniens

escarã donec totũ remoueatᷣ. Melius tñ est iterare medicamen acutũ ꝑtẽ post ꝑtẽ q̃ꝫ ꝓfũdare cũ ipso in vnica vice. maxime si nõ poterit poni vsq̃ꝫ ad ꝓfundum fistule. ¶ Et dixit Mesᷣ. ꝙ qñ submergitᷣ ⁊ ꝓfũdatᷣ egritudo ⁊ iprimit corrũpẽs os: aut alterat sup̲ficiẽ ei⁹: tũc totũ qꝺ corruptũ ẽ radatᷣ ⁊ abijciatᷣ vsq̃ꝫ dũ appeat purũ. mortificata. n. fistula ⁊ mũdificata a tota carne corrupta ⁊ mortificata: tũc si ꝑuenit fũd⁹ ei⁹ vsqꝫ ad os dꝫ medic⁹ in ipꝫ aspicere ⁊ videre: an sit corruptũ qꝺ sciet. dixit Rasᷣ. 2. ꝯti. si tãget ipꝫ cũ acie instrĩ: ꝙ si labitᷣ ab osse ⁊ loc⁹ est lenis os est sanũ: ⁊ si adest aspitas ossis os est corruptũ: cognoscitᷣ ẽt ꝑ colorẽ vt si fuerit nigruꝫ aut liuidũ os est corruptũ: ẽt añ q̃ꝫ detegatᷣ qñ nõ valet medicatio cũ medicinis. ¶ Dixit. A. cũ garab ꝯsequetᷣ os, ⁊ nõ iuuatᷣ cũ medicis: tũc est necẽiuꝫ scindere ⁊ detegere os a suo interiore. i. vsq̃ꝫ ad ꝓfundũ: ita ꝙ ẽt a pãniculo tegẽte ipꝫ ⁊ ad saniẽ. i. amouere carnẽ corruptã si fuerit donec ꝑueniatᷣ ad os. ¶ Et tũc in corrupto cura est ꝫꝫ tres modos. s. cũ abrasione cũ cauterio ⁊ cũ ꝑforatiõe. ¶ Et p° mõ dixit. si os ẽ sanũ ⁊ nigrũ ⁊ nõ itellexit ꝙ sit de sanũ cũ sit nitrũ: sꝫ ꝙ sit solũ lesuꝫ sup̲ficialr̃ ⁊ nõ in ꝓfũdo: sꝫ appeat i eo q̃dã nigredo siue liuedo: tũc fricetᷣ nigredo. s. donec ꝑs nigra remoueatᷣ ⁊ ista fricatio fit cũ instr̃o ad hoc apto. ¶ De 2° aũt mõ dixit. si res fuerit maior. s. q2 sit corruptio in ꝓfũdo: ⁊ nõ solũ ꝫm sup̲ficiẽ qꝺ põt ꝯiecturari ex diuturnitate ⁊ malitia fistule ⁊ malitia coloris ⁊ multa aspitate: ⁊ cũ abradiᷣ inuenitᷣ corruptio ꝓfũdari: tũc est necẽiuꝫ cauteriũ. q̃ꝫto ꝓfũdi⁹ fieri põt in infimo ꝯcauitatis: tñ nõ declinãdo ad nares. s. ad suprema nasi ne corrũpatᷣ olphat⁹: neqꝫ ad oculũ ne ledatᷣ aut corrũpatᷣ. Et dixit. eleuetᷣ tũc tunica ꝯiũctiue in ꝓfũdo qꝺ fit declinãdo pupillã a ꝑtib⁹ nasi v̓sus angulũ siluestrẽ. Quanto. n. pupilla magis torq̃tᷣ v̓sus ipꝫ ãgulũ: tãto magis ꝯiũctiua in ꝓfũdo qꝺ erat occultũ leuatᷣ ad ꝑtẽ nasi: ⁊ h̓ fit ne ledatᷣ cornea. tũc g̓ fiat cauteriũ vlti^m cũ fiducia ne possit ledere ꝑtes sup̲iores nasi ⁊ oculi: ⁊ ne ꝑueniat lesio ad ꝑtes oculi: opꝫ vt teneatᷣ oculus ꝫꝫ sitũ deñ vltime ⁊ fixe. Et opꝫ dixit Aui. cũ fit cauteriũ aut ponitᷣ medicamẽ acutuꝫ in fistula. vt ponatᷣ supra ipꝫ oculũ spõgia ifusa i aq̃ ifridata aut massa subtili infrigidata niue: ⁊ q̊tiẽscũq̃ꝫ spõgia vult calefieri. i. incipit fieri cal̓a irroretᷣ cũ aq̃ frida vel niue. Mes. dix. ꝙ cauteriũ est cura ei⁹ apud pessimitatẽ morbi: ⁊ ponit modũ deñ. ¶ De 3° v̓o mõ. dixit. A. qñq̃ꝫ ẽ necẽiuꝫ vt i osse corrupto fiat foramẽ qꝺ trãseat ad nares: qꝺ erit qñ corruptio ossis erit multũ ꝓfũdata: ⁊ ꝓp̓e dixit Mesᷣ. qñ ꝑcipitᷣ corruptionẽ ia adhesisse colatorio. istꝺ. n. est qꝺ raro recipit curationẽ nisi sit a fortuna. Nos. n. curauim⁹ aliq̊s: ⁊ pauci ex eis sanati sunt. Et fit qñq̃ꝫ foramẽ vnũ: ⁊ qñq̃ꝫ fiũt pl̓a foramia ꝑua. Fit aũt ꝑforatio ista. dixit Rasᷣ. ad attrahẽdũ malã mãꝫ ad nares ⁊ iõ siue vnũ fiat siue tria sic fiãt vt penetrẽt ad intus nasi vt ꝑ nasum egrediatᷣ virus ⁊ nõ retineatᷣ: ⁊ cũ fiũt ista foramia: opꝫ etiã vt sanetᷣ oculus mõ supradicto. Et q̃dã faciũt ista foramina cũ instr̃o ignito. ⁊ q̃dã cũ aliq̃ ꝑforatorio. dicũt. ꝙ cauteriçatio ꝑ̃cedit ꝑforationẽ: imo nõ oꝫ fieri ꝑforatio nisi qñ cauteriũ nõ poterit amouere corruptionẽ ossis. tũc. n. expedit ꝑforare ꝓ̓us deinde cauteriçare. Cauteriũ tñ est medicamẽ meli⁹ ꝑforatiõe ⁊ magis rectificat corruptionẽ ossis ⁊ carnis: ⁊ iõ ab ipso icipiẽdũ est cũ fuerit pol̓e. ⁊ si videris sufficere desiste a ꝑforatione. multotiẽs. n. dixit Auic. cauteriũ excusat a foramine: ⁊ est sufficiẽtia in ipso. Et scias ꝙ cauteriũ est etiã medicamẽ meli⁹ q̃ꝫ medicamẽ acutũ ad remotionẽ carnis filtrose corrupte ẽt nõdũ ꝑueniẽte corrup^ne ad os, ⁊ iõ ipso potius vtẽdũ est si tolerauerit egrotãs. ¶ Albu. aũt vr̃ velle ꝙ exñte corruptiõe i osse fiat ꝓ̓us abrasio corrupti: deide curetᷣ cũ me^nis icarnatiuis exiccatiuis ⁊ stipticis: ⁊ si nascitᷣ in eo caro ⁊ ꝯsolidatᷣ loc⁹ ⁊ abscinditᷣ cursus saniei: ⁊ stat sic. 40. dieb⁹ ⁊ nõ moueatᷣ ⁊ nõ apatᷣ ⁊ nõ accidit in eo accñs: tunc scias ꝙ sanat⁹ ẽ loc⁹. Et si nõ: tũc nõ est in ea igeniũ nisi reducere fistulã ad foramẽ nasi ꝫꝫ hãc for^am. s. vt detegatᷣ os scꝺo cũ ferro vel me^na acuta: ⁊ cũ fuerit detectũ accipe terebelluꝫ cui⁹ extremitas ferrea sit triãgulata ⁊ lignũ ei⁹ pyramidale extenuatũ vsq̃ꝫ ad extremitatem: deĩde pone illud sup̲ os: ⁊ elõga manũ tuã ab oculo paꝝ: deide reduc manũ tuã cũ terebello voluẽdo donec penetret os ⁊ sentiat illꝺ ifirm⁹ ꝑ h̓ ꝙ iuenit venenũ exire ex eo qñ tꝫ manũ suã sup̲ nasuꝫ oꝫ restaurare locũ cũ me^nis stipticis exiccatiuis donec nascatᷣ caro ⁊ iduretᷣ loc⁹: ⁊ tũc mã q̃ fũdebatᷣ ad exteriora redit ad nasuꝫ: ⁊ est hec leuitas sup̲ infirmũ. ¶ De 2° regimine. dixit Mesᷣ. ꝙ est abscisio mãeꝝ fluere ꝯsuetaꝝ ad locũ cũ eo qꝺ ꝯuenit. sic dr̃ in cap̄. de catarro. ⁊ ca. de lachrymis. Et h̓ 2° regie vtẽdũ est ꝯtinue ⁊ añ opõnẽ ⁊ post: imo ⁊ post totalẽ sanationẽ. ¶ Et 3^m regimẽ est mũdificatio ⁊ abstersio cõis sup̲fluitatis cũ eis q̃ dcã sũt supra: ꝯfortatis tñ cũ aliquo acutoꝝ leuiuꝫ, sicut est vnguẽtũ egyptiacũ cũ modico aloes ⁊ olibani. ¶ Et 4^m regimẽ est administratio incarnatiuoꝝ ⁊ gñantiũ carnẽ vt ipleatᷣ vlcus: ⁊ ista nõ debẽt eẽ expoliata ab aliquo acuto: sicut est myrra ⁊ atramẽtũ: ⁊ silia. sup. nisi illa icarnatiua sint valde exiccatiua: sic̄ est medicamẽ qꝺ ipse describit in fine capl̄i. Qꝺ. ℞. myrrhe aloes ⁊ corticũ thuris. añ. ꝑtes equales. quo vtendũ est indesinẽter cũ aq̃ taraxacon ⁊c. ¶ Et 5^m regimẽ ẽ sigillatio ⁊ ꝯsolidatio. Medicamẽ qꝺ dꝫ sanare hãc fistulã ⁊ oẽꝫ aliã mundificatã. ℞. aloes thuris ⁊ malaxatis añ tẽpera cũ vino ⁊ suppone. ¶ Aliud optimuꝫ. ℞. aloes sarcocolle sang. dra. myrrhe balaustie antimonij ⁊ floris eris. añ. pulueriçentᷣ subtilr̃, deinde expressa ⁊ mũdificata fistula ex isto puluere modicũ dissolue cũ succo plãtaginis clarificato ⁊ iponatᷣ ꝑ orificiũ ei⁹, põt ẽt poni in angulo lachrymalis si fistula nõ eẽt apta: sꝫ tũc oporteret vt eger iaceat sup̲ collo ⁊ sup̲ lat⁹ sanũ ꝑ tres aut p. iiij. horas. ¶ Aliꝺ bonũ qꝺ apponitᷣ postq̃ꝫ abluta est fistula cũ vino stiptico: ⁊ deide exp̓mitᷣ donec egrediatᷣ virus ei⁹. ℞. sarcocolle aloes san. dra. myrre thuris balaustie boli ar. añ. ʒ. v. çiniar. ʒ. j. s. climie argẽti. ʒ. x. terantᷣ ⁊ pulueriçentᷣ. ¶ Ampli⁹ q̃dã medicine sũt q̃ dñr a ꝓprietate: ⁊ ẽt cũ exiccatiõe sua sanare fistulã lachrymalẽ. ¶ Dixit Dio. folia camedreos sicca tere ꝯtritione vltia, ⁊ fac ex eis sief cũ succo solatri est bo^m ad vlcera oculoꝝ ⁊ garab. ¶ Dixit. A. extimauerunt q̃dã ꝙ myrrha sola sanat eã qñ supponitᷣ, ⁊ iste fuit Rasᷣ. q dixit 2° ꝯti. h̓ se habuisse a quodã amico suo: in quo ꝯfidebat. ¶ Dixit Rasᷣ. ibidẽ. indiani dixerũt. ꝙ masticatio mesech supposita aꝑati angulos oculi hꝫ ꝓprietatẽ mirabilẽ. Et. A. dixit. extimauerunt indimes masticatũ suppositũ sanat ea. Et mes exponitᷣ ꝙ est robilia: quã. A. 2° cañ. vocat meise: sꝫ nõ repitᷣ de ea ꝙ hẽat hãc ꝓp̓etatẽ: vñ q̃dã putãt ꝙ sit chrysomilũ, ⁊ iõ q2 Jesus haly dixit. ꝙ ex ꝓp̓etate chrysomiloꝝ est ꝙ qñ masticãtur ⁊ supponũtᷣ curãt ea: ⁊ lr̃a exterior ẽt exponit chrysomiloꝝ que dicuntᷣ arabice mes. Gentilis dixit. inueni ꝙ mesch siue mescha siue mustucha est diptamũ: qꝺ. A. 2. cañ. vocat mescatamesir. ⁊ diptamũ põt ꝯuenire cũ sua exiccatiõe ⁊ resol̓one forti. ¶ Et dr̃ ꝙ succ⁹ arnoglosse cũ bombace iposit⁹. in. 9. dieb⁹ sanat vlcus ⁊ fistulã oculi: ⁊ ꝓprie succ⁹ lanceolate, qꝺ idẽ facit succus arnoglosse ⁊ succ⁹ vngule caballine ⁊ succus camedreos ⁊ lac lactuce siluestris. Et dꝫ ꝙ solatrũ. s. alkekengi cõtritũ ⁊ suppositũ sanat eã. ⁊ ꝙ folia maluauisci vel malue cũ sale masticata ⁊ supposita sanãt eã: veꝝ tñ qñ queritur per ea abstersio, tunc ponantᷣ cũ sale. ⁊ folia plantaginis idem faciunt. ⁊ nucleus nucum veterum masticatus ⁊ superpositus sanat eam. Et quidam dixerunt. ꝙ camomilla ferens florem purpureuꝫ cataplasmata curat eam eadem die. Puto ꝙ predicte medicine conuẽniant solum in fistula recenti. ¶ Dicunt quidã. ꝙ quãdo fistula est antiqua ⁊ corruperit multũ de osse ita ꝙ egeat cauteriçatione ⁊ perforatione ⁊ eger noluerit tolerare, tũc ipsa est curanda cum medicinis q̃ palliãt ⁊ occultãt eã ad tp̄s satis lõgũ. ⁊ hoc facit medicamẽ optimũ qꝺ scriptũ est supra qñ ꝑ hebdomadã omni die iponuntᷣ in fistule due aut tres gutte ex eo.

¶ De

De cognitiõe ossis corrupti ⁊ ei⁹ cura

De cauterio actuali in rectificatione ossis corrupti.

2^m regim̄ est abscisio mãeꝝ fluẽtiũ ad locum.

3^m regimẽ est mũdificatio.

4^m regim̄ est gñatio carnis.

5^m regimẽ est cõsolidatio.

Medicine a ꝓp̓etate valẽtes.

¶ De apātib⁹ euenietib⁹ in radice cutis circa aures. Ca. liij.



Ec apāta dixit Auic. sunt de gñe apātis
carnis mollis ⁊ glādulose q̄les
sunt carnes emūctorioꝝ ⁊ vocantur parocide: ⁊
qñq₃ dñr vetidus: vetidus tñ dr̄ de oī apāte emū
ctorioꝝ: ⁊ accidit aliqñ vi sinthomatis stimulata
nā. ⁊ qñq₃ accidit vincēte nā: ⁊ fit sepe ſm semitam crisis: ⁊
maxime in febribus ⁊ apātibus cerebri. ¶ Et dixit Auic. ꝙ
apātū in radice auris euenientiu₃ magis incolume est qđ fit
ſm semitā crisis bone: s₃ illud qđ est a crisi cū qua nō est sigm
maturationis aut p̄cedit hoꝝ crisis ɔueniens est malum.
De signis ¶ Et mā hoꝝ apātum qñq₃ est calida sanguinea vel colerica:
aut ex eis mixta: ⁊ qñq₃ est frīda flātica vel mel̄ica vel ex eis
mixta. Et sunt ex eis mollia ⁊ dura ⁊ inter h̄ media. Et qñq₃
sunt ex venenosa mā euenientia ſm semitam pestilentie.
De causis ¶ Et signāt sanguineū. dixit Aui. rubedo ⁊ grauitas ⁊ pul/
satio apud cōprehēsionē. s. mäe in cupo. Alia lr̄a h₃. ⁊ expul
sio ad cōpressionē. i. repulsio apud cōpressione₃: eo ꝙ resistit
tactui cōprimētis ⁊ ɔstrictio in meatibus. s. auris: q₂ ɔstrin/
giť meatus auris ꝓp cōpressione₃ quā facit in ipsam apā illi
ꝓpinquū qđ ſm pl'm est magnū. ¶ Et colericū signāt ⁊ il/
lud qđ factū est a sanguine subtili. s. colerico dolor mordica/
tiuus fistulosus. i. corrosiuus vel pūgitiuus sine grauitate. s.
multa: q₂ parua est grauitas in eo reˡⁱ alioꝝ ⁊ non ɔstringiť
meatus auris. q₂ vtpl'm est hoc apā ꝑuū nō ɔtinēs meatū: ⁊
est cū inflāmatione vehemēti: ⁊ color declinat ad citrinitatē.
¶ Dicūt. in oī hmōi apāte cal'o ꝑcipiť inflāmatio: verū in co
lerico est intēsior: ⁊ est cū eo febris ēt ab ipsius p̄nº ꝓp ꝓpin
quitatē eius ad mēbru₃ p̄ncipale ⁊ in oī hmōi apāte cal'o est
dolor intēsus: veꝝ in colico est multū pūgitiuus ⁊ in sangui
neo extēsiuus. ¶ Et qñq₃ ɔsequeť. dixit Aui. ꝙ hoc apā ca/
lidū ex vehemētia doloris interficiat: ⁊ maxie qñ mā cōicať
partibus intrinsecis auris: ⁊ vbi est neruus expansus: ⁊ tūc
multotiēs p̄cedit cōmixtio intellect⁹ cōicata lesione cerebro.
¶ Verūtñ cū hoc apā est factū in asanach. i. int⁹ in aure vbi
terminať neruus audit⁹ plus interficit adolescētes q₃ senes:
qm̄ est in senibus leuius: s₃ adolescentes ⁊ iuuenes sunt cali
dioris cōpl'onis ⁊ mā apātū eoꝝ doloroſoꝝ est acute quali/
tatis ⁊ ipsi sunt vehemētius sensibiles: vñ min⁹ tolerāt vsq₃
quo collectionē faciat: si tñ tolerarēt quousq₃ aperireť: esset
deinceps cura in eis facilior q₃ in senibus: q₂ fortiores hñt
virtutes näles. ¶ Et flāticū. dixit Aui. est cu₃ tremulitate. i.
inūdatione ⁊ motu apud cōpressionē: ⁊ est cū lenitate ⁊ pau/
citate rubedinis: imo est album: ⁊ si qua rubedo est declinat
ad albedinē: ⁊ non est cū eo dolor intēsus: ⁊ qui est cum gra/
uitate. ¶ Et melancolicū est cu₃ duritie ⁊ paucitate doloris
⁊ color tendit ad liuiditatem ⁊ fuscedinem.

De cura dixit Gal. vt poniť 2º ɔtinē. exiture q̄ fiunt in
radice auris debent curari ɔ̄trio ꝓhibitionis
⁊ expulsionis. nō. n. cōuenit in eis ꝙ pulsum aut trāsmissum
faciat: tractus tñ pōt ɔuenire cū magne fuerint ⁊ vehemen/
tius doloris. Verū op₃ vt fiat ad ꝑtes ignobiles ⁊ elōgetur
mā a p̄ncipalibus ita ꝙ cōuenit fricatio extremitatū ⁊ appō
vētosarū in spatulis ⁊ natibus ⁊ hmōi sil'ia: ⁊ ɔuenit laxatio
vētris: ⁊ maxie qñ nō fuerint ꝑ viā crisis: s₃ debēt curari pre
dicte cū medicinis attractiuis suppositis eis q̄ si non cōtule/
rint vtendū est vētosis suppositis eis: q₂ ꝓpositū cure est ad
attrahendū humorē nociuu₃ de interioribus ad exteriora: ⁊
precipue qñ passio. s. ad quā succedūt fuerit in capite aut fue
rit h̄ in febribus: qm̄ in h̄ vtroq₃ casu op₃ studere ad ɔseruā
dū nām ⁊ attrahēdū humorē quē ipsa expellit ad ꝑte₃ exte/
riorē corpis vt trahat ipm̄ de cerebro aut de occasiōe febris.
¶ Si tñ exitura fuerit fortis in sexita ꝙ nā de se sufficienter
expellit: tūc cura supueniēs nō d₃ fieri cū attractiuis: sed di/
mittať näe: qm̄ quotiēs supuētus exiture fuerit fortis ⁊ ap/
ponanť sup ea ventose aut medicine attractiue dubiū erit ne
accidat egro dolor crudelis ex supabūdantia eius ꝙ declina
bit ad locu₃ expulsionis ⁊ fortior fiet febris ⁊ debilitabiť fe/
bris: s₃ cura d₃ fieri in sil'i huius morbi ad mitigādū dolore₃
cū medicinis mollificatiuis mitigātib⁹ dolorē: qm̄ hmōi me
dicine ex tēperata cal'itate ⁊ humiditate q̄s in se hñt mitigāt
dolorē digerūt humorē ⁊ ɔgregāt putredinē: qua putredine
ɔgregata apiať cū ferro ⁊ extrahať sanies si sanies fuerit in
ea supabūdās. si aūt nō fuerit multa nō apiať: s₃ dissoluať sa
nies cū medicinis tenuib⁹ attractiuis. i. resolutiuis: sicut di/
ctū est in dissolutiōe saniei. ¶ Et dixit Ga. quotiēs exitura h̄
fuerit cū dolore vehemēti nec̄ium est empl'm ad mitigādum
dolorē: ⁊ nec̄ie sunt calefactiones successiue cū aqua in qua
bullierit modicū salis. ¶ Dicūt qdā. ꝙ in vehementia dolo/
ris est aliqñ nec̄iū vti narcoticis: nō tñ puris sup loco: sic̄ cu₃
fit vngm cū oleo camomillino ⁊ anetino. añ. ℥. i. opij. ʒ. i. mā
dragore iusqami papaueris albi ⁊ seis apij. añ. ʒ. ij. ⁊ cu₃ eo
inūgať loc⁹ ⁊ inijciať in aure ex eo modicū. ¶ Et dixit Gal. Camomilla maior dispergit saniē.
si despať ꝙ nō resoluať: s₃ putredinē faciat ex magnitudine
⁊ violētia pulsationis ei⁹ p̄cede cū medicinis q̄ faciūt putre/
dinē. Si tñ h̄ apā fuerit modicū noli p̄cedere cū eo qđ facit
putredinē: s₃ diaglon sanat illud. ¶ Dixit Pau. si exiture fue
rint in radice auris ex humorib⁹ acutis nō ꝓhibeanť. Sed
subueniať cū vētosis ⁊ medicinis attractiuis ⁊ calefaciētib⁹
sequētibus: qm̄ si exitura reuertať ad interi⁹ malū erit: ⁊ ꝓ/
prie si caret capite acuto: ꝙ si fuerit cū capite acuto expulsio
erit fortis ⁊ sufficit ei si supponanť faciētia putredinē. ¶ Et
dixit. si hic exitura fuerit absq₃ rubedine ⁊ apāte in capite ⁊
absq₃ alia passiōe expulsa tūc minutio fiat ⁊ cureť cura apā/
tū cal'oꝝ. s. euenietiū in emūctorijs. ⁊ si ɔgregat saniē dispēr
gať supponēdo ei medicamē de camomilla maiore: qm̄ dispg
git saniē absq₃ dolore. ¶ Et dixit si cronica fuerit exitura di
stēpereť cinis ɔculaꝝ cu₃ adipe ⁊ melle ⁊ supponať aut fiat
empl'm cū armoniaco ⁊ bdellio ⁊ sigia pice ⁊ adipe taurino
⁊ medulla cerui. Medicamē in maturatiōe exiture cal'e hui⁹
loci sic fit. ℞. seis lini fenugreci floꝝ camomille. añ. ʒ. ij. altee
preparate. lib. i. butyri. ʒ. iij. misceanť ⁊ incorporēť cū eis. v.
vitella ouoꝝ ⁊ supponať ex eo inūctione loci p̄missa cū oleo
camomille: ⁊ aliqñ in vehementia doloris addiť in predicto
empl'o. ʒ. i. corticū papaueris: resoluit. n. ⁊ maturat ⁊ dolorē
placat. ¶ Aliud qđ maturat exituras frigidas. ℞. altee pre
parate ceparū coctarū sup prunas ⁊ spicarū allij sil'r coctarū
añ. ʒ. vi. assungie porci. ʒ. iiij. misceanť ⁊ incorporenť cū eis
vitelli ouoru₃. v. numero. ¶ Facta eruptione ⁊ educta sanie
mundificeť incarneť ⁊ ɔsolidetur. ¶ Amplius de cura haꝝ
exiturarū dictu₃ est ante in cap'lo de apātibus euenientibus
in glandulis: ad qđ recurrendum est.

¶ De apātibus euenientibus in facie. Cap. liiij.



N facie pñt accidere apāta oium modorū
curanť gñali curatiōe apātū illorū
modoꝝ. Quidā tñ ꝑticulariter locuti sunt de cā/ De cācro in facie.
cro hoꝝ locoꝝ dicētes ꝙ cācer in his locis eue/
niēs nō vlcerat⁹ curať gñali cura cācri. si aūt vl/
ceratus fuerit. nō tñ multū antiquat⁹ neq₃ multū corrosus:
⁊ caro in circuitu nō fuerit liuida neq₃ nigra: ⁊ nō fuerit mul
tū dura: tūc si fuerit in naso vel labijs cū rasorio icidi d₃ vsq₃
ad ꝑtē sanā: deinde statim d₃ cauterizari cū ferro ignito: dein
de intēdēdū est ad remotionē escare. dicūt qdā. cū vitello oui
supposito in hyeme: ⁊ in estate cū toto ouo ⁊ allio. Et escara
remota si in circuitu aliqd de carne cancerosa vel putrefacta
vel malo colore infecta remāserit cū vnguētis acutis q̄ tenēt
vim cauterij abijciať: deinde incarneť ⁊ ɔsolideť. ¶ Et dñt.
cācer in gingiuis eueniēs sic curari pōt. locus ꝑ tres dies cū De cācro in gingiuis ⁊ palato.
aceto diligēter abluať: deinde cū alumine zuccarino bñ fri/
ceť: ⁊ post tres dies abluať ⁊ fricet loc⁹ cū vino cocto ⁊ ace/
to eqs ꝑtibus vel cū melle ⁊ aceto vini in qb⁹ bullierint radi
ces tassi barbassi ⁊ matris silue ⁊ maligranati ⁊ leuistici ⁊ a/
gresti ⁊ zinziberis ⁊ piretri: post lotionē bonā ⁊ loci abster/
sionē ⁊ exiccationē supponať de puluere q sic fit. ℞. alumis

çuccarini folioꝝ oliue ro.pſidie origani oſſiũ dactiloꝝ aſſa-
toꝝ oſſeis cranei hois piretri cinamomi gar. ꝛ nuciſmu.aã.
De inflatione vl'i faciei.
ptes eq̃les:ꝛ fiat ex eo puluis ſubtil'r cribrat⁹. ¶ Et dñt.ꝙ
cancer in palato eueniẽs põt ẽt cauterio curari. ¶ Et qdã
dñt.ꝙ qñq3 accidit in facie inflatio vl'is toti faciei qd accidit
ex fumo eleuato a mã aliq̃ venenoſa:ꝛ qd ſigm venenonis eſt:
qꝛ p⁹ ei⁹ curã cadũt capilli capitĳ ꝛ barbe ꝓꝓ ĩfectionẽ ꝛ cor
ruptionẽ radicũ capilloꝝ ĩductã a fumo illo venenoſo. ¶ Et
ſiga hui⁹ egrinis ſũt ꝙ cũ ipſa ĩcipit accidit prurit⁹ in facie ꝛ
in capite ꝛ in loco in q̃ ĩcipit venire ꝛ adueniũt eminẽtie q̃dã
p:ꝛ poſtea multiplicant ꝛ fiũt oẽs vna ĩflatio vl'is in tota fa
cie ꝛ capite:ꝛ ĩflant intm̃ oculi.ſ.palpebre ꝙ coopiũt oculos
ꝛ nihil videre pñt ꝛ multiplicant in toto rubedo pruritus.
¶ Et cura ei⁹ ẽ flẽbõia vl' appõ ſanguiſugaꝝ in ſpatulis ꝛ nati
bus ꝛ lenitio vẽtris cũ mena lenitiua ꝛ clyſterib⁹ lenitiuis.
Sup tota facie fiat inũctio vel epithimatio a pn° poſt flẽbõiã
cũ repcuſſiuis vt ſucco ſolatri vel plãtagis vl' endiuie cũ olo
roſ. vel vio. aut nenufarino ꝛ aceto pauco. ꝛ ſilib⁹. ꝛ in pceſ
ſu miſceat cũ eis aliqd reſolutiuũ ꝛ abluat vel epithimetur
ſepe facies tota cũ aqua decoctionis ordei ro. ꝛ camomille.
De apãte ĩ extremitate naſi.
